THE LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
NORTH CAROLINA

LUX LIBERTAS

ENDOWED BY THE
DIALECTIC AND PHILANTHROPIC
SOCIETIES

V783
G36d
v.2
Music Library

This book must not be taken from the Library building.

~~MAY 21 '67~~
OCT 14 1968
OCT 14 1968

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/decantvetmvsicas02gerb

LIBRARY UNIV. OF
NORTH CAROLINA

DE

CANTV

ET

MVSICA SACRA

A

PRIMA ECCLESIAE AETATE

VSQVE AD

PRAESENS TEMPVS.

AVCTORE
MARTINO GERBERTO
MONASTERII ET CONGR. S. BLASII IN SILVA NIGRA ABBATE
S. Q. R. I. P.

TOMVS II.



SVPERIORVM PERMISSV.

TYPIS SAN-BLASIANIS MDCCLXXIV.

M. Poinsignon, Curé de la ville et du canton de Haguenau,

Ἴδου γὰρ λέγω σοι τέκνον, ὅτι ελεύσονται ἡμέραι, ὅτε φθείρουσιν οἱ χριστιανοὶ τὰς βίβλους τῶν ἁγίων εὐαγγελίων, ϗ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ϗ τῶν θεσπεσίων Προφητῶν, λεαίνοντες τὰς γραφὰς τῶν ἁγίων; ϗ γράφοντες τροπάρια ϗ ἑλληνοὺς λόγους.

Ecce enim edico tibi Fili, quia venient dies, quando Chriſtiani corrumpent libros ſanctorum evangeliorum, ſanctorumque apoſtolorum, & divinorum prophetarum, emollientes ſcripturas Sanctorum; componentes modulos & ſermones profanos.

S. PAMBO *Abb. Nitriæ ſæc. IV.*

PRÆFATIO.

Primus operis *de cantu & muſica ſacra* tomus, iam anno 1768. exierat prelo, alterque illud occupare cœperat, dum ecce ferale incendium, quo vigeſima tertia *Iulii* eiusdem anni cum aliis plerisque ædificiis monaſterii *S. Blaſii*, ipſaque principali eccleſia, typographeum etiam conflagravit, totumque intercepit opus. Abſumpſerunt rapaces flammæ omnem apparatum; non ſolum digeſtam iam materiam, ac typis paratam pro duobus iuſtis voluminibus, verum etiam adverſaria tot annorum labore, ſuſceptisque per *Germaniam*, *Italiam*, & *Galliam* itineribus comparata. Curis ſollicitudinibusque innumeris acceſſit altero poſt conflagrationem anno continuatio *Monumentorum Auguſtæ Domus Auſtriacæ*, cui tunc immortuus fuerat P. *Ruſtenus* HEER, quem in eo grandi opere adornando ſocium accepit, ac poſt mortem iam anno 1763. reliquerat P. *Marquardus* HERRGOTT, auctor *Genealogiæ diplomaticæ Habsburgo-Auſtriacæ*. Expleto haud ſegniter opere *Monumentorum* cum adiecto *codice epiſtolarum* RUDOLPHI I. illuſtrato, atque ad finem anni 1771. ad thronum regium cæſareumque delato, ineunte ſequenti anno *Vienna* redux iterum de hac *muſicæ ſacræ hiſtoria* cœpi cogitare, ac reſumere ſtudium, ne penitus intercideret exantlatus iam labor, ſalutarique excideret fine.

369435

Propoſitum quippe fuerat, ob oculos poſita viciſſitudine cantus ac muſicæ, enormique novæ a veteri diſcrepantia ad limpidiſſimos fontes reducere rivos, imo torrentes extra ripas diffluentes. Quæ integro tomo priore tum de prima purioreque eccleſiæ ætate, cum etiam de medio ævo ſunt dicta, planum ordinatumque declarant curſum. Utramque ætatem interſtinximus ævo S. GREGORII M. præcipui inſtauratoris cantus eccleſiaſtici in Occidente, unde & nomen habet cantus *Romanus*, *Gregorianus* ad præſentem usque appellatus diem, ad quem ceu fontem iam CAROLUS M. extravagantes *Gallos* reduxit: dum ecce iam, ipſo ſacro turbato fonte, rivi omnes turbidi facti ſunt, peregrina infecti aqua, profana muſica adyta ſacra invaſit, occupatque.

Tam parvis primum initiis, lentisque olim paſſibus tam ſubito noſtra fere memoria ad tantum exceſſum venire rem potuiſſe, obſtupeſcent, quæ hoc, quod præ oculis eſt, volumine, libro III. legent primam originem muſicæ polyphonæ ſeu concentus plurium vocum ex diverſis ſimul conſonantiis, quod eſt muſicæ genus toti antiquitati incognitum. Figuralis deinde ac inſtrumentalis præſertim muſicæ uſum in eccleſia recentem adeo, quis ſibi in animum inducat, tam brevi honeſtatem locorum ſacrorum, dignitatem officiorum divinorum, religionemque contaminaſſe? Ac obſtantibus quidem innumeris ſanctionibus paſtorum eccleſiæ in concilia etiam generalia & particularia ubivis gentium coactorum proximis ad noſtrum usque ſæculis; quibus tamen initium tantum malorum ac corruptionis deprehendere eſt, quæ hodie cancri inſtar ſerpit ſacratiſſimasque publici religioſi cultus partes inficit, ac profanat.

Frequens

Frequens ſemper magis magis inductus in eccleſiam muſicæ uſus poſteriore hac ætate, in cauſa fuit, ut non ſolum multiplices preces, pſalmi & officia varia præter ordinarium curſus canonici penſum ceſſarent, verum etiam varii, ad ſolemnem reddendum ipſum cantum inducti medio ævo, celebres ritus ſunt antiquati. Ea tamen omnia articulatim percenſere, ſupervacaneum duximus, ne iam expoſita ſatis ſuperiore tomo, recoquere identidem neceſſe eſſet. Conſpicua res ſatis eſt ex variis ordinibus officii divini, qui paſſim manuſcripti ſervantur. Talis eſt e. g. monaſterii *S. Blaſii* duobus in codicibus pergamenis ex incendio ſervatis *ordo operis Dei*, qualis nempe ſæculis XIV. XV. & XVI. obtinuit. In quo paſſim adhuc notatur *ſchola* id eſt *cantorum*, qui ſingulari auctoritate moderabantur chorum, cæteriſque præſcribebant cantum. Procedebant illi, aderantque officio divino haud raro induti ſacris veſtibus; quibus etiam in præcipuis feſtis totus incedebat chorus: quod hactenus in *Gallia* frequentari ad inſignem ſane cultus divini ornatum animadverti. Cantor porro alicubi, obſervantia veteri, *ad offerendum* ſolemniter panem & vinum euchariſticum notatur in laudato illo ordine operis Dei; ac verſus ad offertorium ritu antiquiſſimo præſcribuntur, ut iam primo libro obſervavi, quo diſciplina cantus primæ eccleſiæ ætatis exponitur; ſecundo item, quo medium illuſtratur ævum; ſed eo labente paullatim ceſſavit mos iſte pſalmi ad Introitum notati verſus deinceps proſequendi. Hinc eſt, quod ad graduale paſſim in noſtris miſſalibus verſus occurrant promiſcui, nec quidem ex ſacris ſcripturis ſumpti contra uſum primævum. Religioſius *Tractus* in officio quadrageſimali eſt conſerva-

 tus,

tus, qui quandoque ex integro conſtat pſalmo: adeoque in laudato ordine operis Dei in Dom. Palmarum præſcribitur alternis canendus hunc in modum: „Duo fratres cantent graduale, tres tractus primum verſum in finem ante gradus: dexter chorus ſecundum verſum, ſiniſter chorus tertium, ſupradicti tres quartum, & ita totus tractus alternetur, ultimus autem verſus ab omnibus dicitur.“ Quæ idcirco attuli, quod alicubi omnis fere cantus reſponſorii antiphonique in Miſſa diſtinctio obſoleverit. Taceo tropos illos, de quibus p. 370. & alibi tomo ſuperiore diximus, qualis ante tertiæ Miſſæ in Natali Domini Introitum in ordine illo operis Dei hunc in modum cani præſcribitur: „Ad Miſſam ante Introitum duo fratres, quibus iuſſerit cantor, ſtantes ſupra dextrum gradum cantent verſum de Nativitate Domini: *Hodie cantandus eſt.* Et reſpondeant duo in choro ſtantes ante gradus. *Quis eſt iſte &c.* Et reſpondeant illi duo excelſa voce. *Hic enim eſt.* Quo dicto ſtatim imponant tres cantores officium de die. *Puer natus eſt nobis. Kyrie eleiſon. Gloria in excelſis Deo:* ſint in arbitrio cantorum. Oratio. *Concede quæſumus omnipotens Deus, ut n.* Prophetia *Propter hoc ſciet populus.* Epiſtola *Multifariam multisque.* Sequentia *Eia recolamus.* Evang. *In principio erat Verbum.* Præfatio ut ſupra. *Sanctus. Agnus Dei.* Finita Miſſa fiat compulſatio omnium ſignorum, & componant albas & cappas diligenter fratres.“ Quibus nempe, ut diximus, induti officio intererant. Sequenti die S. STEPHANI notantur ſolum „Diaconi induti dalmaticis ad officium teneant chorum: & ſi tanti ſunt, cantent *Gloria*, & *Alleluia*.“ Ad feſtum ſequens S. IOANNIS Evang. notatur: „Sicut præcedens feſtum per diaconos, ſic iſtud debet in-

offi-

officiari per ſacerdotes.“ Rubrica ſimilis ad feſtum ſequens *Innocentum* deleta eſt data opera: de officio nimirum tenendo a pueris, auctoritate conciliorum vetito, ut ſuo loco obſervavimus. Promiſimus vero tomo priori p. 504. nos ex hoc ipſo ordine operis Dei daturos exempla cantus illius ſolemnis ad cantica Evangelii *Magnificat* & *Benedictus* præcipuis in feſtis adhibiti, more primævi cantus antiphoni repetitis per verſus ter ſaltem antiphonis, unde & *triumphare antiphonas* appellabant. Sed cum promiſſi huius in operis tractatione memoria exciderit, hic explendum duximus. Sic vero habetur in vigiliis Natalis Domini, notata in Evang. ant. *Ioſeph fili David.* „Hanc antiphonam incipiat abbas, ſi eſt præſens, & cantet eam uterque chorus per totum communiter, antequam pſalmus incipiatur *Benedictus Dominus Deus.* Et ille chorus, qui ſecundum verſum cantare debet, finito primo verſu, quem dexter chorus cantavit ſtatim incipiat antiphonam, & cantet eam usque *Coniugem tuam*, & dexter chorus, qui primum verſum cantavit, incipit: *Quod enim in ea natum eſt*, & cantet eam usque in finem. Qua cantata ſiniſter chorus inchoet verſum *Et erexit cornu.* Et cantetur pſalmus per totum: poſt ultimum verſum *Illuminare his* iterum cantetur antiphona alternatim. Poſt *ſicut erat* iterum communiter cantetur ab omnibus.“ Ita etiam canticum *Magnificat* in præcipuis feſtis Paſchæ, & Penteceſtes cani triumpharique præſcribitur cum ingeminatione alterna antiphonæ, quæ ad myſterium pertinet, ſatius utique, quam in hodierna muſica, confuſo ordine ac perturbato, ſæpe centies ſingillatim repetuntur verba, ſtrepituque inſtrumentorum ac vocum ſuccinentium, intercinentiumque ita obruuntur, ac ſi

muſica

muſica compoſita eſſet ad intellectum obfuſcandum, obliterandumque, qui dulcedine ſoni inſinuandus fuiſſet. Sed de his ſatis per decurſum operis.

Sequetur id ampla ſcriptorum de re muſica eccleſiaſtica potiſſimum collectio *Græcorum*, *Latinorum*, *Theotiſcorum*: dum ex innumeris MSS. ineditis, quæ paſſim in bibliothecis offendi, facile licuit ſelectum eorum tantum facere auctorum, qui aut in orbe literario aliunde inclaruerunt, aut in argumento præſtantius ſunt verſati.

Neque etiam ab hoc argumento muſicæ ſacræ abludit *Vetus liturgia Alemannica* diſquiſitionibus præviis, notis, & obſervationibus illuſtrata: monumentis ad rem pertinentibus præcipuis ſaltem, iam iterum collectis, reſtitutisque ex cineribus, in quos memorato incendio monaſterii *S. Blaſii* ſunt redacti, ſalva tantum lucubratione mea diſquiſitionum præviarum, ſeu commentarii de rebus liturgicis ad dilucidandam *Liturgiam Alemannicam* facientibus.

Res ipſa loquitur, ad eundem hæc omnia collimare ſcopum. Utinam, qui incrementum dat, Deus, ſalutarem præſtet effectum ad ſanctitatem dignitatemque divini ſui cultus; in iugi ſacrificio, fructuque oris ad pabulum mentis: ut quisque cum apoſtolo dicat: *Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* Et cum pſalmiſta: *Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo levabo manus meas. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.*

SYLLA-

SYLLABUS TOMI II.

DE CANTU ET MUSICA SACRA A PRIMA ECCLESIÆ ÆTATE, USQUE AD PRÆSENS TEMPUS.

LIBER II. PARS II.

DE CANTU ET MUSICA MEDII ÆVI.

CAPUT I.

Celebres medii ævi in cantu & muſica eccleſiaſtica auctores, inſtauratoresque.

1.

Sanctus Gregorius M. cantus eccleſiaſtici inſtaurator in Occidente. 2. S. Ioannes *Damaſc.* in Oriente paullo poſt. 3. Melodi alii vocabulo Ioannes. 4. Cosmas uterque. 5. Melodi græci alii, potiſſimum a Nicephoro recenſiti. 6. Melodi ex Triodio *Venetiis* anno 1601. edito, & quibusdam MSS. codicibus. 7. Apud *Latinos* hymnodi. 8. In lingua vernacula rhythmi, proſæ item, ac ſequentiæ. 9. Officii & cantus eccleſiaſtici auctores, Magiſterio præſertim eccleſiæ *Romanæ*. 10. Guidone *Aretino* faciliorem poſtea reddente diſciplinam. 11. De neumis Guidonis & hexachordo, Guidoni vulgo adſcripto. 12. Lineæ & claves Guidoni debentur. 13. Propagatæ ſtatim etiam per alias regiones. 14. Invento hoc, prorſus inſigni. 15. Guido non addidit Γ. ſcalæ muſicæ. 16. Guido non eſt auctor notularum cum ſuis appellationibus.

CAPUT II.

De notis muſicis medii ævi, græcis & latinis, quarum ſpecimina exhibentur per ſingula ſæcula.

1. Notæ muſicæ antiquæ græcæ. 2. Olim etiam *Latinis* familiares. 3. Quibus apud *Latinos* aliæ literæ & ſigna ſunt ſubſtituta. 4. Vocales ac ſyllabæ ad modulandum. 5. Ac vocabula apud *Græcos*. 6. Specimina notarum græcarum. 7. Notæ muſicæ latinæ. 8. In ſchemate exhibitæ. 9. Specimina notarum muſicarum ſæculi VIII. circiter & IX. 10. Sæculi X. 11. Lineæ & ſpatia Guidonis *Aretini* inventum ſæc. XI. 12. Specimina varia notarum ſæculi XI. & ſeqq. 13. Libri miſſales, Miſſa item *ſub nota*. 14. Notæ quadratæ & caudatæ cantus plani & figurati ſæcul. XIV. & XV. 15. *Tabulaturæ* explicatio ac ſpecimen.

CAPUT III.

De diſciplina cantus, & muſicæ ſacræ medio Eccleſiæ ævo.

1. Cantus medio ævo ubique frequentatus. 2. Damnatis ſacri cantus hoſtibus. 3. Auctoque ſtudio ſcientiæ muſicæ. 4. Inſtitutio cantus a prima iuventute: paullatim remiſſior. 5. Certæ leges, regulæ, ac diſciplina muſica. 6. Certique modi muſici, diatonici generis. 7. An etiam chromatici & enharmonici? 8. Cura vocis, medicamine etiam præſervandæ, aut diæta. 9. Caſtratio vocis cauſa. 10. Contra muliebres voces, ac choros, cantionesque ludicras, profanas &c. 11. Pro cantoribus præcepta. 12. Contra mimos & ioculatores. 13. Ludi ſacri. 14. Effectus muſicæ, ac piarum cantionum. 15. Divinam pſalmodiam qualem eſſe voluerint ſacrorum præſules. 16. Sanctique Doctores. 17. Ut voci concordet mens, devotioque animi. 18. Abuſus muſicæ, recens medio ævo in eccleſiam inductæ. 19. Inſtrumentorum etiam muſicorum, campanarum, cymbalorum. 20. Contra ſaltationes, & ballationes.

LIBER III.

DE MUSICA POLYPHONA, SEU PLURIUM VOCUM, FIGURALI ITEM, AC INSTRUMENTALI.

CAPUT I.

De Muſica, ſeu concentu plurium vocum.

1. Polyphonia veteribus incognita. 2. Medio ævo inventa, diaphonia, organum dicta. 3. Diſcantus item 4. Alia, quæ huc pertinent, nomina. 5. Qualis primum fuerit conſonantiarum uſus in polyphonia. 6. Tractu nonnullorum ſæculorum. 7. GUIDONE *Aretino* ſaltem ditoni uſum agnoſcente iam ſæculo XI. 8. Tardius cæteris conſonantiis imperfectis in uſum aſſumtis ad fixam cum perfectis regulam.

CAPUT II.

De Muſica menſurata, medio ævo inventa.

1. Muſica rhythmica, metrica. 2. Eius tenuia veſtigia in cantu chorali, ſeu plano medii ævi. 3. Muſica menſurata. 4. Paullatim medio ævo exculta. 5. Explicatur notarum valor. 6. Variæque ſpecies muſicæ figuratæ.

CAPUT III.

De Organis, aliisque inſtrumentis muſicis paullatim in Eccleſiam inductis.

1. Muſica inſtrumentalis medio ævo demum ſacris chriſtianis illata. 2. Organa hydraulica. 3. Organa pneumatica. 4. Inde a ſæculo VIII. in Occidente. Ut & cantus organicus. 5. Uſus organorum in monaſteriis. 6. Inſtrumentorum muſicorum varia genera. 7. Eorumque uſus. 8. Pneumatica inſtrumenta. 9. Enchorda. 10. Pulſatilia. 11. Cymbala. 12. Campanæ. 13. Aliaque ad convocandum populum inſtrumenta. 14 Tabulæ, ſemanteria apud *Græcos*. 15. Campanarii. 16. Varius campanarum, & tintinnabulorum uſus. 17. Tintinnabula in ſacris veſtibus. 18. Rotæ cymbalicæ, ac harmonica ſyſtemata.

LIBER IV.

DE CANTU ET MUSICA SACRA POSTERIORIS ÆVI, A SÆCULO CIRCITER XV. USQUE AD PRÆSENS TEMPUS.

CAPUT I.

Diſciplina Cantus, ac Muſicæ eccleſiaſticæ poſteriore hac ætate.

1. Ampliatio muſicæ, & cantus frequentatio. 2. Et diſciplina a pueris. 3. A Clericis præſertim, dignitatibus, cantoribus, & maxime a Canonicis, aliisque ſervanda. 4. In officio divino per ſtatuta conciliorum, ac Epiſcoporum, repurgatis hiſtoriis Sanctorum in feſtis. 5. Sacrificio Miſſæ imprimis, tam publica, quam privata, reſciſſis ab eo cantibus ſuperfluis &c. 6. Horis canonicis in choro debito modo perſolvendis, damnatis abuſibus, & negligentia, ac inſtitutis etiam ideo diſtributionibus, & inculcata præcipue gravitate. 7. Officiorum & cantus nimia protractio, variis ſtatutis reſtricta, præcipue quoad neumata, quæ tamen non omnino abiicienda. 8. Cantus organicus non adeo probatur in eccleſia. Organi uſus in horis canonicis & Miſſa, ubi in Elevatione SS. Sacramenti prohibetur, in aliis eius partibus moderate permiſſus, uti & in aliis horis, certisque temporibus. 9. Organa a capella pontificia, & alibi, præſertim a monaſticis congregationibus reiecta. 10. Serius dein in eis recepta varias ob cauſas, & ſubinde multiplicata, ac maiore apparatu inſtructa. 11. Perverſus eorum uſus a Theologis, 12. Et Paſtoribus eccleſiæ reprobatus ante & poſt Concilium *Tridentinum*. Monita ideo etiam organiſtis data, ab ipſis tamen ſæpius neglecta. 13. Cantiones vulgares, ſeu vernaculæ quales & quomodo permiſſæ; ab hæreticis compoſitæ prohibentur. Vernaculæ in *Germania* limitate permiſſæ. 14. Moniales, horas canonicas canentes, latinæ linguæ gnaræ ſæculo XV. adhuc. Quod ſæculo XVI. rarius, tandem

dem omnino fere perperam ceſſavit. 15. Mulierum in eccleſia concentus. 16. Eunuchi cantores reprobantur, & irregularibus accenſentur; circa eos moderatio. 17. De falſeto, diſcantu. 18. Contrapuncti, muſicæ motetticæ uſus aliquibus probatus, ab aliis vero ſugillatus. Eius uſus in eccleſia *Mediolanenſi*, in eccleſiis *Galliæ* &c. Abuſus vero in ruralibus. 19. Cantus figuratus apud monaſticos cœtus virginum, & virorum. 20. Omnino vetitus ſtatutis variorum Ordinum: generatim autem quoad monachos, ob eius levitatem reſpectu cantus plani. 21. Muſicæ inſtrumentalis uſus ab initio rarus, a pluribus improbatus, ab aliis vero toleratus, excluſis tamen quibusdam inſtrumentis. In *Galliæ* eccleſiis ſerius, rariusque admiſſus, quam in *Italia* & *Germania*: ſed paſſim improbatus per concilia. 22. Variorum Doctorum contra muſicæ eccleſiaſticæ depravationem querelæ. 23. Quædam ſynodorum decreta circa muſicam in divino officio. 24. Quid in Concilio *Tridentino* de Muſica actitatum ſit. 25. Et a *Romanis* Pontificibus. 26. Pro temporum & feſtorum ratione cautiones circa muſicam, præcipue tempore paſſionis, Riſus Paſchalis. 27. Contra ſpectacula, ac ludos ſynodorum ſtatuta, qui tamen in *Germania* rariores. 28. Nec non choreæ in Primitiis & dedicationis anniverſariis. 29. Etiam in proceſſionibus cum vociferationibus, & muſicis inſtrumentis vetitæ. 30. De cymbalis & campanis, ad harmoniam compoſitis, cautiones. 31. Campanarum varius uſus. 32. Campanarum conſecratio.

CAPUT II.

Uſus Cantus ac Muſicæ apud heterodoxos.

1. Acatholici, qui muſicam reiecerunt. 2. Errores nihilominus per cantilenas propagarunt tam *Huſſitæ*, quam *Lutherani*. 3. *Calviniſtarum* cantiones, & organa muſica demum. 4. In *Anglia*. 5. Lutherus, eiusque aſſeclæ muſicam tuentur. 6. Adhibentque in ſacris. 7. Liturgia precum & cantionum apud eosdem.

CAPUT III.

De Cantu & Muſica recentiorum Græcorum, Moſcorum, aliarumque gentium extra Europam.

1. Diſciplina cantus apud *Græcos* poſteriore hac ætate 2. ſine inſtrumentali, aut alia præter cantum planum muſica. 3. *Ruſſorum*, ritus *Græci*, muſica ſacra. 4. *Syrorum* item ac *Arabum*. 5. *Abyſſinorum* tripudia ſacra. 6. Monachorum item *Turcicorum*. 7. *Chinenſium*, *Iaponenſium* &c. muſica. *Americanorum*.

CAPUT IV.

Ars ac inſtitutio Cantus & Muſicæ ſacræ poſtrema hac ætate.

1. Muſica conſtat melodia & harmonia. 2. Cantus planus *Gregorianus*, *Mozarabius*, *Ambroſianus*. 3. Muſica rhythmica neglecta. Hymni metrici ab Urbano VIII. reſtituti. 4. Muſica figuralis primitus ſimplex, poſtea ultra modum aucta. 5. Cumulatis eius ſignis ſeu figuris. 6. Fruſtra tentata earum mutatione. 7. Syllabæ, quas ſolmiſationem vocant, varie auctæ & immutatæ. 8. Scala muſica cum ſuo temperamento. 9. An aliquid de veteribus generibus chromatico & enharmonico participet? 10. Stilus noſter metabolicus, olim muſica ficta dictus. 11. Modi muſici, eorumque numerus. 12. Geneſis conſonantiarum muſicæ noſtræ harmonicæ. 13. Syſtema novum D. Rameau. 14. Tartini. 15. Deducta inde regula generali motus conſonantiarum perfectarum. 16. Proſcripta ex muſica noſtra harmonica conſonantia diateſſaron. 17. De Falſobordono, contrapuncto, fugis, canonibus muſicis. 18. Monita pro ſtilo eccleſiaſtico, & *a la capella* ſtudioſe excolendo. 19. ſtylus motetticus, madrigaleſcus. 20. Baſſus generalis, fundamentalis additus. 21. Odæ, quas *arias* vocant, ſeu meliſmaticus ſtylus, ac recitativus ab *Italis* primum excultus. 22. Aliarum *Europæ* nationum ſtylus paſſim *Italico* conformatus. 23. Neglectus veræ inſtitutionis ad artem muſicam. 24. Cautiones quædam in cantu plano, ſeu chorali. 25. Ornamenta nimia *Gothica* muſicæ polyphonæ, ac figuratæ. 26. Nimia celeritas ac confuſio verborum. 27. Non ſpectato contextu, ſenſuque verborum. 28. Ablataque omni emphaſi verborum. 29. Nimis prolixa ſyrmata, repetitionesque cantuum, & verborum. 30. Perverſo Muſicæ ſacræ fine.

CA-

CAPUT V.

Auctores Muſicæ ſacræ poſteriore ætate uſque ad præſens tempus.

1. Muſica ampliata. 2. Culta a ſummis eccleſiæ, ſæculique principibus. 3. An muſica ſæc. XV. in *Italia* cum ceteris artibus effloruerit ? 4. Scriptores de muſica practica & theoretica. 5. Doctores & Profeſſores Muſicæ publici in *Anglia*. Et alibi gentium. 6. Auctores muſicæ practicæ ſæc. XV. 7. Muſurgi ſæc. XVI. *Germani & Belgæ*. 8. *Angli*. 9. *Itatali*. 10. *Luſitani*, *Hiſpani*. 11. *Galli*. 12. Collectiones operum ſæc. XVI. & XVII. typis frequentiſſime editorum. 13. De muſica ſæc. XVII. diſpar opinio doctorum quorumdam coævorum. 14. Muſicæ inſtrumentalis ſæc. XVII. in eccleſia epocha. 15. Organiſtæ inſignes. 16. Melothetæ *Itali* ſæculi XVII. 17. *Galli*. 18. *Germani*. 19. Auctores muſicæ ſacræ in *Anglia* ad præſens usque tempus. 20. Et in *Hiſpania* ac *Luſitania*. 21. *Itali* apud pleraſque gentes ſæc. XVIII. ſymphoniurgæ. Sua in patria celebres. *Galli*. 22. *Germani* Proteſtantes. 23. Indoles *Germanorum* muſica. 24. Catholici Muſurgi huius ſæculi. 25. Muſica *Hungarorum*, *Sclavorum*, *Sclavonicæ*que dialecti cantus. *Scottorum* item, ac *Hibernorum*. 26. Ingens exceſſus corruptioque cantus, ac muſicæ ſacræ.

CAPUT ULTIMUM.

Vetus Muſica recentiori comparata.

1. Muſica inſtrumentalis veteris teſtamenti. 2. Quam ſero tardeque in eccleſiam inducta. 3. Muſica diſciplina apud *Hebræos*. 4. Apud alias gentes antiquiſſima. 5. Singularia veterum de muſica ſcita. 6. In cultum Deorum adhibita. 7. Et laudem heroum. 8. Etiam inter convivandum. 9. Quem in finem adhibita ſit muſica. 10. Poetis primum familiaris muſica. 11. A Philoſophis dein exculta. 12. Veteris muſicæ reſtituendæ conatus poſteriore ætate. 13. In ipſa etiam praxi muſica. 14. Id an licuerit in muſica polyphona. 15. Præſertim quoad vim verborum exprimendam. 16. Declamatio muſica, repræſentationesque ſcenicæ. 17. Proſodia ac rhythmus muſicus. 18. In muſica noſtra figurata. 19. Modi muſici veteres. 20. Geneſis conſonantiarum pro ſyſtemate muſicæ veteris & novæ. 21. Diatonicum, chromaticum, & enharmonicum genus. 22. Stupendi veteris muſicæ effectus. 23. Singulares in primitiva eccleſia. 24. Et divina pſalmodia. 25. Elevatione mentis ad Deum potius, 26. Quam contentione vocis. 27. Qualis adhibita, quam diſpar ab hodierna diſciplina. 28. Excuſatio auctoris, ac votum.



DE

CANTU ET MUSICA SACRA

A PRIMA ECCLESIÆ ÆTATE, USQUE AD PRÆSENS TEMPUS.

LIBER II. PARS II.

DE CANTU ET MUSICA MEDII ÆVI.

CAPUT I.

Celebres medii ævi in cantu, & muſica eccleſiaſtica auctores, inſtauratoreſque.

I.

Occidens D. Gregorium M. Oriens S. Ioannem *Damaſcenum* primarios cantus, muſicæque eccleſiaſticæ agnoſcit inſtauratores: quibus id laudi datur, atque omnium ore celebrantur, quod cantum eccleſiaſticum ordinarint. Ac quidem S. Gregorius (ne quid de hymnis ab eo compoſitis dicam, quales octo in officio divino adhuc hodie frequentati in nova editione ei adſcribuntur, quorum Clichtovæus in Elucidatorio eccleſiaſtico quatuor tantum ei attribuit) ante-

S. Greg. M. cantus eccleſiaſtici inſtaurator in Occidente.

T. III. p. 878.

ceſſorum labores conſummando congeſſit dulce melos ſive in antiphonarium, a ſive etiam in reſponſale a). De reſponſali tamen IOANNES diaconus nihil in eius vita commemorat, forte generaliorem antiphonarii notionem ſecutus. [L. II.] *In domum Domini*, inquit, *more ſapientiſſimi* SALOMONIS *propter muſicæ compunctionem dulcedinis antiphonarium centonem cantorum ſtudioſiſſimus nimis utiliter compilavit.* Equidem GOLDASTUS loco vocis *centonem* nomen *cantum* ſubſtituendam eſt ratus in hoc loco, relato in vita B. NOTKERI *Balbuli* ab EKKEHARDO conſcripta. At proprie labor S. GREGORII hoc deſignatur vocabulo in manuſcriptis & editis: plerumque etiam voce *centonizare*, ut apud SIGEBERTUM: *antiphonarium regulari muſicæ modulatione centonizavit:* quia nimirum opus non invenit primus ſuo marte, ſed congeſſit, ordinavit, ut [De div. off. c. 21.] RUPERTUS *Tuitienſis* dicit: *antiphonarium regulariter centonizavit, & compilavit.* [De reb. eccl. c. 22.] *Walafridus* STRABO: *traditur denique*, ait, *beatum* GREGORIUM *ſicut ordinationem Miſſarum, & conſecrationum, ita etiam cantilenæ diſciplinam maxima ex parte in eam, quæ hactenus quaſi decentiſſime obſervatur, diſpoſitionem perduxiſſe, ſicut & in capite antiphonarii commemoratur.* Tangit celebre carmen GREGORIUS *præſul &c.* de quo ſuperius egi, in honorem S. GREGORII, conteſtationemque grati animi pro ordinato regulariter cantu in capite mox antiphonarii poſitum, & ante dominicam primam adventus cantari ſolitum in publico officio ſacro. In codice autem *Veronenſi* ſæc. X. vel XI. eius loco hæc leguntur cum notis muſicis, quibus frontem huius [T. I. p. 1.] operis ornavimus: SANCTISSIMUS NAMQUE GREGORIUS CUM PRECES EFFUNDERET AD DOMINUM, UT MUSICUM TONUM EI DESUPER IN CARMINIBUS DEDISSET, TUNC DESCENDIT SPIRITUS SANCTUS SUPER EUM IN SPECIE COLUMBÆ, ET INLUSTRAVIT CORDA EIUS, ET SIC DEMUM EXORSUS EST CANERE, ITA DICENDO: AD TE LEVAVI. ALLELUIA. Paſſim in monumentis liturgicis imago S. GREGORII ſedentis adumbrata cernitur, Spiritu ſancto ſpecie columbæ dextræ auri adhærente. Mira nobis eam in rem narrat anonymus, quem ſubinde iam laudavimus ex MS. codice *Caſinenſi* ſæc. XI. ſub nomine IOANNIS presbyteri notus, capite 3. *de muſica, quomodo per beatum* GREGORIUM *fuit inventa*, inſcripto, unde quædam excerpta curioſis b dare iuvat b). Invenimus carmen panegyricum S. GREGORII in inſigni codice

a) „Pro indubio (inquit *Ioſ.* CARI Reſponſ. & Antiph. R. E. præf. p. 44. 45.) haberi debet, aliquam olim fuiſſe, ante GREGORII tempora, antiphonarum & reſponſoriorum collectionem, quæ uſui eſſet eccleſiæ cantoribus. Ut enim antiquior eſt ſancto GREGORIO antiphonarum & reſponſoriorum uſus in eccleſia *Romana*, ita par eſt credere, ante illum libros extitiſſe reſponſoriales & antiphonarios.“

b) „Beatiſſimus namque GREGORIUS, ſanctæ *Romanæ* atque apoſtolicæ ſedis doctor & pontifex, conſpexit teneram fidem, & populum ad Chriſtum converſos paganorum adhuc ritibus oberrantes, qui ad nundinas, vel ad nuptias, aut aliqua gaudia celebrantes, exercebant iocum atque ludibria, ſicut uſque adhuc hunc ritum tenent. Exiebant in diebus feſtis de eccleſiis, ubi ſtabant ad officium divinum fa-

ce S. Galli, cuius ſcriptor Hartkerus recluſus habetur ſæc. X. in altera parte, ubi in fronte S. Gregorius in habitu epiſcopali ſiſtitur cum columba ad aurem, ante quem figura monachi, notulas, dictante S. pontifice, ſcribentis, ut cernis in prima operis pagella typis æneis expreſſum:

Hoc quoque Gregorius *patres de more ſecutus*
Inſtauravit opus, auxit & in melius.
Bis vigili clerus mentem conanime ſubdat
Ordinibus paſcens, hoc ſua corda favo.
Quem pia ſollicitis ſolertia niſibus omni
Scripturæ campo legit, & explicuit.
Carmina diverſa ſunt hæc celebranda per horas,
Sollicitam rectis mentem adhibete ſonis.
Diſcite verborum legales pergere calles,
Dulciaque egregiis iungite dicta modis.
Verborum ne cura ſonos, ne cura ſonorum
Verborum normas nullificare queat.
Quidquid honore Dei ſtudiis celebratur boneſtis,
Hoc ſummis iungit mitia corda boris.

Tum:

ciendum, & infinitum dimittebant Dei officium, & diſcurrebant ad muſicorum melodia, quæ exercebantur in ludibria. Et tunc cogitavit, ſi eſſet ei placitum per muſicorum artem in eccleſia laudem, ſicut David in veteri teſtamento fecerat, & preces fudit ad Dominum, ut donum ei in carminibus dediſſet. Tunc nocte illa vidit ſanctam eccleſiam ornatam & compoſitam, quaſi muſa cantum ſuum componit, ut ipſa eccleſia filios adoptivos, quos in baptiſmo novi proli Chriſto ad ſalutem regeneraverat, quaſi gallina pullos ſuos ſub alis ſuis congregans, & ad exercendam Deo Patri laudem coercens, & quaſi ſub uno dragmæ tegmine tabellulæ, ubi ſcripta erat ars muſica, nomina tonorum & neumatum numero, & vocum genera, atque cordarum & modulationis cantico metri atque ſymphonii, ſimul & ſcematæ.“ Poſt alia: „Et tunc namque beatiſſimus Gregorius iterum preces fudit ad Dominum, ut hoc, quod viderat per donum Spiritus ſancti gratia Deus illi eos oſtendiſſet: & deſcendit Spiritus ſanctus ſuper eum in ſpecie columbæ, & illuſtravit cor eius, & ſic iam componere cœpit, atque diſponere omnia per Spiritus S. gratiam. Diſpoſuit atque neumatizavit antiphonarium, inſtruxit cantorum ſcholæ, & cantica melodiis alternantibus modulis dulciſona carmina miſcuit, letantes chori ordinate in eccleſiis atque compoſitæ doctrinam inſtruxit, ut clericorum multitudo bene docti diſciplinæ artis imbuti, regularibus inſtrumentis dediti, inſimul coadunati unus ſpiritus, & una fides erat in eis, medullis cordis, gemitibus inenarrabilibus cum Spiritu ſancto agens in una æquitate concordantes voce ſimul & mente, omni affectu, totis niſibus, ſincera devotione, humili preces, rigidum pectum, directum collum, benigna voce proferunt ex ore ſibilum, atque organum imponunt, dirigunt voces ad aſtra cœlorum, adequanturque cum laudes angelorum humili preces laus clericorum. Compoſuit choros in eccleſia ſicut triplices acies pugnatorum per directum ordinate paratagiis, tres dehinc & tres deinde ad olympiadis iocum exemplo, ubi illa proba exercebantur, & magiſter per medium ibat &c.“ Sic.

Tum: *incipiunt reſponſoria, & antiphonæ per circulum anni.* Eſt vero *reſponſale*, ut vocatur, de quo dubitatur, an S. Gregorio ſit adſcribendum; in eo, ut paulo ante diximus, ab antiphonario, ſeu graduali diſtinctum, quod cantum ad horas canonicas diurnas, nocturnasque contineret, de quo laudatus Walafridus ita proſequitur: *ordinem autem cantilenæ diurnis ſeu nocturnis horis dicendæ beatus* Gregorius *plenaria creditur ordinatione diſtribuiſſe, ſicut & ſupra de ſacramentorum diximus libro.* Et ſane res eodem ſpectabat, idemque genus cantus, quem *Gregorianum* dicimus, in omni parte officii divini hactenus eſt celebratus. Quo etiam ſchola cantorum pertinet, ab eodem S. Gregorio, teſte laudato Ioanne diacono, inſti-
L. II. c. 7. tuta: *Quæ*, inquit, *hactenus eisdem inſtitutionibus in ſancta Romana eccleſia modulatur*: modo nimirum, & ratione, ab eodem S. paſtore traditis, etiam per reliquum chriſtianum orbem brevi eadem inſtitutione pervadente. Relegi poſſunt, quæ capite I. P. I. huius libri II. de hac re diximus, etiam quas difficultates hic moveant viri eruditi, *Petrus* Gussanvillæus in præfat. ad antiphonar. *Elias* du Pinius in bibl. eccleſ. *Io. Georg.* ab Eckhart comment. de rebus *Franciæ* orientalis, tam circa graduale, ac ſacramentarium, quam reſponſoriale, ſeu reſponſale: eoquod nullus ante Ioannem diaconum, ſcribentem ſub Ioanne VIII. P. qui obiit an. 882. trecentis fere poſt Gregorium M. annis, inveniatur, qui narret, Gregorium liturgicos libros ordinaſſe: non Gregorius *Turonenſis*, non Isidorus *Hiſpalenſis*, qui Gregorii M. ætate viventes illius vitæ hiſtoriam adornarunt; ille quidem hiſt. *Franc.* libro X. iſte vero in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis. Eiusdem rei nec meminit Ven. Beda, qui ſub initium ſæc. VIII. S. Gregorii geſta recenſet tum in ſuo martyrologio, cum lib. II. c. 1. hiſt. *Angl.* nec Paulus diaconus, qui eodem ſæc. VIII. in ſuis de hiſtoria *Longobardorum* ſex libris de illis non ſemel agit, & vitam inſuper deſcripſit; nec Amalarius, nec Agobardus, qui ſæc. IX. de antiphonario libros ediderunt. Hac de re dicendi locus erit in diſquiſitionibus de liturgia *Allemannica.* Quod vero ad præſens argumentum pertinet, ſufficere poſſunt, quæ capite primo huius libri II. diximus. S. Gregorio tribuunt etiam uſum litterarum alphabeti in cantu eccleſiaſtico, *Latinorum* ſcilicet; ut *Græci* ſuas adhibuerunt, ſed variis modis transformatas: quod ſectatus eſt non ſolum Boetius in eo genere muſices, ſed etiam ſæc. IX. adhuc Ubaldus, ſeu Hugbaldus *de harmonica inſtitutione* quoad eccleſiaſticum cantum; alii vero eiusdem, & ſequentis ſæculi auctores *Latinis* ordine alphabeti uſi ſunt: deinceps uſu commodiore poſt ſeptimam G, recurrente octava, reſumta eſt *a* littera cum ſequentibus minuſculis. S. Gregorio autem ſeptem duntaxat adſcribunt. Qua de re plura, ubi de ſcala & notis muſicis agemus.

II. An-

S. Ioannes *Damaſcenus* in Oriente paulo poſt.

II. An non artis huius aliquid etiam in orientem penetrarit, unde prius muſica in Occidentem, ut cæteræ etiam diſciplinæ, venit, non inepte quis diſquirat; cum poſtea ineunte ſæculo octavo (ordiente autem ſeptimo Gregorius obiit) Ioannes *Damaſcenus* S. Gregorii ſtudioſiſſimus, novum facilioremque cantandi modum per notas muſicas, loco *Græcorum* characterum onum ſeu chordam indicantium, ſubſtituiſſe feratur. Hoc eſt, quod *Ioſ.* Zarlinus, ignoro quibus auctoribus, Io. *Damaſceno* tribuit, nempe inventionem characterum, quibus intervalla aſcendendi & deſcendendi exprimentibus, pſalmodiæ cantilena choralis (quæ tum in eccleſia locum ſola habebat, ùti etiamnum apud *Græcos*) & ſcriberetur, & caneretur. Poſtea videbimus, incertum eſſe, quorum ſignorum diſcernendi intervalla muſica uſus fuerit ævo S. Gregorii M. ſubſtitutis forte, ut notavimus, in locum characterum *Græcorum*, quorum formam adhuc in libris de Muſica expreſſit Boetius, litteris latinis. Neque vero ante ſæculum nonum notas muſicas in libris liturgicis latinis invenimus; græcas vero dabimus ex cod. ſæc. VIII. quo vixit S. Ioannes *Damaſcenus.* Is nomen melodis ſeu cantoris a ſuis adeptus, teſte Cedreno in compendio hiſtoriar. ad an. X. Leonis *Iſauri*, plurimum apud ſuos ea de cauſa celebratus, ita in menæis eius exordiente encomio ad IV. *Decembris*: *Suavi* Ioannes *terram ubi implevit ſono. Pergit novos daturus in cœlis modos.* In variis etiam tropariis ſæpe hymnologorum vocatur princeps, *ſpiritualium cantionum ſuave ſpirans organum*, *divina ac blandiſona lyra*, *intellectualis hymnorum tibia*, *multivocalis cicada*, *arguta luſcinia*, Ioannes *ſapientiſſimus*, *cantus ſuos divinitus inſpiratos proponit fidelibus*, *piasque mentes ſpiritali gaudio perfundit.* Idem alibi repetitur de divino inſtinctu, quo Ioannes ſacra profuderit cantica: *Sapientem cantorem canticis verborum concinamus*, *dulcem hymnographum floribus hymnorum coronemus*, *ceu organum eccleſiæ divinitus modulatum.* Narrat in eius vita Ioannes *Hieroſolymitanus*, quomodo Cosmas, Ioannis præceptor Deiparæ monitu ad hoc genus ſtudii Ioannem applicuerit, quo etiam in laudato reſpicitur ſynaxario: „Indeque accepto chariſmate iucundarum „cantionum fontem recluſiſti, & ea hymnis celebrata, feſtivitates deco„raſti, ac eccleſiam exhilaraſti, cantorum omnium princeps; quamobrem „ſublatis ſpeculis viciſſim donatus præmio, nunc unacum angelis hymnos „decantas, & pro animabus noſtris interpellas.“ Constantinus *Acropolita* in ſermone encomiaſtico in eundem Damascenum, quæ & quanta in hoc genere elaborarit, breviter commemorat a). Refert alia Card. Quirinus in

a) „Exornavit ergo primum concinnis ſuis melodiis præclaram Salvatoris reſurrectionem, idque non ſimpliciter, ſed multifarie, & diverſimode inventione variarum cantionum, alternaque earundem inter ſe mirabiliter connexarum viciſſitudine: ſed & pro reliquis feſtis, quibus

in diatriba de hymnis quadrageſimalibus *Græcorum*, eorumque auctoribus,
ut oſtendat, quando in hymnis illis IOANNIS monachi nomen habetur, DA-
T. I. p. 1260. MASCENUM indigitari. SUIDAS teſtatur, S. IOAN. *Damaſcenum* præter alia
ſcripta reliquiſſe etiam *canticorum canones iambicos*, & *ſoluta oratione.* Ad
calcem tomi I. operum illius, quorum editionem P. LEQUIEN curavit, in-
ter alia ſacra carmina & cantica in præcipua Chriſti Domini myſteria, ha-
betur εἰς τὴν κυριακὴν τοῦ πάσχα, quod primum videtur a CONSTANTINO
laudari. Dicit autem in admonitione prævia LEQUIEN, ſe nunc abſtinere
ab edenda prima parte octoechi a BILLIO translata, donec certo dignoſce-
re queat, quinam verſus IOANNIS *Damaſceni* ſint, quinam ANATOLII, ME-
L. V. p. 272. TROPHANIS, & aliorum. LAMBECIUS comment. in bibl. cæſar. octoechum
283. dicit maximam partem a IOANNE *Damaſceno* eſſe compoſitum, inter codi-
ces cæſareos recenſens etiam octoechum cum notis muſicis, eumque octo
integros complectentem tonos, cum BILLIUS duos tantum ediderit, de quo
L. V. c. 30. videndus eſt ALLATIUS p. 64. &c. FABRICIUS in ſua bibliotheca inter ſcripta
adhuc inedita Paracleticen in B. Virginem numerat, ſecundum octo tonos
Græcorum, opus magnum & rarum, & ALLATIO iudice φιλοπαρθένοις fu-
turum gratiſſimum. Paſſim eius nomen notatur pro more in *Græcorum* li-
bris liturgicis, qui magno numero præſertim in bibl. *Vindobonenſi* ſervan-
tur, inter alios cod. 304. novi ordinis τροπάριον τῶν ἀναβαθμῶν, *troparium*
ſeu *modulus graduum.* Scriptus eſt codex manu *Ioan.* CITRII cognomi-
ne DALASSINI anno mundi ſecundum computationem eccleſiæ *Cpolitanæ*
6729. ſeu anno Chriſti 1221. indict. 9. ut fol. 321. indicatur. In cod.
Florentino bibl. *Benedictinorum* legitur p. 394. τρόπαριον, quo piorum im-
piorumque dogmatum breviter fit recenſio, quod, ut in titulo legitur,
τῇ κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας ψάλλεται, quæ eſt prima ieiuniorum dominica. In-
ter edita a P. LEQUIEN DAMASCENI opera τρόπαριον hoc non reperitur. In-
cipit: εὐφραινέσθω τῶν ὀρθοδόξων ἡ ἐκκλησία, *lætetur orthodoxorum eccleſia*
&c. FABRICIUS l. c. varios canones Io. *Damaſc.* ineditos recenſet in SS. ſole-
mnitates: item troparia prope innumera in varias feſtivitates cum ſcholiis &
expoſitionibus chianiadæ *Gregorii* PARDI, THEODORI *Prodromi*, EUSTA-
THII *Theſſalonicenſis* in varia eiusmodi IOANNIS cantica & canones. Horum
varios etiam commentarios in bibliotheca cæſarea LAMBECIUS recenſet am-
L. V. p. 6. pliſſimos *Ioannis* ZONARÆ in octoechum: item eiusdem expoſitionem in
p. 275. L. III. p. 39. S. IOANNIS canones anaſtaſimos: eiusdem *Ioannis* ZONARÆ & NICETÆ me-
tropolitæ *Theſſalonicenſis* expoſitiones, canonum ſeu canticorum eccleſia-
ſti-

religioſa plebs congregamur, unum aliquid nobis præponentes eorum myſteriorum, quæ Dominus ac Redemtor noſter homo factus complevit; & qua par eſt lætitia exultantes, plurima, eaque pulcherrima compoſuit. Deinde etiam Sanctorum memorias ſplendide honeſtavit &c.

ſticorum S. Ioan. *Damaſceni* : Theodori *Prodromi* expoſitiones in ſanctorum Patrum, Cosmæ epiſcopi *Maiumenſis*, & Ioannis *Damaſceni* canones ſive cantica eccleſiaſtica, in præcipuis ſacris ſolemnitatibus cantari ſolita : Sanctorum Patrum Cosmæ epiſcopi *Maiumenſis*, & Ioannis *Damaſceni* varios canones, ſive cantica eccleſiaſtica, cum expoſitione ſingulis tropariis particulatim ſubiuncta &c. p. 276. 277. p. 278.

Melodi alii vocabulo Ioannes.

III. Poſt Ioannem vero *Damaſcenum*, qui vel cognomine, vel nomine τȣ̃ μοναχȣ̃ diſtinguitur, ex præcipuis eiusdem nominis fuit *Ioannes* Mauropus, primum monachus, deinde metropolita *Euchaitarum*, de quo agit P. *Hippolytus* Maraccius *Lucenſis* in bibliotheca *Mariana* a). Eius canon a Deiparæ in acoluthia officii ad matutinum extat T. II. *Iunii* apud Bolland. p. XLIX. *Poemata* eius *ſacra iambica* extant in cod. 211. *Vindob.* ſecundum nov. ord. Et 299. cod. eiusdem *Paracletici XXIV. ad Chriſtum Salvatorem*, a f. 1. uſque 77. ubi duo canones *ad eundem Chriſtum Salvatorem*, ſine nomine auctoris: quod in Paracletico ab initio ponitur, & ſemper ode nona. Sequitur eiusdem *canon ad Angelum cuſtodem*: item *ſexaginta ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*: *canones undecim ad S.* Ioannem *Baptiſtam*, cum acroſtichide, ut priora, in quo eiusdem Ioannis nomen. Ut ſolemne erat *Græcis*, nomina ſua notare, atque etiam ordine alphabetico odas componere; cuiusmodi *ſticheron* Simeonis extat in cod. *Vindob.* 76. & in cod. 299. Nicephori *Xanthopuli* χαιρετισμὸς, & *troparia duo in Beatiſſimam Virg. Deiparam.* cod. 253. *Vindob.* f. 31. extat *Ioann.* Zonaræ *canon ad B. V. Deiparam contra præcipuas hæreſes*, qui mutilus eſt. T. XII. Magnæ bibliothecæ *Pariſ.* XXIII. *Lugd.* Plenior apud Coteleriuм T. III. Monum. *Græc.* In eodem cod. f. 89. reperiuntur Ioannis *Geometræ* hymni quatuor, verſibus heroicis & elegiacis in *B. V. Deiparam.* Sequitur epigramma in Ioannem hunc Geometram. Cod. 308. eiusdem bibl. continetur *ſeries ordinationis univerſi officii eccleſiaſtici conſtructa*, & *antiquis notis muſicis adornata a magiſtro Ioanne* Cucuzele, incipit Δεῦτε προσκυνήσωμεν. *Venite adoremus.* Eiusdem in cod. *Vindob.* phil. 194. habentur *anagrammatiſmi totius anni*, cum aliis, plerumque ſub ſolo nomine τȣ̃ μαΐστορος ſeu *magiſtri*, aliquando τȣ̃ μαΐστορος κυρȣ̃ Ιωάννȣ. a) In codice

a) „Ioannes, *Euchaitarum* epiſcopus, natione *Græcus*, inter hymnographos *Menæorum* inſignis : de cuius ætate aut vita R. P. *Simon* Wagnereck in ſua *Pietate Mariana Græcorum P. I. in Prolegom. n.* 25. ſe nondum quidquam inveniſſe ſcribit, quod viris doctis probare ſe poſſe confideret. Studium ſuum erga B. Virginem declaravit ſcribendo græce in dormitionem ſanctiſſimæ Deiparæ orationem unam, quæ manuſcripta extat in bibliotheca *Vaticana.* Canones item octo deprecatorias ad ſanctiſſimam Deiparam, ſecundum octoechos *Græcorum*, qui manuſcripti extant ibidem.“

a ce *Vindobonenſi* Philoſ. 194. ut paulo poſt notabimus, μέλος ſeu *moduli* alicubi Ioannis huius magiſtri eſſe dicuntur τὰ δὲ γράμματα διὰ στίχων, ſeu *verſus* Λαμπαδαρίου iuſſu patriarchæ Matthæi, qui ineunte ſæc. XV. ſedem *Cpolitanam* tenuit, compoſiti. In MS. cod. *Monacenſi* n. 225. ſunt contacia totius anni, compoſita quidem a *Michaele* Aneoto, in meliorem dein & concinniorem formam redacta a *Ioanne* Glyceo, a noſtro vero *Ioanne* Cucuzele contracta & edita, ἐγράφησαν συντετμημένα καὶ σαφέστατα. De hoc auctore iterum ad finem huius capitis fiet mentio, atque inter ſcriptores veteres muſicos edetur eius *ars pſaltica cum variis canticorum exemplis, & adiunctis antiquis notis muſicis.* Diſtinguendus eſt hic *Ioannes* Cucuzeles a *Ioſaphato* Cucuzele iuniore hieromonacho, de cuius hirmologio, cum notis muſicis adornato, diximus capite ſuperiore. Omnium frequentiſſime reperi in codicibus inter melodos *Lampadarii* nomen, una voce τοῦ λαμπαδαρίου, aliquando vero κυροῦ Ἰωάννου λαμπαδαρίου, addito etiam cognomine, e. g. τοῦ κλαδᾶ, veluti cod. *Vindob.* Phil. 344. & in utroque *Monacenſi* ſæpius. Ibidem κοινονικὸν ποίημα Μανουὴλ Λαμπαδαρίου τοῦ χρυσάφη. Qui tamen rarius occurrit. Ut adeo duo diſtinguendi ſint Lampadarii, κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dicti, Ioannes nimirum, & Manuel. Fuit autem Lampadarii officium eccleſiaſticum, de quo non ſemel Codinus, quem etiam cantantem inducit cap. 10. *Prior ergo in ambulacrum venit Lampadarius, lampadem ferens, totumque feſti proprium cantum,* (ἰδιόμελον) *decantans.* Occurrit in eodem cod. *Vind.* alius Manuel, ποίημα κυροῦ Μανουὴλ τοῦ ἀγαλλιάνου. Vid. infra in hac voce ἀγαλλιάνου. Frequens etiam in dictis codicibus eſt τοῦ πρωτοψάλτου κυροῦ ξένου τοῦ κορώνη, ſæpe quoque ſimpliciter τοῦ πρωτοψάλτου, itemque πρωτοψάλτου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ γλυκέως. Apud laudatum Codinum in Pentade VII. officiorum magnæ eccleſiæ primo loco ponitur protopſaltes, deinde duo domeſtici, primi & ſecundi chori. Citrius vocat domeſticum Pſaltarum, indicatque, hoc nomen uſitatius fuiſſe, quam illud protopſaltæ. Haud certo ſcio, an Ioannes κατ᾽ ἐξοχὴν ita ſit dictus, præſertim cum huius ποιήματα in codicibus notentur etiam nomine κυροῦ Ἰωάννου τοῦ γλυκέως, vel τοῦ γλυκέως, vel denique πρωτοψάλτου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ γλυκέως; in *Monacenſi* minore reperitur quoque Ἰωάννου τοῦ πρωτοψάλτου. In cod. *Vind.* 344. alius adhuc *Ioannes* Lascaris occurrit, recentior forte ille, qui capta *Cpoli* an. 1452. in *Italiam* iuvenis admodum venit:

a) „Titulus ſic habet: Ἀρχὴ σὺν θεῷ ἁγίῳ τῶν ἀναγραμματισμῶν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, ποιηθέντες παρὰ κυροῦ Ἰωάννου μαΐστορος τοῦ Κουκουζέλη μηνὶ Σεπτεμβρίῳ η΄ (i. e. ὀγδόῃ) ἡ γένησις τῆς ὑπεραγίας ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας· ἀναγραμματισμὸς εἰς τὸ σήμερον ὁ τοῖς νοεροῖς θρόνοις· ἦχ-πλα. κ. τ. λ.

venit: notatur autem his verbis in *Vindob.* κυρȣ͂ ἰωάννȣ τȣ͂ λάσχαρι. in *Monac.* 225. vero κυρȣ͂ ἰωάννȣ τȣ͂ λάσκαρι. Studioſe hanc fecimus digreſſionem, ne incaute unus pro alio in libris *Græcorum* eccleſiaſticis accipiatur auctor, in quibus uno eodemque perſæpe notantur nomine.

IV. Iam ſæpe Cosmæ mentionem fecimus; ſed duo ſunt diſtinguendi, nempe *Hieroſolymitanus Hagiopolites* (quem Ioannis *Damaſceni* præceptorem diximus) ab altero *Maiumenſi* epiſcopo iuniore. Uterque fuit ſacrarum cantionum peritia illuſtris, ſed ſæpe invicem confuſi. Priori eccleſia *græca* adſcribit potiſſimum hymnos, quos in officio divino cantat, atque auctorem facit *Triodii* in hebdomade ſancta, quam laudem ei ſynaxarium tribuit apud Quirinum: *Primus omnium hoc excogitavit, tres inquam odas, in figuram, ut reor, ſanctæ & vivificæ Trinitatis, magnus poeta* Cosmas *in magna ſanctaque paſſionis Domini, & Dei ac Salvatoris noſtri* Iesu *Chriſti hebdomade.* Cosmam cum Io. *Damaſceno*, & Theophane *melodi*, ſive cantoris cognomento inſignem fuiſſe, tradit Cedrenus in compendio hiſt. ad an. X. Leonis *Iſauri* p. 376. Sed alterum deſignat: „Hic (inquit) S. Io„annes unacum Cosma *Mammenſi* epiſcopo, & Theophane fratre Theo„dori *Graphorum* epiſcopi, *melodi* ſeu cantores ſunt cognominati, eoquod „melodiis comprehendiſſent eas cantilenas, quas decretum in eccleſia Chri„ſtianorum cani iubet." Cosmæ *Maiumenſis* canon paracleticus ad Chriſtum notatur a Lambecio in cod. *Vindob.* 299. Suidas in lexico tam de Ioannis *Damaſceni*, quam de Cosmæ cantionibus ſcribit, nullam eas cum aliorum ſcriptis admiſiſſe, nec admiſſuras comparationem uſque ad ævi finem; vocaturque ab eo Cosmas iſte vir ingenioſiſſimus, qui omnino ſpirarit illam ſuavem modulationem muſicam &c." Refert hoc Quirinus, & recenſet quædam ex eius elogiis in Menæis ad 14. *Octobr.* ubi potiſſimum eiusdem in ſacris cantionibus pangendis peritia prædicatur. Primum autem auctorem triodiorum pro hebdomada ſancta conditorem idem facit, ut diximus. Cum contra ſecundus, Cosmas videlicet *Maiumenſis*, tetraodion magni ſabbati tantum compoſuerit, quod deinde Marcus monachus, epiſcopus *Hidruntinus*, Leonis Imp. iuſſu complevit, ut ex Georgio metropolita *Corinthi*, ac Theodoro *Prodromo*, refert Allatius p. 73. & ſeqq. Obſervandum hic, Cosmam hunc *Maiumenſem* etiam vocari monachum, & μέγαν ποιητὴν, apud laudatos auctores, & in cod. *Monac.* 255. μέγαν Κοσμὰν, diverſumque eſſe ab eo, quem Cl. Montfauconius Κοσμὰν μοναχὸν τȣ͂ παναρέτȣ, & ſæculi XIV. ſcriptorem vocat, cum ille longo ante hunc tempore claruerit.

Cosmas uterque.

Palæogr. Græc. p. 75.

Melodi græci alii, potiſſimum a NICEPHORO recenſiti.

V. Poſt COSMAM, & IOANNEM *Damaſcenum*, apud NICEPHORUM *Caliſtum* (cuius ipſius χαιρετισμὸς, & troparia duo in B. M. V. extant in cod. *Vindob.* 299.) in iambis in *Græcorum* eccleſiaſticos hymnographos, alii ſequentes ponuntur:

THEODORUS & IOSEPH STUDITÆ,
Præſtantiſſima muſices organa.
Et nova Siren IOSEPHUS *hymnographus,*
ANDREAS *perquam concinnum melos decantare ſolitus,*
THEOPHANES *melliflua illa cinyra,*
a GEORGIUS, LEO, MARCUS, CASIA. a)

Theodori STUDITÆ nonnulla leguntur in octoecho. In cod. *Vindob.* 299. THEODORI monachi *canon catanycticus ad Chriſtum ſervatorem.* Itemque THEODORITI *canon catanycticus ad Chriſtum ſalvatorem.* Demum *Ioſephi* STUDITÆ *canon de ſecundo adventu.* IOSEPHI vero hymnographi celeberrimi ſiculi *Syracuſani* Ord. S. BASILII monachi opera omnia, quæ reperiri potuerunt, ex græcis MSS. codicibus collecta, latine reddita, notis illuſtrata, & publicata ſunt an. 1661. ſtudio & labore P. *Ippoliti* MARACCI.
L.V. c. 310. Apud LAMBECIUM IOSEPHI *melodi* recenſentur canones quadraginta octo, quorum quivis peculiarem habet acroſtichidem, quæ itidem, ut quælibet ode nona, nomine IOSEPHI inſignita eſt. *Ioannis* EUGENICI oratio encomiaſtica in S. IOSEPHUM hymnographum memoratur a *Leone* ALLATIO in diatriba de SYMMEONUM ſcriptis. Alterum vero a STUDITA IOSEPHUM hymnographum, archiepiſcopum *Theſſalonicenſem* Menæa *Græcorum* ad d. 3. *Aprilis* celebrant. ANDREAS vero monachus, poſtea *Cretenſis* epiſcopus S. SOPHRONIO *Hieroſol.* ſynchronus, auctor magni canonis ἁγιοπολιτικȣ̃ ςιχηρȣ̃, diſtinguendus ab *Andrea* PYRRHO, & ab altero τȣ̃ σιγηρȣ̃, de quo infra. Mentionem capite ſuperiore fecimus celeberrimi canonis, ab ANDREA *Cretenſi* compoſiti, quo univerſam veteris & novi teſtamenti hiſtoriam eſt complexus, vocaturque μέγας κανών. De eo multis agit Triodium, deque aliis etiam lucubrationibus ANDREÆ b). Inter cognomines
b GEOR-

a) Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων,
Ἡ λύρα τȣ̃ πνεύματος Κοσμᾶς ὁ ξένος,
Ὀρφεὺς νεαρὸς ἡ Δαμασκόθεν Χάρις,
Καὶ Θεόδωρος, Ἰωσὴφ οἱ Στȣδῖται,
Ὄργανα τὰ κράτιςα τῆς μȣσȣργίας,
Ξενὴ τε σειρὴν Ἰωσὴφ ὑμνογράφος,
Μέλος παναρμόνιον Ἀνδρέας ἐκρότεις
Καὶ Θεοφάνης ἡ μελιχρὰ κιννύρα
Γεώργιος, Λέωντε, Μάρκος, Κασία.

b) „Multa quidem cum alia eccleſiæ Dei fructuoſa ingenii ſui monumenta reliquit, tum varias orationes & canones; crebrior tamen, & copioſior in panegyricis orationibus extitit. Ex multis autem aliis hunc quoque magnum canonem, infinita contritione, animique compunctione refertum. Collecta enim in unum univerſa veteris & novi teſtamenti hiſtoria, canticum hoc compoſuit.“ Ita Triodium.

Georgios, an metropolita *Corinthius* in iiſdem iambis Nicephori intelligendus ſit, quis dubitet? Cum etiam Gregorius alias ſit dictus. Cuius expoſitiones in canones, ſeu cantica eccleſiaſtica a Lambecio laudantur. *L. V. p. 278.* Alius autem Georgius *Nicomediæ* archiepiſcopus inter *Græcos* melodos celebris eſt. Occurrent paulo infra alii huius nominis auctores. Idem de Leone dubium eſt, cum præter alios, etiam Leo *Sapiens*, ſeu *Philoſophus*, imperator in hoc genere laudetur, cuius troparia ἑωθινά, ſeu *matutina* undecim leguntur in octoecho. *Odarium catanycticum* memorant Lambecius, *Ib. p. 295.* & Montfauconius ex bibliotheca *Medicea*, verſibus anacreontibus, ſeu potius politicis. *Bibl. bibliothecar. T. I. p. 351.* Celebratur etiam Leo quidam, nomine τοῦ μαΐστορος, ſeu *magiſtri*. De Marco certum eſt, intelligi *Hidruntinum* epiſcopum, ſeu monachum, qui ætate Leonis Imp. floruit, ac tetraodium a Cosma melodo *Maiumenſi* in magnum ſabbatum compoſitum, in perfectum canonem terminavit, teſtibus eodem Nicephoro & Cedreno: cum Marcus *Epheſinus*, cuius cantica in SS. Trinitatem, & canones octo in B. V. M. Lambecius memorat, longe poſterior fuerit, ex concilio *Florentino* anno *L. V. p. 295.* 1438. celebris. In cod. *Vind.* gr. phil. 344. notatur aliquid nomine κυροῦ Μάρκου ἱερομονάχου. Sic quoque in *Monac.* 255. Et in *Vind.* 194. τοῦ τιμιωτάτου ἐν ἱερομονάχοις κυροῦ Μάρκου, τοῦ εἰς τὴν μονὴν τῶν ἁγίων ξανθοπούλων, item μελιωθὲν παρὰ τοῦ. . τοῦ ἐκ τῶν ξανθοπούλων. Cod. *Monac.* 255. exhibet titulum τοῦ μητροπολίτου Κορίνθου κυροῦ Μάρκου. Ut adeo hic quatuor Marci diſtinguendi veniant. De Theophane cum Ioanne *Damaſceno* & Cosma nomen *melodi* κατ᾽ ἐξοχὴν adepto minime dubitandum eſt, eum eſſe a Nicephoro memoratum, cuius encomium ex Menæis ad d. XI. *Octobr.* Quirinus profequitur, pariter ac laudati Andreæ *Cretenſis*. Theophanis στιχηρὸν in omnes Sanctos legitur Cod. *Vind.* 156. f. 78. & canon paracleticus ad B. V. Deiparam in cod. 253. In officio exequiarum apud Goar duplex habetur canon Theophanis. Is ac frater eius Theodorus γραπταὶ ſunt appellati, quod uterque ab impio Theophilo frontibus ferro candente inuſtis, ob defenſionem ſacrarum imaginum in exilium ſint pulſi. Plures, obſervante Goar, canones compoſuit Theophanes, quibus iambos præmiſit, unde auctor dignoſcitur. Casia vero, quæ poſtremo nominatur, floruit temporibus imperatorum Michaelis *Balbi*, & Theophili filii eius, eadem nimirum, quam Icasiam Codinus in antiquitatibus *Cpolitanis* vocat: *Quæ*, inquit, *cum valde erudita eſſet*, *multos canones*, *& ſtichera*, *& alia quædam compoſuit admiranda*, *tempore* Theophili *imperatoris.* De ea etiam nonnulla habet Theodorus *Prodromus* apud Allatium, pag. 74. & 75. Ipſe Theophilus imperator, teſte Cedreno, in compendio

 hiſtor.

hiſtor. p. 428. apud GOAR: „ Ambiebat & muſicæ laude excellere, hy„ mnos quosdam & carmina componens, ac canere ea iubens: de quibus „ eſt *Benedicite* quarti toni, quod ex *Audi filia* octavi toni translatum a „ ſe, atque concinnatum, in eccleſia clara voce cani mandavit. Ac ferunt, „ eum carminis amore illectum, in ſolennibus ad magnam ædem conven„ tibus, ne manus quidem ad cantus artificioſam agitationem detrectaſſe, „ clerumque muſicæ exercendæ cauſa centum libris argenti donaſſe. Qui„ dam eius ingenii fœtum verſum illum, qui in feſto palmarum die can„ tatur, ferunt: cuius initium: *Exite gentes. Exite populi.*" Locus hic extat etiam apud ALLATIUM p. 66. Huic iungimus CONSTANTINUM, LEONIS *philoſophi* filium, quem *Græci* celebrant auctorem ἐξαποστειλαρίων.

Melodi ex Triodio *Venetiis* a. 1601. edito, & quibusdam MSS. codd.

VI. Coronam melodorum *Græcorum* omnis ætatis, eorumque icones in fronte Triodii excuſi *Venetiis* an. 1601. videre potes cum hac inſcriptione: Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων, *hymnorum modulos hi compoſuere ſacrorum.* Quorum nomina ſaltem hic deſcripſiſſe iuvat, cum eorum ætate, dignitate aut conditione, prout fere a FABRICIO in calce ALLATII de libris eccleſiaſticis *Græcorum* deſignantur. Subinde lucubrationes etiam recenſemus eorum, quorum necdum facta eſt mentio. 1) GERMANUS patriarcha *Cpolit.* ſub LEONE *Armeno* ſæc. IX. eiectus, cuius θεοτόκιον ad maiores veſperas habes T. II. *Iunii* BOLLAND. p. XL. cum idiomelis NILI *Xanthopuli*, itemque p. XXXVI. 2) SOPHRONIUS patriarcha *Hieroſol.* cuius *troparia in vigilia natalis Domini* cantari ſolita, in hymnologio *Vindobonenſi* cod. 303. poſita ſunt, unacum eiusdem Συνάξει τῶν ὥρων, ſeu *horologio magnæ paraſceves*, cum antiquis notis muſicis. 3) PHILOTHEUS patriarcha *Cpol.* ab an. 1362. Eius canon in S. GEORGIUM recenſetur a LAMBECIO, unaque ALEXII metropolitæ *Nicæni* in S. DEMETRIUM M. στιχηρὰ προσόμοια. 4) ANDREAS *Cretenſis* (ut volunt) archiepiſcopus. 5) IOANNES *Euchaitarum* metropolita. 6) GEORGIUS *Nicomediæ* archiepiſcopus. 7) METHODIUS. 8) CYPRIANUS. 9) ANATOLIUS epiſcopus. Ex iconiſmo patet, hos tres poſteriores omnes fuiſſe epiſcopos, aut metropolitas. 10) LEO *Deſpotes*, ſive imper. 11) LEO *Magiſter.* 12) BASILIUS *Pigeriotes*, ſive *Pegoriotes.* 13) IUSTINUS. 14) SERGIUS. Sequuntur monachi: 15) IO. *Damaſcenus.* 16) COSMAS (poſtea *Maiumæ* epiſcopus) 17) IOSEPHUS hymnographus. 18) THEOPHANES, cognomine *Graptus*, de quibus iam ſupra. 19) BYZAS, ſive BYZANTIUS. 20) STEPHANUS *Hagiopolites.* 21) GEORGIUS *Siceliotes.* 22) SIMEON, an S. MAMANTIS, de quo FABRICIUS aliqua edidit Vol. X. Bibl. *græc.* p. 312? an vero potius *Logotheta*, ſeu celebris METAPHRASTES, cuius extat στιχηρὸν ordine alphabetico cod. *Vindob.*

L. V. c. 324.

dob. 76. f. 6. & pars cod. 215? In priori codice poſt celebrem hymnum ἀκάθιστον ſequuntur Theolepti, metropolitæ *Philadelphiæ*, canones catanyctici & paracletici, item ſtichera ad S. Antonium, S. Onuphrium, B. V. Deiparam. 23) Philotheus. 24) Arsenius. 25) Babylas. 26) Ephræm *Cariæ* (de quo nonnulla Rayæus T. II. *Iunii Bolland.* p. LXVIII.) 27) Andreas *Pyrrhus*, ſive *Rufus.* 28) *Theodorus* Studites. 29) Cassia virgo. Coronam hanc exhibet etiam Rayæus cum animadverſionibus, T. II. *Iunii Bolland.* p. XX. Ibidem, atque etiam Bibl. *græc.* Vol. X. pag. 133. &c. *Alb.* Fabricii, ordine alphabeti magnum numerum melodorum *Græcorum* videre eſt, quorum hiſtoriam ſcripſit *Urbanus Godofredus* Siberus. Facile autem multo auctiorem catalogum prolaturus fuiſſet *Leo* Allatius in promiſſo de hymnographis græcis libro: quod ex antiquis eorum libris liturgicis, qui paſſim MSS. ſervantur, pronum eſt facere, in quibus haud raro ingenti numero ſingulis odis nomina ſuorum auctorum præponuntur, diſtinctis ſæpius illis, qui proſam aut metrum, ſeu λόγους, γράμματα fecerunt, ab iis, qui melos, ſeu modulos muſicos compoſuerunt. Exemplum hic per lancem ſaturam ex uno alterove codice MS. ponam, *Vindobonenſibus* nimirum, & *Monacenſibus. Vindobonenſis* gr. Phil. N. 194. al. 122. incipit ab officio τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ ποιηθέντος παρὰ διαφόρων ποιητῶν. Alter Theol. gr. N. 185. Ex *Monacenſibus* unus N. 225. poſt εἰσαγογὴν μουσικὴν, *introductionem*, ſeu *inſtructionem muſices*, exhibet officia, ſeu ἀκολουθίας συντεθημένας παρὰ μαΐστορος κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κουκουζέλη, ἀπ᾽ ἀρχῆς τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ μέχρι καὶ τῆς συμπληρώσεως τῆς θείας λειτουργίας. In altero N. 255. ponitur pariter primo εἰσαγογὴ μουσικὴ, cuius ſpecimen infra dabimus, deinde προκείμενα μεγάλα pro variis anni temporibus. Codex *Blaſianus* præter inſtructionem muſicam, & ἐξήγησιν τῆς παραλλαγίας, quæ inferius exhibentur, nec non totam liturgiam, pauca alia continet, eosque fere auctores, quos ſupra recenſiti codices. In his omnibus iidem auctores ſæpius etiam recurrunt, quod notare ſuperſedeo, niſi in notatione diverſitas ſit. Etſi vero non dubitem, maiorem partem recentioris eſſe ætatis, quoniam tamen ætatem ſingulorum determinare, operoſum nimis, & forte ἀδύνατον eſſet, ordine alphabetico eos hic ſubiungimus, notatis ſimul codicibus, in quibus occurrunt a). a

Agallianus. O. Alibi δομεστίκου τοῦ Ἀγαλλιανοῦ. M. m. τοῦ Ἀγαλλιανοῦ κυροῦ Μανουήλ.

Aga-

a) V. notat *Vindobonenſem* priorem. V. alt. alterum n. 185. M. M. *Monacenſem* maiorem N. 225. M. m. *Monac.* minorem N. 255. Bl. vero noſtrum *Blaſianum.* O. notat omnes codices dictos referre eundem auctorem.

AGATHO monachus, frater CORONES, plerumque Ἀγάθωνος μοναχοῦ, ἀδελφοῦ τοῦ Κορώνη, ut in M. m. ponitur. Interdum tantum τοῦ Ἀγάθωνος.
Bibl. gr. L. III. c. 10. Meminit eius & FABRICIUS ex BARVOETIO.

AMPELOCEPETUS. V. alt. ſolus: ποίημα ἱερὸν (forte ἱερέως) τοῦ Ἀμπελοκηπήτου.

ANDREAS. M. M. κυροῦ Ἀνδρέου. In M. m. & V. κυροῦ Ἀνδρέου τοῦ Σιγηροῦ. In M. m. vero ſæpius τοῦ Σιγηροῦ tantum. Ἀνδρέας ἱερεὺς memoratur etiam a
Palæogr. græc. MONTFAUCONIO ſcriptor *Menæorum* a. 1405.

ARGYROPULUS. V. τοῦ Ἀργυροπούλου τοῦ γέροντος. Plures itaque fuerint ARGYROPULI, cum hic dicatur ſenior. Refert unum FABRICIUS, l. c. In M m. κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Ἀργυροπούλου. V. τοῦ Ἀργυροπούλου κυροῦ Θεοφυλάκτου. Sic & M. m.

BASILIUS. M. M. ſolus: τοῦ Βασιλείου. An unus ex mox ſupra laudatis?

CAMPANA. M. m. ſol. τοῦ Καμπανᾶ. Vel Καμπᾶν.

CELADINUS. M. m. τοῦ Κελαδινοῦ.

CHALIBURE. In M. M. & V. τοῦ Χαλιβούρη.

Diſſert. I. de libris græc. p. 82. CHRISTOPHORUS. M. M. κυροῦ Χριστοφόρου τοῦ Μυστάκωνος. Ibidem tamen, & in V. ſolum τοῦ Χριστοφόρου. ALLATIUS refert inter melodos CHRISTOPHORUM primum a ſecretis.

CHRYSAPHE. Bl. Ἀλληλουϊάριον, ποίημα κυροῦ Μανουὴλ λαμπαδαρίου τοῦ Χρυσάφη. Notandum ex hoc loco, ποίημα referri ad melodiam ſeu cantum, cum textus ſolum ſit ἀλληλούϊα. M. m. νέον κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Χρυσάφη, ubi ſimul huius diſcipulus refertur GEORGIUS, neſcio quis. Τοῦ Χρυσάφη librum de arte pſallendi, cum ipſius & aliorum poematis eccleſiaſticis in Bibl. *Scorialenſi* fuiſſe aſſervatum teſtis eſt BARVOETIUS apud FABR. l. c.

CONSTANTINUS. Varii huius nominis auctores memorantur. M. M. Κωνσταντίνου τοῦ Μοσχιανοῦ, qui notatur etiam a BARVOETIO l. c. M. m. Κωνσταντίνου τοῦ Μηγουλᾶ, pro quo melius Bl. τοῦ Μαγουλᾶ (monaſterii ſcilicet, MONTF. Pal. gr. p. 62.) M. m. ἱερέως κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Γαυρᾶ; qui ibidem etiam τοῦ Γαυρᾶ ſolum. V. Τὰ γράμματα (textus) κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἄσαν.
Pal. græc. p. 97. Varios CONSTANTINOS, ſcriptores *Græcos*, refert idem MONTF.

CONTOPETRE. O. τοῦ Κοντοπετρῆ. In M. M. δομεστίκου τοῦ Κοντοπετρῆ. Dubium vero, an idem ſit cum illo in eod. cod. κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Κοντοπετρῆ.

CORNELIUS. In V. alt. ſolum, Κορνηλίου. Sed in M. M. τοῦ μοναχοῦ Κορνηλίου.

CORONE.

Corone. M. M. τȣ̃ Κορώνη. ib. τȣ̃ πρωτοψάλτȣ κυρȣ̃ Ξένȣ τȣ̃ Κορώνη. Vocatur hic plerumque ὁ Ξένος, unde etiam κυρȣ̃ Ξένȣ idem eſſe videtur, ac τȣ̃ Κορώνη. Alibi ponitur ſimpliciter τȣ̃ πρωτοψάλτȣ Κορώνη, ſic & in V. In M. m. τȣ̃ Κορώνη κατὰ Βαλαὰμ ϗ Ἀκινδύνȣ. Ibidem eius patria notatur: τȣ̃ Κορώνη ἀπὸ τῆς Ῥοδακίμης, ſcil. πόλεως, ex *Rhodo*. Frater eius Agatho monachus ſupra iam poſitus. V. alt. ποίημα τȣ̃ Κορώνη, ϗ τȣ̃ μαΐςορος. Incertum itaque, an etiam hic dictus ſit magiſter, vel num intelligendus Cucuzeles.

Cosmas. Occurrit ſolum in M. m. τȣ̃ μεγάλȣ Κοσμᾶ. De Cosmis in ſuperioribus actum.

Cucuma. M. M. ἀπὸ τὸν Κȣκȣμᾶν, ſcil. ab eo compoſitum. In M. m. & V. τȣ̃ Κȣκȣμᾶ. In eod. M. m. πολυέλεος ὁ λεγόμενος Κȣκȣμᾶς, quia ab eo ad notas accommodatus. A Barvoet. in catal. biblioth. *Scorial.* memoratur domeſticus magiſter Cucuma.

Cucuzeles. Frequens occurrit in omnibus codd. idque vel ſub nomine Κȣκȣζέλη tantum, vel τȣ̃ μαΐςορος κυρȣ̃ Ἰωάννȣ τȣ̃ Κȣκȣζέλη. Nonnunquam etiam ſolum cum encomio τȣ̃ μαΐςορος. Huius iam ſupra a nobis mentio facta.

Curtese. Semel in M. M. tantum, τȣ̃ Κȣρτέση vel Κȣρτεσίȣ.

Demetrius. M. M. τȣ̃ δομεςίκȣ κυρȣ̃ Δημητρίȣ τȣ̃ Δοκειανȣ̃. Omittitur etiam δομεςίκȣ ibid. & in M. m. In V. ποίημα κυρȣ̃ Δημητρίȣ τȣ̃ Δικιανȣ̃ (forte pro Δοκειανȣ̃). In M. m. τȣ̃ Ῥαιδεςίνȣ κυρȣ̃ Δημητρίȣ.

Docianus. Videtur eſſe cognomen auctoris, neſcio, an ſolius Demetrii, vel etiam aliorum. Solitarie etiam ponitur in V. alt. & M. M. τȣ̃ Δοκειανȣ̃. Et in eod. M. ποίημα τȣ̃ Δοκειανȣ̃ κυρȣ̃ δομεςίκȣ. Haud dubie hic Demetrius eſt mox ſupra memoratus.

Dysicus. Occurrit ſolum in M. M. τȣ̃ Δυσικȣ̃, eſtque, quantum coniicio, cognomen incerti auctoris.

Ethicus. M. M. & m. τȣ̃ Ἠθικȣ̃. In priori, & V. Κυρȣ̃ Νικηφόρȣ τȣ̃ Ἠθικȣ̃. Neque alium reperi, hoc nomine notatum. Vid. etiam infra Nicephorus.

Gabala domeſticus. M. M. & V. alt. δομεςίκȣ τȣ̃ Γαϐαλᾶ. In eod. M. M. ſolum τȣ̃ Γαϐαλᾶ.

Gayra. M. m. τȣ̃ Γαυρᾶ. ib. ἱερέως κυρȣ̃ Κωνςαντίνȣ τȣ̃ Γαυρᾶ.

Geor-

Georgius. Varii recenſentur. τοῦ Παναρέτου κυροῦ Γεωργίου. M. M. & V. alt. In cod. M. M. τοῦ Παναρέτου κυροῦ Γεωργίου καὶ Λαοσυνάκτου. ib. τοῦ Παναρέτου, omiſſo Γεωργίου. Vid. infra Panaretus. Dubium eſt, an idem ſit, qui ſub nomine δομεστίκου Γεωργίου τοῦ Κοντοπετρῆ occurrit in eod. M. M. & m. Nec illud certum, qualis Georgius fuerit diſcipulus τοῦ Χρυσάφη, qui notatur in M. m. A Montf. laudatur Γεώργιος Ῥόδιος auctor Evangeliſtarii, a. 1205.

Palæogr. gr. p. 99.

Gerasimus. Etiam huius nominis auctores varii ſunt. τοῦ Γερασίμου, & παπᾶ κυροῦ Γερασίμου. M. M. In M. m. κυροῦ Γερασίμου ἱερομονάχου τοῦ Χαλκεοπούλου. In V. alt. ποίημα Γερασίμου ἱερέως τοῦ Χαλκεοπούλου. In eod. M. m. ponitur νέον κυροῦ Γερασίμου ἱερομονάχου ἐκ τῆς μονῆς (monaſterii) τῶν Ξανθοπούλων, & τοῦ ἐκ Ξανθοπούλων. Gerasimi monachi poemata varia notat Barvoet apud Fabric. l. c. Γεράσιμος ἱερομόναχος ſcriptor Menæi refertur a Montf. an. 1450. & alius p. 64. tertius occurrit ibid. p. 57. μοναχὸς κυρὸς Γεράσιμος καθηγούμενος τῆς μονῆς ἱερέων.

Ib. p. 80.

Germanus patriarcha. τοῦ πατριάρχου κυροῦ Γερμανοῦ. M. M. Auctor Encomiorum, ſed notas muſicas non compoſuit. Eſt hic procul dubio patriarcha *Cpolitanus*, cuius iam ſupra meminimus.

Glycæus. M. M. τοῦ πρωτοψάλτου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος. it. τοῦ Γλυκέος ſolum, in eod. & Bl. In M. m. & V. κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος. ab eo ἐκαλλοπίσθησαν (in concinniorem melodiam redacta) κοντάκια totius anni. In M. alius ponitur ſub nomine κυροῦ Γρηγορίου τοῦ Γλυκέος, qui in V. alt. eſt Γλυκαίου. In M. m. duntaxat, reperitur alius τοῦ Γλυκὺ, item κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκὺ, qui licet nomine diverſus, idem tamen forte eſt cum priore. Occurrit in eodem M. m. alius magis diverſus τοῦ Γλυκεώτου ἡ Βουλγάρα. Glycæi protopſaltis *Rhodi* chironomia muſicæ artis memoratur a Barvoet. apud Fabric. l. c.

Gregorius. M. M. κυροῦ Γρηγορίου, ſic & in m. Ib. κυροῦ Γρηγορίου τοῦ Μαριανοῦ. κυροῦ Γρηγορίου τοῦ Γλυκέος ſupra memini. In M. m. mentio adhuc κυροῦ Γρηγορίου τοῦ Ἀλυάτου.

Ioannes. Varios huius nominis auctores ſupra iam recenſuimus, ex quibus frequentiſſime occurit *Ioannes* Cucuzele. Poſt hunc alii. ποίημα κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Λαμπαδαρίου, ſæpius in M. M. V. μέλος Ἰωάννου τοῦ Λαμπαδαρίου. M. M. exhibet nomen κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κλαδᾶ, item Ἰωάννου τοῦ Κλαδᾶ καὶ Λαμπαδαρίου. M. m. κυροῦ Ἰωάννου λαμπαδαρίου τοῦ Κλαδᾶ. Ponitur quoque Λαμπαδαρίου τοῦ Κλαδᾶ, & τοῦ Κλαδᾶ abſolute. In M. m. βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Βατάτζη; qui in V. alt. ſolum eſt τοῦ Βατάτζου, vel Βατάτζου. M. m. & Bl.

Ἰωάννου

Ἰωάννου τοῦ πρωτοψάλτου, qui eſt diverſus a Protopſalte Glyceo: uterque enim in variis immediate ſubſequentibus titulis ponitur, cum alias, ſi iidem forent, in poſteriore tantum τοῦ αὐτοῦ pro more poneretur. Vid. ſupra Glyceus. Κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Λάσκαρι ex M. M. ſuperius memini. In M. M. occurrit adhuc Ioannes patriarcha, ſub titulo Ἰωάννου πατριάρχου. item Ἰωάννου τοῦ Περιφήμου.

Ioasaph monachus. Legitur in M. m. tantum, Ἰωασάφ μοναχοῦ. Memoratur etiam Ἰωασάφ apud Montf, l. c. p. 74. ad an. 1390. qui & ibid. p. 101. meminit Ἰωασάφ Κουκουζέλη iunioris, auctoris hirmologii, circa an. 1390. forte unus, idemque.

Isidorus patriarcha. M. M. γράμματα κυροῦ πατριάρχου Κωνσταντινοπόλεως κυροῦ Ἰσιδώρου. V. στίχοι τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Ἰσιδώρου. Vixit hic poſt medium ſæc. XV. ex quo de antiquitate horumce codicum ferendum iudicium. Idem de M m. in quo eſt εὐφημία ſeu apprecatio pro Neophone patriarcha *Cpolitano*, ſicut in M. M. pro Imperatore Manuele *Palæologo*, & eius uxore Helena. Ut adeo circa tempora captæ urbis, ut alii plurimi, etiam hi codices videantur conſcripti, atque hinc inde cum ipſis *Græcis* diſperſi.

Lampadarius. Vid. de hoc iam in ſuperioribus. Ponitur ſæpius abſolute τοῦ Λαμπαδαρίου, forte κατ' ἐξοχὴν pro *Ioanne* Lampadario, ſicut τοῦ μαΐστορος pro *Io.* Cucuzele.

Laosynactes. Officium alias gerit eccleſiaſticum, convocandi populum, de quo Codin. Pent. V. c. I. Vid. ſupra Georgius.

Latrinus. Extat in V. alt. τοῦ Λατρινοῦ. Ab eo forte dictus πολυέλεος λατρινὸς in M. m.

Longinus. Memoratur in M. M. & V. alt. τοῦ Λογγίνου. apud Montf. l. c. p. 65. eſt Λογγῖνος μοναχὸς ſcriptor, an. 1272.

Magister. Μαΐστωρ, ſæpius ſolitarie in omnibus codicibus ponitur, τοῦ Μαΐστορος, κατ' ἐξοχὴν, ut videtur, pro *Ioanne* Cucuzele, qui fere ſolus ut plurimum hoc elogio notatur.

Manuel. Varii ponuntur. τοῦ παπᾶ Μανουὴλ τοῦ Πλαγίτου, M. M. qui ibid. τοῦ δομεστίκου κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Πλαγίτου, & in M. m. κυροῦ Μανουὴλ ἱερέως τοῦ Πλαγίτου. In M. M. alius: τοῦ Παναρέτου κυροῦ Μανουὴλ, & in M m. ἱερέως Μανουὴλ τοῦ Παναρέτου γραίου (aut γεραιοῦ) καὶ ὀρφανοτρόφου, it. κυροῦ Μανουὴλ ἱερέως του ὀρφανοτρόφου. M. m. Μανουὴλ ἱερέως τοῦ Ἀνανοῦ. M. m. τοῦ Ἀγαλλιανοῦ κυροῦ Μανουήλ. In eod. κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Χρυσάφη. it. ἱερέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Σπανοῦ. ac κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Ἀργυροπούλου, cui ſæpe additur καὶ μαΐστορος.

ϛορ𝔬. *Manuel* PHILES *Epheſius*, qui floruit circa tempora MICHAELIS *Palæologi iunioris*, inter hymnos alios ſcripſit & hymnum in Spiritum S. qui legitur apud COTELERIUM.

T. III. Monum. eccl.

MANURGA. Bis ſolum in M. m. τȣ̃ Μανȣργᾶ.

MARCUS. Τȣ̃ μετροπολίτȣ Κορίνθȣ κυρȣ̃ Μάρκȣ. M. m. κυρȣ̃ Μάρκȣ ἱερομονάχȣ. ib. μελιοθὲν παρὰ τȣ̃ τιμιωτάτȣ ἐν ἱερομονάχοις κυρȣ̃ Μάρκȣ τȣ̃ ἐκ τῶν Ξανθοπȣ́λων, item . . τȣ̃ ἐις τὴν μονὴν τῶν ἁγίων Χανθοπȣ́λων. V. MARCUS ſcriptor Synaxarii an. 1332. notatur a MONTF. l. c. p. 69.

MATTHÆUS patriarcha legitur ſolum in V. γράμματα ποιηθέντα δὶ ὁρισμȣ̃ ϗ ζητήσεως τȣ̃ παναγιωτάτȣ ϗ οἰκȣμενικȣ̃ πατριάρχȣ κυρȣ̃ Ματθαίȣ.

MELISYNUS. Τȣ̃ Μελισυνȣ̃ M. M. auctor γραμμάτων, ſeu textus in κατανυκτικοῖς.

MICHAEL, auctor (ποιητὴς) κοντακίων totius anni M. M. τȣ̃ Μιχαὴλ τȣ̃ Ἀνεώτȣ, ib. τȣ̃ δομεϛίκȣ κυρȣ̃ Μιχαὴλ τȣ̃ Ἀνεώτȣ. Vid. infra MYSTACON. Obiter hic nota, celebrem etiam *Michaelem* PSELLUM, DUCÆ Imperatoris præceptorem, hymnos conſcripſiſſe ſacros. De quibus videatur *Leo* ALLATIUS *de Pſellis*. Refertur etiam a MONTF. l. c. p. 103.

MOSCHIANUS. Duo recenſentur in M. M. κυρȣ̃ Γεωργίȣ τȣ̃ Μοσχιανȣ̃, & Κωνϛαντίνȣ τȣ̃ Μοσχιανȣ̃; quisnam vero horum intelligendus veniat in τȣ̃ Μοσχιανȣ̃ ſolitarie poſito, non conſtat.

MYSTACON. Et huius nominis duos exhibet M. M. τȣ̃ Μυϛάκων𝔬 κυρȣ̃ Μιχαὴλ. Id in V. alt. ubi ſimul ποίημα τȣ̃ ὑιȣ̃ ἀυτȣ̃, quin filii eius nomen exprimatur: alter: κυρȣ̃ Χριϛοφόρȣ τȣ̃ Μυϛάκων𝔬 in M. M. qui tamen cum V. etiam ponit τȣ̃ Μυϛάκων𝔬 ſolum: ut adeo iterum dubium, quem ex duobus intelligi velit.

NICEPHORUS. Vid. ſupra ETHICUS. M. m. τȣ̃ δομεϛίκȣ κυρȣ̃ Νικηφόρȣ τȣ̃ Ἠθικȣ̃. In V. alt. ποίημα τȣ̃ Ἠθικȣ̃ κυρȣ̃ Νικηφόρȣ, adiungitur τȣ̃ Τζακνοπȣ́λȣ, quod tamen videtur referendum ad ſequens κυρȣ̃ Ἰωάννȣ. Varii quoque recenſentur NICEPHORI a MONTF. l. c. p. 104. uti & NICOLAI ib.

NICOLAUS. Νικολάȣ δομεϛίκȣ τȣ̃ Κλωβᾶ. M. M. & V. alt. omiſſo etiam Νικολάȣ in M. m. In eod. M. M. τȣ̃ Νικολάȣ τȣ̃ Ἄσαν.

NICON monachus. Νίκων𝔬 μοναχȣ̃ M. M. & m. Apud MONTF. l. c. p. 48. Νίκων aliquis occurrit an. 534.

PANARETUS. Vid. GEORGIUS, & MANUEL. Semel in V. τȣ̃ Παναρέτȣ

fine

ſine alio addito, & in M. m. ἱερέος τȣ Παναρέτȣ, ubi videtur intelligendus MANUEL. Duos PANARETOS alios commemorat idem MONTFAUCON l. c.

PATRICUS. Occurrit ſemel in M. M. tantum, δομεςίκȣ τȣ Πατρικȣ.

PERIPHEMUS. M. m. κυρȣ Ἰωάννȣ τȣ Περιφήμȣ.

PHARDIBUCE. M. M. τȣ Φαρδιβȣ́κη, & M. m. τȣ Φαρδιβȣ́κη ἐκείνȣ ϗ πρωτοπαπᾶ τῶν ἁγίων ἀποςόλων.

PHERENTRE. τȣ Φερέντρη, vel Φερεντρίȣ. M. M. conf. ſeq.

PHRENTARIUS quaſi Referendarius. τȣ Φρενταρίȣ κυρȣ δομεςίκȣ τȣ Λογγίνȣ. V. alt. Eſt fortaſſis idem cum LONGINO ſupra poſito, itemque cum præcedente Φερέντρη, quod forte legendum Φερενταρίȣ.

PRIMICERIUS. Officium eccleſiaſt. CODIN. c. I. Canticum aliquod in M. M. inſcribitur τȣ μεγάλȣ Πριμμικηρίȣ; quis vero ille fuerit, incertum eſt.

PROPOLLA. In M. m. τȣ Προπολλᾶ.

PROTOPSALTES. De hoc vid. ſupra. Item IOANNES & GLYCEUS. In M. M. & V. alt. ponitur τȣ Πρωτοψάλτȣ, haud dubie Γλυκέος.

ROMANUS. *Contaciorum* auctor: cuiusmodi ex MÆNEO 25. *Decembris* deſcribit celebre eius auctoris Ἡ παρθένος σήμερον. GRETSERUS ad cap. 7. CODINI de Officiis *Conſtantinop.* de menſa Imperatoris, ad quam illud cantores concinere ſolebant cum polychronio. *T. XV. Opp. p.* 130.

SCUROPULUS. In M. m. ſemel duntaxat τȣ Σγȣροπȣ́λȣ. Videtur eſſe idem, quem MONTF. l. c. SYROPULUM vocat.

SIGERUS. Sæpius in M. m. occurrit: τȣ Σιγηρȣ, nonnunquam etiam in eod. & V. κυρȣ Ἀνδρέȣ τȣ Σιγηρȣ. Vid ſupra ANDREAS.

STAMENITZUS. In M. m. unica vice τȣ Σταμενίτζȣ, ſed alii legunt Σταμενιτέρȣ.

THEODORUS. M. m. παρεκβολὴ κυρȣ Θεοδώρȣ τȣ κατὰ καλῶν. V. κυρȣ Θεοδώρȣ δομεςίκȣ τȣ κατεικαλῶν. In eod. ποιηθὲν παρὰ τȣ δομεςίκȣ κυρȣ Θεοδώρȣ τȣ Μανȣργᾶ. niſi hæc ultima ſpecialem titulum conſtituant.

THEODULUS monachus. M. m. & Bl. Θεοδȣ́λȣ μοναχȣ, vel κυρȣ Θεοδȣ́λȣ μοναχȣ. Bl. ποίημα Θεοδȣ́λȣ μοναχȣ. Conf. MONTF. Palæog. gr. p. 60.

Theophylactus. M. m. Θεοφυλάκτȣ τȣ͂ Ἀργυροπȣ́λȣ. V. μεγαλυνάριον μεταφρασθὲν παρὰ τȣ͂ Ἀργυροπȣ́λȣ κυρȣ͂ Θεοφυλάκτȣ. Vid. Montf. p. 45.

Thybæus. M. M. aliquoties τȣ͂ Θυϐαίȣ. Sed in M. m. bis τȣ͂ Θηϐαίȣ, quod magis probatur.

Tzacnopulus. M. M. ποίημα τȣ͂ Τζακνοπȣ́λȣ κυρȣ͂ Ἰωάννȣ. ſic & V. alt. ſed M. m. τȣ͂ Τζακνοπȣ́λȣ ſolum, qui tamen idem eſt cum priore.

Xenophon. M. m. τȣ͂ Ξενοφῶντος.

Xenus. Vid. Corone. Plerumque κυρȣ͂ Ξένȣ τȣ͂ Κορώνη, in O. ſed nonnunquam ſolum κυρȣ͂ Ξένȣ.

Xerus. τȣ͂ Ξηρȣ͂ Occurrit ſemel tantum in M. m.

Atque hi ſunt, quos ſupra laudati *Viennenſes*, *Monacenſes* & *San-Blaſiani* poſteriores codices MSS. qui an. 1768. cum monaſterio *San-Blaſiano* igne conflagrarunt, cum notis muſicis exhibent auctores muſicos *Græcorum*. Plures deprehendet, qui maiorem plurium eiusmodi codicum ſibi copiam fecerit. Dum interim ſpem adimit Card. Quirinus nanciſcendi tractatum *Leonis* Allatii de melodis *Græcorum*, „Quem (inquit) „fruſtra *Pariſiis* etiam, diligenter a ſe conquiſitum fuiſſe *Bollandiani* con„tinuatores affirmant ad diem XXX. *Aprilis* p. 788. & poſtquam ex lite„ris *Samuelis Hermanni* Reimeri, publici *Hamburgi* Profeſſoris ad me „datis *Nonis Novemb.* 1738. intellexeram *Urbanum Godofridum* Siberum, „licet multa de edenda a ſe eorundem melodorum hiſtoria pollicitus „fuiſſet, nihil aliud tamen ad eandem edidiſſe, quam ſchediaſma paucis „pagellis comprehenſum, & *Lipſiæ* an. 1714. vulgatum.„ Hæc ille ad R. P. D. *Renatum* l'Aneau, Superiorem generalem Congregationis S. Mauri an. 1743. Eſtque inter epiſtolas eiusdem a *Nic.* Coleti *Venetiis* an. 1756. editas vigeſima quinta p. 136. cui innectit opuſculum de hymnis quadrageſimalibus *Græcorum*, eorumque auctoribus: qua, ut ipſe fatetur, viſus ſibimetipſi eſt, dum illud confecit, *Græciam* conturbaſſe, & librorum liturgicorum eius gentis myrothecia exhauſiſſe. Agit enim vero de præcipuis *Græcis* Melodis copioſe in alia etiam diatriba *de aliis canticis quadrageſimalibus Græcorum, eorumque auctoribus, ubi*, addit ad calcem laudatæ epiſtolæ, *abſtruſis & reconditis ſenſibus obvoluta nomina*
p. 159. *eorum canticorum, ſcilicet Contacia, Oeci, Stichera, Similia, Hagiopolitica, Anatolica, Idiomela, Cathiſmata, Exapoſtillaria, illuſtranda ſuſcepi, haud pœnitendo (niſi me huius negotii amor fefellit) labore.*

VII.

VII. Apud *Latinos* non fuit copia tanta, ſed nec tantus abuſus, ſicut apud *Græcos*, a quo tempore ab eccleſia ſciſſi variis erroribus etiam divinum officium conſpurcarunt, ut apud ALLATIUM videre eſt in poſteriore diſſert. de libris eccleſiaſticis *Græcorum*; ubi eos ad examen revocat. In Occidente vigilantia paſtorum, imprimisque ſummorum pontificum, a quibus, ut vidimus, ordinati ſunt libri ad officium ſacrum in eccleſia pertinentes, cantus purus ac uniformis magis eſt conſervatus Omnia quoque, præter peculiaria cuique nationi, ac etiam ſingularia quibusdam eccleſiis ac locis, paucis iis, quos recenſuimus, libris ſunt contenta: cum apud *Græcos* in immenſum excreverint, arteque humana & ſtudio factæ compoſitiones fere divina cantica ſcripturarum ſuffocarint. Apud Occidentales vero minima eiusmodi portio in divino officio, præſertim ſacratiſſimo Miſſæ, locum invenit proſarum, aut metrorum: ſuntque ex priore ætate ſervati magna parte in officio canonico hymni, quos vocamus etiam *Ambroſianos*: „ „Quia eius (AMBROSII) tempore (ut ait ISIDORUS) primum in eccleſia *Mediolanenſi* celebrari cœperunt: cuius celebritatis devotio dehinc per totius Occidentis eccleſias obſervatur. Carmina autem, quæcunque in laudem DEI „ dicuntur, hymni vocantur. Hymnus alicubi pro *Feſto* ponitur. Sic in *Taphographia Principum Auſtriæ* lib. I. c. 1. §. 9. a BERNARDO, ſeu PERTWARTO, epiſcopo *Wirzburgenſi*, LEOPOLDUS I. Marchio *Auſtriæ ad hymnum* S. KILIANI ſecum devote celebrandum invitatus legitur. Hymnos TOMASIUS in ſuo hymnario uno, non grandi volumine complexus eſt. Varios etiam edidit CASSANDER, & FABRICIUS inter poetas chriſtianos. Paſſim item recenſet *Polycarpus* LEYSERUS in hiſtoria poetarum & poematum medii ævi. Hos inter non pauci tribuuntur S. GREGORIO M. qui etiamnum in officio divino cantantur, diurno nocturnoque, veluti: *Primo dierum omnium. Nocte ſurgentes vigilemus omnes. Ecce iam noctis tenuatur umbra. Clarum decus ieiunii. Audi benigne conditor. Magno ſalutis gaudio. Rex Chriſte factor omnium. Iam Chriſtus aſtra aſcenderat.* Qui in *Georgii* FABRICII poetis latinis, atque in operibus S. GREGORII, quæ iuſſu SIXTI V. P. PETRUS *Toſcianenſis* edidit, leguntur; omittuntur vero in accuratiori editione noviſſima PP. *Benedictinorum* Congreg. S. MAURI. Vid. *Auberti* MIRÆI Scholia in ISIDORI *Hiſpalenſ.* de Script. eccleſ. cap. 27. Cuius ipſius ISIDORI etiam hymnus duplex in laudem S. AGATHÆ legitur in Actis Sanctorum *Febr.* Tom. I. p. 569. & BRAULIONIS *Cæſar-Auguſtani* epiſc. hymnus de S. ÆMILIANO extat in Actis Ord. S. BENED. T. I. p. 215. de quo ipſe in S. ÆMILIANI Vita ad FRONYMIANUM presb. *Hymnum quoque de feſtivitate ipſius Sancti, ut iuſſiſti, iambico ſenario metro compoſitum transmiſi.* IULIANUS in append. ad librum

Apud Latinos hymni.

L. I. de eccl. offic. c. 6.

T. IV. Monum. Auſtr. Princip. P. I. p. 7.

S. Ildephonsi de ſcriptoribus eccleſ. hymnorum huius S. Præſulis meminit. Ante eum vero nullus toto illo libro hymnis ſcribendis operam dediſſe legitur. Inter opera Iuliani, ſucceſſoris S. Ildephonsi, Felix in appendice recenſet *librum carminum diverſorum, in quo ſunt hymni.* Petrus *Ilerdenſis* epiſc. & Salvus abbas *Abboldenſis*, ut hos gentilibus ſuis iungam, in eodem genere elaborarunt. Conatus ſaltem laudandus in Chilperico, *Francorum* rege, de quo Gregorius *Turonenſis*: „Confecit duos libros, quaſi Sedulium imitatus, quorum verſiculi debiles „nullis pedibus ſubſiſtere poſſunt: in quibusdam non intelligebat: pro „longis ſyllabas breves poſuit, & pro brevibus longas ſtatuebat; & alia „opuſcula, vel hymnos, ſive Miſſas, quæ nulla ratione ſuſcipi poſſunt.„ In operibus Ven Bedæ, atque apud Cassandrum varii leguntur eiusdem venerabilis presbyteri hymni, notanturque a Leysero in Hiſtoria poetarum & poematum medii ævi p. 206. 207. veluti etiam p. 211. Pauli Diaconi, cuius etiamnum canitur hymnus de S. Io. *Baptiſta*, & ille de S. Benedicto, qui continet illuſtria eiusdem S. P. miracula. Compoſuit & hymnum de paſſione S. Mercurii, & alterum in translatione corporis *Beneventum.* Extat pariter hymnus MS. eccleſiæ *Beneventanæ* in feſto Aſſumtionis decantari ſolitus, a Paulo Diacono, ut aſſeritur, conſcriptus. Incipit: *Qui poſſit amplo famine præpotens.* Alcuini hymnus de S. Vedasto ſapphicus legitur apud Lambecium. Hymnos ſacros compoſuiſſe Paulinum *Aquileienſem* epiſc. *Walafridus* Strabo teſtatur. Cuius ipſius ſacrorum hymnorum librum unum *Oxonii* in bibliotheca ſervari, teſtis eſt Pitseus: atque in Bibl. max. PP. extat hymnus de natali Domini, *Gloriam nato cecinere Chriſto.* Et de *Agaunenſibus* martyribus: *Felix Gallia fortibus trophæis.* Ibidemque *T. VIII. p.* 727. ac apud laudatum Fabricium varii hymni *Drepanii* Flori inveniuntur, quos etiam Leyserus recenſet, auctoremque hunc rectius ad nonum ſæculum reponit. Hymnus Theodulphi *Aurelianenſis*, de quo alibi locuti ſumus, quemque alii Raynardo *Lingonenſi* adſcribunt, *Gloria, laus & honor tibi ſit rex Chriſte redemtor*, dominica palmarum ubique a pueris decantatur, ut legitur in Bibl. max. PP. *Verſus facti, ut a pueris in die palmarum cantarentur.* *Rhabani* Mauri hymnus *Claras laudes ac ſalubres, poſco fratres, dicite*, extat in Actis SS. *Iunii* die 2. p. 176. ibidemque T. II. *Martii* p. 96. Alvari *Cordubenſis* hymnus choriambicus *Almi nunc redeunt feſta polifera.* Et in Bibl. max. PP. hymni de ſolemnitate S. Wigberti, unus: *Wigberti dies natalis*, alter: *En piis ſplendent revoluta votis.* Herderici hymnos ſæc. IX. in honorem SS. laudat Trithemius. Erici monachi *Altiſiod.* hymnum in S. Germanum: *Sublime feſtum ſeculis*, edidit Barthius.

L. V. hiſt. c. 45.

Bibl. Cæſ. L. II. p. 413.

De reb. eccl. c. 25.

Pitſ. de illuſt. Angl. ſcript. p. 146.

Bibl. m. PP. T. XV. p. 220. 226. *Leyſer. hiſt. poet. medii ævi p.* 243. *&c.*

T. XIV. p. 28.

T. XV. pag. 59. 60.

Chron. Hirſaug. p. 47.

BARTHIUS. Circa hæc tempora gravis fuit controverſia de clauſula *Te trina Deitas* hymni, hodieque in feſtis MM. decantati, *Sanctorum meritis*, quem, vocum novitates continentem, inceſſit HINCMARUS peculiari libello *De trina Deitate.* Nec multo recentior eſſe poteſt hymnus, ſub nomine S. BERNARDI vulgatus, *Ave maris ſtella*, quem legi in MS. *San-Gallenſi*, ducentis ſaltem annis S. BERNARDO antiquiore. Inter monachorum S. GALLI poemata a CANISIO edita ſunt etiam hymni, imprimis NOTKERI *Balbuli*, de quo alias, & paullo poſt de Sequentiis acturi ſumus, quarum ille auctor paſſim habetur, aut cultor certe præcipuus. HUCBALDI *Elnonenſis* duos hymnos habes apud MABILLONIUM: de quo plura alibi, a) veluti etiam de S. ODONE *Cluniacenſi*, cuius hymni extant in Bibl. *Cluniac.* & max. PP. *Tom. XVII. p.* 314. de S. MAGDALENA, *Lauda mater Eccleſia.* De S. MARTINO Turon. *Rex Chriſte Martini decus.* De quibus vid. hiſt. litter. *Franciæ.* In UGHELLI *Italia ſacra* extat inter alia hymnus COSMÆ *Staterienſis.* FULBERTI *Carnotenſis* epiſc. ſæc. XI. hymni in natum Chriſtum, Deum triunum, atque de paſchate, proſtant in FABRICII poetis chriſtianis, & CASSIANI hymnis eccleſiaſticis. De S. MARTINO inter monachales Patres, apud BARTHIUM PETRUS diaconus de viris illuſtr. *Caſinenſibus* c. 16. THEODERICO, *Caſinenſis* gymnaſii presbytero, inter alia tribuit *hymnum in laudem beatiſſimi Mauri venuſto ſtilo deſcriptum.* Floruit is ineunte ſæc. XI. Idemque c. 19. BENEDICTO, qui eſt GAUFERIUS, hymnos de S. SECUNDINO, & c. 44. RAYNALDO *Caſinenſi* ſubdiacono adſcribit *hymnos in laudem ſancti confeſſoris Chriſti atque pontificis Severi*: qui hymni excuſi ſunt in breviariis *Caſinenſibus* an. 1568 & 1572. Dicitur PETRO *vir valde eruditus*, & *verſificandi ſcientia antiquis per omnia comparandus.* Diſtinguit vero ab eius hymnis, *ad Petrum diaconum* (auctorem nempe huius libri, de quo poſtea c. 47. refertur, quod *cantus beati Marci* compoſuerit, & *ſanctorum Nicandri & Marciani*) *ac bibliothecarium ſanctiſſimi Severi Caſinatis epiſcopi in laudem verſus: verſus quoque de vita B. Benedicti, ac B. Mauri.* LAMBERTO monacho S. LAURENTII *Leodienſis* monaſt. ſæc. XI. TRITHEMIUS, de ſcriptoribus *Germanicis*, *hymnorum quoque*, *vario carminum genere*, librum unum tribuit. PETRUS *Damiani*, ex abbate *Pompoſiano* ord. S. BENED. epiſc. *Oſtienſis* & Cardinalis, vulgavit etiam hymnum de gloria paradiſi: *Ad perennem vitæ fontem mens ſitivit arida*; alioſque plures, qui habentur in eius operibus. In bibliotheca *Cluniacenſi*, & biblioth. max. PP. partim extant hymni S. ODILONIS abbatis quatuor de S. MAIOLO, de Aſſumtione, & Nativitate B. MARIÆ V. *Adeſt dies lætitiæ. Oritur ſydus inclytum.* ALPHANI ex monacho *Caſinenſi*, archiepiſcopi *Salernitani*

Barth. adverſ. L. XXXIV. c. 20.

In append. T. III. Annal. p. 641. a

T. VI. pag. 236.

Adverſar. L. XIX. c. 13.

T. XVII. p. 668.

a) In Collectione Scriptorum eccleſ. de re muſica.

Act. O. S.B. ſæc. I. p. 301. Leyſ. hiſt. poet. p. 358. &c. Ughell. T. VII. Ital. ſacr. p. 1336.

lernitani hymni de S. Mauro apud Mabillonium leguntur, & apud Ughellum. Varia vide apud Leyserum. Gauferii monachi item *Caſinenſis* hymnos & verſus de S. Secundino idem edidit Ughellus: cum quibus & alia eiusdem auctoris edere promiſit *Io. Bapt.* Marus, in notis ad Petrum diac. ex MSS. *Caſinenſibus*, qui idem teſtatur, varios hymnos Alberici monachi itidem *Caſinenſis* ſervari *Florentiæ* in bibl. FF. *Minorum* cœnobii S. Crucis, veluti in S. Nicolai, S. Crucis, Aſcenſionis, S. Apollinaris, S. Scholasticæ, Aſſumtionis B. M. S. Petri feſtivitates, & alia. Sæculo XII. ineunte, præter ſacra poemata a Leysero recenſita, hymno paſſionem ac translationem S. Mauri graphice concinuit Rodulphus monachus *Floriacenſis.* In actis SS. *Iunii* legitur *Franciſci* Cameni hymnus in S. Nicolaum peregrinum. Gregorii *Tarracinenſis* hymnos ſanctorum Casti & Cassii recenſet laudatus Leyserus, Radberti item magni hymnum ad Spiritum ſanctum. Hildeberti *Cennomannenſis* hymnorum & orationum liber unus Trithemio memoratus, amplius aliquid innuit, quam in noviſſima *San-Mauriana* editione prodierit. Varii ſub S. Bernardi nomine circumferuntur hymni, recenſetque Leyserus p. 422. &c. De hymno falſo S. Bernardo adſcripto *Ave maris ſtella,* diximus paulo ante. Hymnos de contemtu, & vanitate mundi, ſub eius nomine publicavit *Bern.* Bacchusius in pergula ſpiritualis melodiæ, ſeu libro ſpiritualium cantionum, impreſs. *Antwerpiæ* 1617. Alia vide apud Leyserum p. 422. 423. Petri *Venerabilis* hymnus de translatione S. Benedicti: *Claris coniubila Gallia cantibus* extat in *Io.* a Bosco p. 376. bibl. *Floriac.* citanturque a Leysero Ioannis monachi *Bertiniani* p. 995. Reynerii monachi, Thomæ de *Cantiprato* p. 1000. *Simonis* Stockii p. 1001. hymni, qui auctores ſæculo XIII. vixerunt. Cum officio de feſto SS. Corporis Chriſti hymnum etiam compoſuit S. Thomas *Aquinas.* Sæc. XIV. *Richardus* Ledredus *Anglus Londinenſis*, a Ioanne XXII. renunciatus epiſcopus *Oſſorienſis* in *Hibernia,* ſcripſit hymnos quoſdam, in Natali Domini, aliisque feſtis in eccleſia ſua decantandos, ut ex Wadingo refert *Polycarpus* Leyserus in hiſtoria poetarum & poematum medii ævi: qui plures etiam recenſet, cum ingens ſit hymnorum numerus eiusdem ævi, quotidie ut plurimum in divino officio frequentatorum, quorum tamen auctores latent. Alii, etſi forte in hunc uſum deſtinati, etiam a claris viris compoſiti, non paſſim ſaltem, aut diu uſu publico obtinuerunt: magna vero pars extra ſacrum uſum manet, e. g. S. Paulini *Aquileienſis*, & aliorum, præſertim in *Galliis* & *Germania*, vernacula etiam lingua, ut alibi obſervatum.

T. I. p. 253.

Hiſt. poet. p. 381.

VIII.

VIII. Hos inter celebrantur S. ADALBERTI & S. METHODII a) cantica in lingua *Sclavonica*, & in veteri *theotiſca* rhythmi OTFRIDI monachi *Weiſſenburgenſis* in *Alſatia*, qui primus eiusmodi verſibus rhythmicis, ad cantandum accommodatis, ſcripturæ locos contexuit. Edidit, ac peculiari commentario illuſtravit *Io. Georg.* ECCARDUS hymnum *Te Deum laudamus* initio ſæculi noni, ut ſuſpicatur, in *Germanicam* linguam converſum cum cæteris canticis ſacris, quæ Bibliotheca *Oxonienſis* ex hereditate IUNIANA ſervat. Recenſet P. TASSIN in novo diplomatico opere fragmentum hymni rhythmici & alphabetici ſuper Cant. cantic. SIGEFREDI presbyteri *Friſingenſis*, qui LAMBECIO transſcriptor tantum OTFRIDI dicitur; quod de *theotiſca* poeſia intelligendum eſt. Quod enim in alio genere hymnorum (quos *tropos* vocant, nec rhythmi quidem legibus adſtrictos) affert P. TASSIN ex cod. ſæc. IX. in eo ipſe SIGEFREDUS auctorem ſe prodit; ita vero habet: „Z eſt gramma noviſſima omnibus, concludit hymnum cum „binos verſiculos. Ego puſillus, qui SIGFREDUS nuncupor, adfixi dulce „mellatico carmine ad laudem Chriſti, & ſanctæ eccleſiæ, *Gloria throno* „*Omouſion. Kyrie dicamus omnes reſidente etherio agiepoli in archanis* „*intimis ovantes mire cum Deo.*" De tropis tropariisque *Græcorum* paſſim mentio eſt facta, unde hoc nomen eſſe aſſumtum iam PAMELIUS notavit in Prolegom. T. II. liturg. ſub titulo de tropis, qui etiam Proſæ appellantur a genere dicendi. In hoc genere proſarum aut rhythmorum hoc medio ævo fuit ſtudium multorum, præſertim in elaborandis Sequentiis, auctore potiſſimum NOTKERO *Balbulo*. Præfationem, indiculumque ſequentiarum ſupra dedimus. Extatque in bibl. cæſarea codex, ex quo editio T. I. Anecd. PEZII ſuppleri queat. Siquidem omnes ſequentiæ NOTKERO tribuendæ cenſeantur, quando in MSS. eiusdem præfatio præmittitur: ut nihil de aliis eiusmodi collectionibus Sequentiarum dicam, qualem ex codice *San-Blaſiano* recenſui, de Sequentiis in Miſſa tractans. NOTKERI opus laudat TRITHEMIUS de Scriptor. eccl. c. 279. *Legi volumen, quod Sequentiarium prænotavit,* ſubditque: *Huius doctiſſimi viri Sequentiarium* NICOLAUS *papa I approbavit, & ad Miſſas decantari præcepit.* De quo ECKEHARDUS in eius vita c. 33. *Pater ſanctus pauca ſcripſit, præter Sequentias, & alia modica.* ECKEHARDUS etiam ipſe compoſuit Sequentiam de S. DESIDERIO: *Summis conatibus,* & Sequentiam *Diei,* ut GOLDASTUS notat.

In lingua vernacula rhythmi. proſæ item, ac Sequentiæ.

a

Tom. III. p. 354.

T. II. Bibl. Vind. p. 454. *&c.*

a) Canticum S. ADALBERTI ſupra attigimus. S. METHODIUS, archiepiſcopus *Pannonienſis* eccleſiæ cum S. CYRILLO fratre apoſtolus *Sclavorum*, ſive *Moravorum*, *Bulgarorum*que ſæc. X. multas cantilenas in linguam *Sclavonicam* traduxit, & religionem chriſtianam propagavit, etiam *Bohemiæ* duce, converſo ad fidem.

notat. Eiusdem anachroniſmum circa hunc NOTKERUM iam notavit *I.* BASNAGIUS T. II. P. III. CANIS. p. 88. dum memorat, NOTKERUM Sequentiam illam a ſe compoſitam, *Sancti Spiritus adſit nobis grati*a, CAROLO M. miſiſſe, *qui in gratiarum actionem* hymnum: *Veni Creator Spiritus, ipſius ore dictatum*, retribuerit; cum tamen circa finem ſæc. IX. floruerit NOTKERUS, quo adoleſcente iam obierit CAROLUS. Sequentiæ ſi non ortum, luſtrum tamen ſuum a NOTKERO acceperunt, quem cum aliis ECKEHARDUS *iunior* laudat c. I. de caſibus monaſterii *San-Gallenſis*: „HARTMANNUS (inquit) conſilio magnus, ille quidem, qui *Humili prece* melodiam fecit; NOTKERUS, qui Sequentias; RATPERTUS, qui *Ardua ſpes mundi*; TUTILO, qui *Hodie cantandus eſt*, & pleraque alia dictaverant.“

T. XXVII. p. 508. 513. Ant. Alem. T. I. p. 55. Nonnulli hymni ſunt editi a CANISIO, & in ſupplemento bibliothecæ Patrum *Lugdunenſis*, & apud GOLDASTUM, tum NOTKERI utriusque, *Balbuli* & *Medici*, REMBERTI, HARMOTI, cum aliorum monachorum *S. Galli*, quos tantum ſeligere voluit *Iodocus* MEZLERUS, *minimam hanc, & veluti extremam partem, hymnos videlicet ſacros, ex innumeris, quæ antiqui patres* S. GALLI *monachi ſapienter dixerunt, & ſuaviter decantaverunt*, ut in præfatione loquitur, ſubditque: *Mirabitur vero, aliquos ſaltem ex illis in ætate tam barbara tam bene luſiſſe, & tam latine: & ubique meminerit lector, cum omnia iſta ad cultum divinum fuerint a PP. dictata, magis ſpectari res, quam verba, tantum muſicam, quantum proſodiam.* Inde potiſſimum dignoſci queunt veteres ſanctorum patrum ab illis, qui ex medio hoc ævo hucusque in officio divino ſunt conſervati hymni, quod metri legibus ſoluti decurrant, paucis exceptis iambicis aut ſapphicis. Sequentiæ vero ex conſtanti uſu etiam nomen proſarum obtinuerunt, tantum ut ſyllabarum parilitas repetendo cantui eſſet idonea, uti hirmi, de quibus diximus, apud *Græcos*. In cod. *Vindob* theol. 58. ſæc. XI. vel XII. GODESCALCI cuiusdam monachi, non utique famoſi illius *Ornbacenſis*, ſermones duo apologetici habentur adverſus anonymum, nonnulla reprehendentem in duabus ſequentiis de B. V. MARIA ab ſe compoſitis. In priori hunc locum defendit, & interpretatur: *Unius tria ſunt facta Trinitatis opera in carne a ſe ſumta, angelus ne cadat &c.* declarans, quemadmodum ſalva religione & pietate dici poſſit de Chriſto, eum *per carnem & crucem ſuam feciſſe, angelus ne caderet.* Meminit in priore hoc ſermone magiſtri ſui HEINRICI. „In hoc reſponſorio, quod fecit, videlicet *Omnis lapis pretioſus*, reprehendit ideo, quia dixit idem HEINRICUS, omnis lapis pretioſus operimentum Dei. Quod reprehenſor eius dixit contrarium dictis S. GREGORII &c.“ In altero defendit, quod poſuerat de B.ma V. „Hanc nec corrumpi, nec putredine ſolvi optat *Tibi*

„*bi plebs fidelis Domini &c.*“ Vitio dederat adverſarius, quod dixiſſet *optando*, quod debuerat dicere *affirmando*, eorum iudicio videlicet, *quod in ea, id eſt, Domina noſtra* MARIA *iam completa ſit reſurrectio, ut ſit corpore & anima in cœlo.* Tuetur itaque ibi, B. V. M. non ſolum nondum reſurrexiſſe, ſed etiam in conceptione originalis peccati labem contraxiſſe. Eiusmodi ſphalmata, atque etiam compoſitionis inconcinnitas, ineptiæque, cauſam dederunt antiquandi maximum ſequentiarum, proſarum, antiphonarum, reſponſoriorum &c. numerum, ut hoc obiter notem. Demum quæ prope finem habet ſecundi ſermonis idem GODESCALCUS, non de ſuis ſolum, ſed etiam HERMANNI *Contracti*, & NOTKERI eiusmodi compoſitionibus, operæ pretium eſt adſcribere. a) Sequentia *Veni ſancte Spiritus* etiam tribuitur HERMANNO *Contracto*, ab aliis INNOCENTIO III. Nec ullius ex illis ſequentiis, quæ hodie decantantur, certus habetur auctor. *Ioannes* RICCHE apud WADINGUM & LEYSERUM p. 1004. S. BONAVENTURÆ tribuit ſequentiam, *Lauda Sion Salvatorem*, quæ in feſto Corporis Chriſti canitur, redoletque & ſtilum, & facilitatem rhythmorum BONAVENTURÆ, quorum ſuavi concentu erat feliciſſimus; ab aliis S. THOMÆ *Aquinati* tribuitur cum reliquo officio. Quid? ſi totam Miſſam ille compoſuerit, & S. THOMAS officium, ex ſententia auctorum citatorum? Sequentia *Dies iræ*, quæ hodieque canitur de mortuis, ſæc. XIII. ineunte creditur compoſita a THOMA *Celano* Ord. S. FRANC. Minorum. Eiusdem ordinis erat IACOPONUS, qui ſæc. XIV. proſam *Stabat mater doloroſa* elaboravit. Eius generis eſt rhythmus *Omni die dic Mariæ*, vulgo S. CASIMIRO adſcriptus: PEZIUS CONRADO *Gemnicenſi* vindicat (BUCELINO in annal. *Bened.* & in menologio B. ENGELBERTUM abb. *Admontenſem* auctorem faciente) rem tamen, velut operoſioris diſquiſitionis, bibliothecæ *Benedictinæ* ſervat. Citavimus in *Taphographiæ Auſtriacæ* P. I. Lib. III. c. IX. §. X. ſingularem diſſertationem P. LEOPOLDI WYDEMANN *Carthuſiani Gemnicenſis* ineditam, qua oſtendit, probabilius hymnum

T. I. Anecd. p. XIV. & LXVIII.

T. IV. Monum. Domus Auſtr. P. I. p. 223.

a) „Si domnus HERIMANNUS *Contractus*, cuius nomini quasdam Sequentias, quas per me dedit Dominus, ſicut *Celi enarrant* de apoſtolis, & illam de S. MARIA Magdalena *Laus tibi Chriſte* quidam attitulant, in hac tela dictando, & docendo, & modulando fuerat operatus; ſi domnus NOTKERUS monachus ſuas Sequentias induxit in huius telæ ornatum, cur & ego peccator, tamen monachus & catholicus, non inducerem in hanc telam, quod dedit Dominus: *Electum Chriſti vas.* Domnus HERIMANNUS de ſancta cruce Sequentiam *Gratus honos hierarchia* dicitur compoſuiſſe. Ego vas abiectum, utinam eligendum, de S. Cruce illud *All. Dulce lignum*, Sequentiam *A Solis ortu & occaſu* docente Domino compoſui. Domnus NOTKERUS de apoſtolis *Clare Sanctorum ſenatus apoſtolorum* compoſuit. Ego de apoſtolis *Cœli enarrant* idiota compoſui. Ille de aſſumtione ſanctæ MARIÆ *Congaudent angelorum* fecit. Ego puſillus de eadem feſtivitate hanc Sequentiam, quam nunc inter manus habemus *Exulta exaltata* compoſui in gratiam ſancti Spiritus. Legat utrasque, cui placet, & iuſte iudicet &c.„

num illum Conrado de *Heimburga* Priori olim eiusdem cœnobii, qui præter *matutinale Beatæ Virginis*, iuſſu Caroli IV. Imp. S. Casimiri avi, contextum, ultra ſexaginta eius modi hymnos alios concinnavit, adſcribendum eſſe. Vid. *Iac.* Homey ſupplem. Patr. p. 151.

Officii & cantus eccleſiaſtici auctores.

IX. Plerumque cum orationis contextu etiam cantus melodia ſimul ab auctoribus componi ſolebat, quod triviale opus haud fuit hoc ævo, quo tantum pretium muſicæ eſt ſtatutum, ut inter primas liberales artes diſceretur, nec facile doctoris munus ſuſtineret muſices ignarus, magnoque ſtudio cantus plani modulationes conficerentur. Eodem tempore, quo S. Gregorius *Romanum*, celebres viri *Hiſpanicum* officium & cantum eccleſiaſticum excoluerunt. Qui ritum *Romanum* ſunt ſecuti, multa prodiderunt, *Romanæ* cenſuræ haud probata. Tenacius puris ſuis fontibus adhæſerunt *Ambroſiani* in ſuo officio, atque etiam ritus *Hiſpanici* cultores, a tempore ſaltem conc. IV. *Toletani* ſub S. Isidoro, qui, teſte Elipando *Toletano* in epiſtola ad Albinum, cum Patribus *Toletanis* eodem tempore, quo S. Gregorius *Romanum*, officium *Hiſpanicum* ordinavit, auctor etiam benedictionis cerei paſchalis eius ritus. Qua in re ipſe fratrem ſuum S. Leandrum laudat c. 41. de ſcript. eccl. in eccleſiaſticis officiis non parvo ſtudio laboraſſe, & in ſacrificii laudibus atque pſalmis multa dulciſone compoſuiſſe. Hos in bibliotheca *Hiſpanica* celebrat *Nicolaus* Antonius, primumque laudat Conantium *Palatinum* epiſc. qui ab an. 609. aut 610. uſque 639. aut ſequentem, ſedem illam occupavit, de quo Iulianus teſtatur in append. ad librum S. Ildephonsi *de Script. eccl.* partem tertiam *Miſſarum eſſe* voluiſſe *hymnorum & ſermonum.* Idem a S. Ildephonso dicitur *eccleſiaſticorum officiorum ordinibus intentus, & providus. Nam melodias ſonis multas noviter edidit.* Addit Antonius: *Formavit ergo ad eccleſiaſtica officia ſive hymnos, ſive alia metrica, aut proſaica, muſicisque adaptavit modulis, ut in eccleſia canerentur: utramque enim & poeticam & muſicam artem videtur* Ildephonsus *ei tribuere*, ut & Ioanni *Cæſar-Auguſtano*, qui eodem teſte *in eccleſiaſticis officiis quædam eleganter & ſono, & oratione compoſuit.* Floruit Ioannes iſte ſub Sisebuto & Suinthilano eius ſucceſſore circa an. 621. Ex laudato S. Ildephonso ab eodem celebratur Eugenius iunior, *qui ſtudiorum bonorum vim proſequens, cantus peſſimis uſibus vitiatos melodiæ cognitione correxit.* Libellus, quem confutant Patres *Francofordienſes* apud Alcuinum, Eugenium, Hildephonsum, & Iulianum exprimit. Inter opera Iuliani ponit Felix in append. *librum Miſſarum de toto circulo anni in quatuor partes diviſum, in quibus aliquas vetuſtatis incuria*

pag. 238.

vitiatas

vitiatas & ſemiplenas emendavit, atque complevit, aliquas vero ex toto compoſuit. Taceo *librum orationum de feſtivitatibus.* PETRUS *Ilerdenſis* epiſcopus, & SALVUS abbas *Abboldenſis* eidem rei navarunt operam: *cuius oratio*, ut in eius vita apud *Garſiam* LOAYSA legitur, *nempe in hymnis, orationibus, verſibus, ac Miſſis, quas illuſtri ipſe ſermone compoſuit, plurimam cordis compunctionem & magnam ſuaviloquentiam legentibus, audientibusque tribuit.* Obiit an. 962. Quodſi vero non omnes in cantu etiam componendo elaborarunt, id certe de S. ILDEPHONSO conſtat: de quo imprimis celebratur ex IULIANO, apud *Nic.* ANTONIUM, & *Bollandiſtas*, in honorem B. M. V. Miſſa notis ad cantum ab eodem inſtructa, mirificusque dilaudatur cantus duarum Miſſarum in honorem SS. COSMÆ & DAMIANI, eodem auctore S. ILDEPHONSO. a) Ineunte ſæculo octavo S. ADELMUS, celebris in *Anglia* epiſcopus, compoſitione cantuum eccleſiaſticorum clarus fuit, ut apud MABILLONIUM legitur. Hoc etiam memorabile, *ſanctum virum ſuper pontem, qui rura & urbem continuat, abeuntibus ſe oppoſuiſſe obicem, quaſi artem cantandi profeſſum*, eoque plusquam ſemel facto, plebis favorem & concurſum emeritum. Refertur poſtea

T. 6. Iun. p. 26. Act. O. S. B. T. II. p. 496. Boll. ad diem 23. Ian.

a

Sæc. IV. Benedict. P. I. p. 226.

ea

a) „ Solemne erat (inquit *Nicolaus* ANTONIUS Bibl. *Hiſp.* T. I. L. V. c. 6. &c. 290.) tunc temporis Miſſas confici pro aliquo feſto Chriſti Domini, MARIÆ Deiparæ, aut Sanctorum. Meminit quidem duarum CIXILA: *ubi ſtatim in officio abbatis clarens duas Miſſas in laudem ipſorum dominorum* (SS. COSMÆ & DAMIANI) *quas in feſtivitate ipſorum pſallerent, miro modulationis modo perfecit, quas Miſſas infra annotatas habemus.* Iterum alterius paulo poſt meminit Miſſæ de ſancta LEOCADIA. *Ipſe vero manibus*, inquit, *ſtatim complexans & conſtringens, talia fertur depromere vota vociferans cum omni populo & clamans* Deo gratias. Vivit Domina mea per vitam ILDEPHONSI. *Et idipſum repetens clerus vehementer pſallebat* alleluia, *& canticum, quod ipſe dominus Ildephonſus nuper fecerat:* Specioſa facta es. Alleluia. Et odor tuus, ut balſamum non miſtum: *& alia, quæ in ipſa Miſſa ſupter adnotata in laude eius depromſerat.* Unde videmus, non verba eſſe LEOCADIÆ martyris ea, quæ vulgo ei tribuuntur; *Vivit Domina mea per vitam Ildephonſi;* ſed populi acclamantis eidem martyri, e tumulo veluti reſurgenti. Idem CIXILA, paulo poſt, cuiusdam *Miſſæ* de MARIA Virgine, ſive de eius *Annuntiatione* meminit. " Adiungitur notitia MS. eccleſiæ *Toletanæ* Plut. XXX. vigeſimo nono Breviarii *Muzarabis* partem continentis. In pagina autem eius nona, moderno charactere, hæc habentur, partim latino, partim vulgari *Hiſpaniæ* ſermone: „ Hic liber continet ſequentia 3. 4. 5. 6. 7. Miſſæ de B. V. M. officium Annuntiationis menſe *Decembri* &c. &c. Sequitur ad hæc latina hæc nota *Ioannis Baptiſtæ* PEREZII, olim bibliothecarii, viri doctiſſimi ac diligentiſſimi, quod ex eius ſubſcriptione manifeſtum redditur: *Hic liber in magno pretio habendus: nam ſeptem Miſſas de B. MARIA credo eſſe compoſitas a D.* ILDEPHONSO *primum ex ſtilo, deinde, quia* CIXILA *archiep. Toletanus in vita D.* ILDEPHONSI *ait, illum edidiſſe ſeptem Miſſas de B. MARIA. Vocant autem Mozarabes Miſſas non totum officium, ſed quædam quaſi præambula, ſive adhortationes, ad celebrandum tale officium.* Vid. BONA lib. I. c. 2. Scriptum reliquit *Franciſcus* PORTOCARERO S. I. in lib. *Hiſp.* de B. V. deſcenſu in eccleſiam *Toletanam* c. 12. Scilicet viſam fuiſſe *Wormatiæ* a THOMA *de Torralba* eiusd. Societ. in quodam miſſali *Gothico Iuliani* PETRI manu deſcriptam Miſſam quandam *compoſitam ab* ISIDORO *Hiſpalenſi, & modulatam cantu per dominum* ILDEPHONSUM *præſulem.* Sed hæc explodit cum aliis *Nicol.* ANTONIUS l. c.

ea p. 728. ex ipſiusmet epiſtola ad HEDDAM anteceſſorem ſuum, quibus ſtudiis addictus fuerit, inter alia *centena ſcilicet metrorum genera pedeſtri regula diſcernere, & muſicæ cantilenæ modulamina recto ſyllabarum tramite luſtrare. Cuius rei ſtudioſis lectoribus tanto inextricabilior obſcuritas prætenditur, quanto rarior doctorum numeroſitas reperitur. Sed & de his prolixo ambitu verborum diſputare, epiſtolaris anguſtia minime ſinit. Quomodo videlicet ipſius metricæ artis clandeſtina inſtrumenta litteris, ſyllabis, pedibus poeticis, figuris, verſibus, tonis, temporibusque conglomerantur.* Ex cod. *San-Gallenſi* ſpecimen typis æneis expreſſum libri eius de virginitate, cum ſuperpoſitis notis muſicis dedimus Tom. I. In
L. I. c. IV. p. 202. vita S. GUILIELMI *Divion.* cap. 13. id generatim dicitur, *Pſalmorum concentum diſtinguens, dulciſſimo decoravit melodimate.* Quæ, aliæque eiusmodi phraſes ipſius melodiæ compoſitionem indicant, ſimul fieri plerumque ſolitam a peritis auctoribus, cum verborum compoſitione. Exempli cauſa, dum *S.* ODO *ex archicantore monachus & primus abbas Cluniacenſis in componendis in honore Sanctorum cantibus elegans ingenium*
De ſcript. ecc. c. 124. *habuiſſe*, SIGEBERTO teſte, *refertur*, & mox ſequenti cap. „STEPHA„NUS ex clerico *Metenſi* epiſcopus *Leodienſis* vitam & paſſionem S. LAM„BERTI ſcriptam incultius a GODESCALCO clerico, ſcripſit urbanius ad HER„MANNUM *Coloniæ* archiepiſcopum, & cantum nocturnum in honorem „eiusdem martyris. Canticum etiam de Sancta Trinitate, & cantum de „inventione STEPHANI protomartyris authentico & dulci modulamine com„poſuit. Scripſit etiam ad ROBERTUM *Metenſem* epiſcopum capitularem „librum, in quo capitula, reſponſoria, verſus, collectas, per ſingulas no„ctis & diei horas per integrum annum diſtincte compoſuit.“ Tribuuntur etiam nonnulla hoc in genere ſummis principibus. Minus quidem probabiliter CAROLUS M. ab aliis CAROLUS *Craſſus*, auctor venditatur hymni *Veni Creator Spiritus* cum cantu; CAROLUS *Calvus* officium ſancti ſudarii compoſuiſſe fertur. De ROBERTO rege aſſertiora habentur, utpote quem GASQUINUS teſtatur *antiphona nempe, ſacraque reſponſa edidiſſe, univerſæ eccleſiæ probata, receptaque.* Eiusmodi feruntur ad eum pertinere, adhuc hodie uſitatæ alicubi, quædam ſacræ cantiones: *Sancti Spiritus adſit nobis gratia. O Iuda & Ieruſalem. O conſtantia martyrum. Cornelius centurio.* Sed priorem illam eſſe NOTKERI *Balbuli*, colligitur ex ECKEHARDO apud GOLDASTUM, & BOLLANDUM, ubi de ea agit, ſub eius nomine *Romæ* ad Miſſam cantata, tempore INNOCENTII III. De eo
a rege multa habet TRITHEMIUS ad an. 995. a) Operæ pretium eſt, hic exſcri-

a) „Quoties choro cum clericis intereſſe potuit, horas cum illis canonicas devotiſſime cantavit. Quodſi cauſis regni urgentibus ad clericorum non veniſſet conſortium, apud ſe nihilominus

exſcribere, quas auctores hiſt. lit. *Franciæ* recenſent eius generis lucubrationes, præter hymnum *Chorus novæ Ieruſalem* a). Præter NOTKERUM, de quo paſſim ſumus locuti, complures in monaſterio *S. Galli*, ſæc. IX. imprimis, celebrantur. Inter quos WEREMBERTUS, RHABANI *Mauri* diſci- *T. VII. p. 329. &c.* a

eum presbytero capellano horarum Domino reddidit impenſum. Cantus, reſponſoria, ſequentias, & antiphonas ad honorem Dei, & laudem Sanctorum plures compoſuit, & congrua duicique melodia regulavit. Inter proſas vero non ultima cenſetur illa de S. Spiritu, quam in die S. Pentecoſtes ad ſacrificium Miſſarum canimus, ſcilicet: *Veni Sancte Spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ radium.* Multa denique & alia compoſuit, quæ ad notitiam noſtræ lectionis minime pervenerunt. Hic ſummo pontifice GERBERTO, quondam præceptore ſuo, Miſſam in feſtivitate ſancti PETRI apoſtolorum principis *Romæ* ſimiliter cantante, accedens ad altare ſub offertorio, reſponſorium illud: *Cornelius centurio &c.* in honorem S. PETRI a ſe compoſitum, ſuper aram ſumma cum devotione obtulit, & reverenter inclinans retroceſſit. Aperientes ſchedulam altaris miniſtri, devotionem ſimul & ingenium regis plurimum admirantes collaudabant. " Subdit porro de ſcript. eccle. c. 304. Hinc papa decrevit ob memoriam ſanctiſſimi regis, rogantibus clericis, ut hoc reſponſorium in honorem S. PETRI deinceps cantaretur. Adſcribit ei præterea *De nativitate Domini* Iudam & Ieruſalem Et illud *alleluia*: *Eripe me de inimicis.*

a) „ROBERT compoſa auſſi quelques Séquences, qui ont été autrefois chantées a la Meſſe dans certaines egliſes. Telle eſt celle de l'aſcenſion du Sauveur, qui commence ainſi: *Rex omnipotens die hodierna*, & que l'on trouve dans le recueil de CLICHTOVE' avec l'explication qu'en donne cet Editeur. Telle eſt encore celle de la Pentecoſte, qui commence par ces mots: *Sancti Spiritus adſit nobis gratia.* M. BAILLET l'attribue a NOTKER le BEQUE; mais *Guillaume* de MALMESBURI, CLICHTOVE', qui l'a imprimée & commentée & divers autres ecrivains la regardent comme une production du Roi ROBERT. C'eſt peut-être pour l'avoir confondue avec l'autre célebre ſéquence de la Pentecoſte *Veni Sancte Spiritus*, *& emitte*, que DURANTI, TRITHEME, le Cardinal BONA, M. ARCHON & quelques autres auteurs ont voulu faire honneur de celle ci au meme prince. Mais on la croit communement du Pape INNOCENT III. Les repons, & les antiennes dont le pieux Roi enrichit les offices de l'egliſe ſont en grandes nombre: un de plus celebres eſt celui, qu'on chante encore aujourd'hui dans pluſieurs egliſes la veille de Noel: *Iudæa & Ieruſalem nolite timere.* Il y en a trois ſur la Nativité de la ſainte Vierge, que FAUYN a fait entrer dans ſon Hiſtoire de *Navarre*, & CLICHTOVE' dans ſon *Elucidatorium.* Chacun de ces repons eſt compris en trois vers hexametres. Le premiere commence par ces paroles, *Solem iuſtitiæ*; le ſecond par ces autres: *Stirps Ieſſe*; & le troiſieme par celles ci: *Ad nutum Domini.* . . un autre reponſe fameux entre ceux que compoſa notre religieux prince, eſt celui, qui commence par ces mots: *Cornelius centurio* pour la fête de S. PIERRE. On dit, que ROBERT ſe trouvant a *Rome*, le preſenta lui meme a l'autel du prince des Apotres, & qu'il y fut fort gouté & applaudi. Il en fit pluſieurs autres a l'honneur des SS. Martyrs dont l'un commence ainſi: *Concede nobis Domine, quæſumus.* Mais le plus celebre de tous eſt celui ci *O conſtantia Martyrum* qu'on chante encore a *S. Denys* en *France*, & qui ſe trouve dans quelques proceſſionaux au commun des Martyrs, quoique fait en particulier pour S. DENYS & ſes compagnons. Diverſes Hiſtoriens pretendent, que ROBERT, le commença de la ſorte, pour faire ceſſer les importunités de la Reine CONSTANCE, qui le preſſoit, de faire quelque chant a ſa louange. ROBERT en fit un ſur S. MARTIN: *O quam admirabilis:* on lui attribue encore les repons ou antiennes: *Eripe me de inimicis meis Deus.* *Pro fidei meritis.* Et: *Cunctipotens genitor.* A toutes ces preces particulieres notre zélé prince en ioignit, dit on, pluſieurs autres, qui avoient leur merite, *Alia mult pulchra.* Mais on ne nous les fait point connoitre en detail; & quoiqu'on en releve la beauté, il y faut cependant moins chercher la delicateſſe des penſées, le choix, la nobleſſe & l'arrangement des expreſſions, que les ſentiments de pieté. Peut-être que les airs ſur leſquels l'auteur, qui etoit habile dans le chant eccleſiaſtique, les avoit notées, leur donnoirent des beautes, qu'on ne trouve pas dans le texte. "

diſcipulus, a TRITHEMIO notatur, quod inter alia ingenii monumenta cantus etiam, ac hymnos in honorem Domini noſtri IESU Chriſti, & Sanctorum, varios compoſuerit. Idem in eodem catalogo virorum illuſtrium *Germaniæ*, inter HARTHMUNDI, ſeu HARTHMUTHI, monachi *S. Galli* opera, ſermones quoque, cantus & hymnos recenſet. ECKEHARDUS *iunior* in Vita NOTKERI *Balbuli* c. 3. de WALTRAMNO monacho *S. Galli* (cui MEZLERUS tribuit ſequentiam in ſolemnitatem diei S. GALLI) dicit: *Cuius etiam melodiæ, quis fuerit, non celant.* Et alibi ECKEHARDO *ſeniori* tribuit ſequentias: *Promta mente canamus ſummum præconem Chriſti, qui benedici cupitis a Solis occaſu.* De S. AFRA antiphonas, ut reliquias eius mereretur, LUITOLDO epiſcopo *Auguſtano* & ſequentiam dictavit, & hymnum: *O martyr æterni Patris*, antiphonam *Ambulans IESUS, adoremus... glorioſiſſimum.* ECKEHARDUS *iunior*, *ſenioris* ex ſorore nepos, edidit ſequentiam de S. DESIDERIO: *Summis conatibus*, & aliam *Diei.* Qua de re etiam SIGEBERTUS. RAPERTUS *ſenior*, recenſente MEZLERO „edidit litaniam carminice: *Ardua ſpes mundi &c.* quam NICOLAUS P. tertius approbavit, & noſtri Patres ſolemniter in Rogationum diebus, nec „ſine affectu, decantare conſueverunt. Fecit etiam verſus ad proceſſiones, quorum aliquos vidi in bibliotheca. Item & hymnos de S. GALLO *Annue ſancte.* De S. OTHMARO: *Feſtum ſacratum. Laudes omnipotens ferimus.* Verſus præterea ad ſuſcipiendos reges, & alia." Subiungit proxime TUTILONEM, de quo annales *San-Gallenſes*: TUTILO *bonus erat, & utilis homo, muſicus, ſerio & ioco feſtivus.* MEZLERUS c. 24. *Cum egregie*, ait, *eſſet doctus, edidit non pauca ingenii ſui, & pietatis monumenta: ex quibus tropi & melodiæ plures, quarum etiam in ſacris uſus.* „Cuius & univerſa dictata ſingularis, ait ECKEHARDUS (apud quem in Vita NOTKERI *Balbuli* imprimis laudatur) & agnoſcibilis „melodiæ ſunt, quia per rotam (textus habet Rhotham) qua potentior „ipſe erat, neumata inventa dulciora ſunt, ut apparet in: *Hodie cantandus.* Et: *Omnium virtutum gemmis.* Quos quidem tropos CAROLO „*Craſſo* ad offerendam, quam rex ipſe fecerat, TUTILO obtulit canendos. „Rex vero etiam: *Viri Galilæi* cum dictaſſet, TUTILONI, ut verſus adderet, iniunxit; puta: *Dominus IESUS cum eſſet &c. Omnipotens genitor, fons & origo &c.* cum ſequentibus &c. Hos enim ſolos libuit „afferre, ut ſi muſicus ſis, quam diſpar eius, & aliorum melodia ſit, „videas." Ita fere ECKEHARDUS. TRITHEMIUS de FRANCONE epiſcopo *Leodienſi*, ab anno 856. uſque 903. teſtatur: *Cantus denique multos, antiphonas, & reſponſoria in honorem Sanctorum dulci & regulari melodia compoſuiſſe dicitur.* Sed hæc auctores hiſt. litter. *Franc.* rectius eius ſucceſſori

L. I. c. 25. de vir. illuſt. monaſt. S. Galli.

De caſibus monaſt. S. Galli. c. 9.

Ibid. apud Pez. Anecd. T. I. P. III. c. 23.

De viris illuſtr. Germ. p. 128.

T. VI. p. 86.

ceſſori STEPHANO adſcribunt. FOLCUINUS & SIGEBERTUS (qui idem de ſe ipſo ſcribit: *arte muſica antiphonas & reſponſoria de SS. Macario & Guiberto mellificavi*) celebri illi ſæculo IX. ac ineunte X. *Leodienſi* epiſcopo STEPHANO breviarium quoddam tribuunt lectionum, capitulorum, reſponſoriorum, verſuum, & orationum pro nocturnis & diurnis horis feſtorum per anni circulum: quod hodie deſideratur. Ex eodem SIGEBERTO diſcimus, ea modulis ſeu notis muſicis fuiſſe inſtructa a STEPHANO, qui teſte eodem in chron. an. 903. cantum nocturnum de S. LAMBERTO M. (cuius quoque vitam & paſſionem deſcripſit) item de SS. Trinitate, inventioneque STEPHANI protomartyris, dulci & regulari modulatione compoſuit, & ſuo tempore in eccleſia cani inſtituit. Officium illud de SS. Trinitate tempore TRITHEMII ab eccleſia in officio divino canebatur, deſumtum potiſſimum ex confeſſionibns ALCUINI de SS. Trinitate. *Officium*, inquit de Script. Germ. *quod de S. Trinitate in octavis Pentecoſtes annue cantamus, ex volumine* ALBINI STEPHANUS *iſte compoſuit, & dulci melodio regulavit. Sed & de S. Cruce, &* S. LAMBERTO M. *aliisque multis cantum pulchra venuſtate ordinavit.* ALCUINO quidem attribuuntur, præter Miſſas votivas per hebdomadam, adhuc hodie celebratas, officia nonnulla Sanctorum, inter alia S. STEPHANI, teſte DURANDO, hiſtoria, an etiam cantus? ANGELRAMUS circa ea tempora abbas S. RICHARDI, ſuper officium S. VALERII & WULFRANI modulos fertur feciſſe. HUGBALDI, celeberrimi muſici ac ſcholarchæ *cantus multorum Sanctorum dulci, & regulari melodia compoſitos*, memorat SIGEBERTUS ad an. 879. Is *Remis* a monachis S. THEODORICI rogatus, quod apud MABILLONIUM videre eſt, *ut hymnos de* S. THEODORICO *abbate, & cantum in eius officio (nam & muſicus & poeta erat) componeret, quod ille executus eſt eo pacto, ut illi memoriam ipſius, cum viventis, tum defuncti, in divinis officiis agerent.* Supereſt etiamnum pars eius officii, ſingularem pietatem ſpirans. Meminit TRITHEMIUS HUGBALDI in chron. *Hirſaug.* ad an. 858. atque nominatim in S. DAVID regem id genus monumenti recenſet; MOLANUS vero in honorem S. CILINIÆ, quod confirmari poteſt ex *Bolland.* ut & vitam eiusdem Sanctæ cum verſibus reddiderit, atque officium eius feſti compoſuerit. Aliquando etiam auctor habebatur officii de SS. Trinitate, cuius paullo ante meminimus in S. STEPHANO *Leodienſi*, cui officium iſtud attribuendum eſſe, nunc conſtat ex teſtamento RICHERII ſucceſſoris. De HUGBALDO plura dicemus ſuo loco. HEDERICUM, eius monaſterii monachum, laudat TRITHEMIUS ad an. 894. *Qui, ut* MENFRIDUS *eſt teſtis, multa & varia conſcripſit opuſcula, præcipue de muſica, & varios in honorem Sanctorum cantus ordinavit.* In hoc genere imprimis laudatur S. ODO

L. VII. c. 42.

L. 43. annal. n. 32.

Andr. bibl. Belg. p. 395. Ad XVI. Iun. p. 34. n. 2.

Mart. Coll. Ampl. T. IV. p. 858.

Cluniacenſis, qui, ut iam ex SIGEBERTO notavimus, c. 14. de ſcript. eccl. maxime in componendis Sanctorum cantibus elegans ingenium habuit: & TRITHEMIO teſte, laudes S. MARTINI, *hymnos etiam*, *& varios cantus in honore Sanctorum*, *dulci & regulari melodia* compoſuit. IOANNES in eius vita occaſionem enarrat, qua precibus tandem victus officium S. MARTINI compoſuerit a). Qui idem eius artificium in cantu ad verba ſingula & ſenſum appoſite componendo mirifice dilaudat: notatque inter hymnos unum, eundemque, quem chronicon *Turonenſe*, monachi S. IULIANI. Alium edidit MABILLONIUS in annalibus, in quo ODO ſe ipſum nominat. *Arn.* WION, & MURATORIUS hymnum eius de Sacramento corporis & ſanguinis Domini referunt. Alius, teſte POSSEVINO, de S. MAGDALENA diu in Eccleſia *Romana* in uſu fuit. Cum aliis eius operibus habentur in collectione D. MARIER & DUCHESNE. Hymni eius & antiphonæ in honorem S. MARTINI ſervantur in diverſis bibliothecis *Cluniacenſium* monachorum, teſtante LEBEUFIO. Iuvat etiam audire auctores hiſt. litter. *Franc.* b) Teſte *Valerio* ANDREA etiam ADELBOLDUS epiſcopus

T. III. p. 712. Lignum vitæ T. I. p. 295. Murat. T. III. Anecdot. Poſſevin. T. II. Apparat. p. 504.

a) „Denique venientes ad eum, quaſi uno ore dicentes deprecabantur. Diu eſt, quod tuum adventum præſtolamur Pater, quatenus nos a tanto labore ſublevares. Nunc vero, quia præſto es, alias nobis antiphonas de vita beati MARTINI tui domini, precamur, inſtitue, quarum prolixitas digne a nobis harum breviſſimarum faſtidium tollat. Ille vero cœpit dicere, non ſolum has ſe non poſſe facere, verum etiam diſcendi tempus ſibi ætas omne denegaret, ſi a quovis factæ fuiſſent. Cœpitque inter hæc earum brevitatem laudare, & earum, quas petebant, prolixitatem in nauſeam habere. At illi econtra inferebant, ſi aliter faceret, MARTINUM offenderet; addentes, quod talis excuſatio palliatam ſuperbiam ſignificaret. His verbis, precibusque mixtis, Pater noſter ODO convictus, mox ſuper tanti officium laboris cum omni anniſu incubuit. Tres vero hymnos in eiusdem laude compoſuit, e quibus unius tantum exemplar inſerere huic operi adiudicavi. *Rex Chriſte, Martini decus, hic laus tua, tu illius.* & cætera. Similiter duodecim antiphonas, ternas per ſingulas habentes differentias. Quarum verba & vocum conſonantias adeo ſibi concordant, ut nihil in ſenſu plus minusve, nihil in ſymphoniæ modulationibus reperiri poſſe dulcius videatur." Retinentur hactenus *Beneventi.*

b) „Il ne paroit point, qu'il nous reſte de cet office, que l'auteur avoit noté, que douze antiennes & des hymnes dont on parlera, dans la ſuite. Les antiennes ſont imprimées dans la bibliothece de *Cluni*, & dans celle des Peres, a la ſuite des autres ecrits de notre S. Abbé. NALGOD & S. UDALRIC, qui ecrivoient au XII. ſiecle, témoignent, qu'elles êtoient encore alors trés celebres, & qu'on chantoit dans preſque toutes les egliſes. A *Cluni* ſur tout on les emploioit a l'office de matines, & aux autres heures canonicales. On en a retenu quelques traits, & meme quelques unes en entier dans certaines Breviaires encore en uſage de nos iours. Dom MABILLON ſuppoſe, que S. ODON les compoſa des qu'il etoit chanoine de *S. Martin.* Mais le premier hiſtorien du pieux Abbé, qui rapporte, a quelle occaſion elles furent faites, dit, qu'il n'y avoit guéres plus de ſix ans, que S. ODON y avoit mis la main, lorsqu'il écrivoit ſa vie. On n'y decouvre rien au reſte, qui puiſſe iuſtifier le cas, qu'on en a fait dans les ſiecles precedentes. Il y a quelques traits de la vie de S. MARTIN accompagnés de ſailles de pieté, puis c'eſt tout. Peut-être, que le ton ſur lequel ces antiennes étoient notées, & qu'on n'a pas eu ſoin d'imprimer avec le texte leur donnoient un nouveau prix."

ſcopus *Traiectenſis* cantum nocturnalem ſcripſit. Ante eum ſæc. X. AL-BERTUS monachus *Lobienſis*, abbas poſtea *Gemblacenſis*, teſte TRITHEMIO, *cantus in honorem Sanctorum*: Eodem ſæc. ABBO, *Floriacenſis* abbas, officium S. STEPHANI protomartyris: LETALDUS *Miciacenſis* monachus, & GUIDO *Altiſiodorenſis* in honorem S. IULIANI epiſcopi *Mamatenſis* ſcripſere. TRITHEMIUS ad an. 900. de RATBODO *Traiectenſi* his ſuppari: *officium quoque de translatione* S. MARTINI *dulci modulatione compoſuit: & varios cantus in honorem Sanctorum.* Idem TRITHEMIUS ad an. 931. MARQUARDUM monachum & ſcholaſticum S. WILIBRORDI *Epternacenſis* monaſt. laudat, qui hymnos quoque, proſas, & varios in laudem Sanctorum cantus & melodias compoſuit. In chronico *Hirſaug.* vidiſſe ſe teſtatur eius de muſica librum unum. In chron. *Saliſburg.* apud *Hieron.* PEZIUM, notatur ad an. 938. REINOLDUS *Eiſtetenſis* epiſcopus muſicus, *qui* S. NICOLAI *hiſtoriam edidit.* TRITHEMIUS ad an. 980. memorat REMIGIUM *Mediolacenſem*, primo ſcholaſticum, tum abbatem, qui iubente *Trevirorum* archiepiſcopo ECKBERTO, cantum de SS. EUCHARIO, VALERIO, & MATERNO, primis *Trevirorum* epiſcopis, dulci & regulari modulatione compoſuit. Duobus etiam monachis ex GANDAVO cœnobii *Blandinienſis*, ordinis S. BENED. diſcipulis ſuis rogantibus, cum ex *Mediolacu* ad ſua iam eſſent reverſuri, de S. BAVONE cantum conſcripſit nocturnalem. Sermones quoque multos & cantus in diverſorum honore Sanctorum elegantiſſimos fecit. Litanias & cantilenas, quæ in Rogationibus frequentantur, ipſe compoſuit. Eodem ſæculo S. DUNSTANUS *Cantuarienſis* in compoſitionibus eiusmodi ſacris muſicis celeberrimus fuit, ut ei a nonnullis a quatuor vocibus canendi in eccleſia prima laus tribuatur. De celebri S. ADALBERTI cantico lingua *Slavica* modo diximus, de quo BOLELUCZKY in Roſa *Bohemica*, ſeu vita S. ADALBERTI: *canticum compoſuit, populum informavit, & cum populo illum cantavit ad Dominum Deum, ut famem & gerras averteret.* Iuxta TRITHEM. de ſcriptor. *German.* LAMBERTUS monachus cœnobii S. LAURENTII ſæc. XI. *officium quoque de* S. HERIBERTO, *& de multis aliis Sanctis compoſuit, & dulci modulatione regulavit.* ODO *Foſſatenſis* circa an. 1058. apud MABILLONIUM reſponſoriorum in honorem S. BABOLINI primi abb. & ARNOLDUS abbas ad S. EMMERAMUM antiphonarum, & reſponſoriorum de feſto eius Sancti, auctores fuerunt. De BRUNONE *Leucorum* epiſcopo, poſtea inter pontifices LEONE IX. narrat Anonymus *Mellicenſis* c. 58. *Hic in muſica ſubtiliſſimus fuit, & inter cantus alios, quos plurimos edidit, hiſtoriam beatiſſimi Papæ* GREGORII *ſatis artificioſe compoſuit.* Et SIGEBERTUS: *Si quis attendat cantus, in honore Sanctorum ab ipſo compoſitos, cum primo* GREGORIO *papa merito comparabit.* Apud MABILLONIUM in actis Sanctorum ord. S. BENED. reſponſoria in ho-

Le Beuf Tr. ſur le chant eccl. p. 19.

Valer. Andr. Bibl. Belg. p. 5.

T. I. p. 28.

Apud P. Ziegelb. hiſt. rei lit. O. S. B. P. II. c. 3. *ſect.* 6.

T. II. Act. O. S. B. p. 596.

T. IX. p. 64. n. 13.

norem S. CYRIACI M. S. HYDULPHI epiſcopi *Trevirenſis*, & S. OTHILIÆ V.
Pez. Anecd. T. I. P. III. p. 384. notaſſe dicitur. Anonymus ſæc. XII. addit officium S. NICOLAI, hymnum *Gloria in excelſis*, & nonnullas antiphonas, quæ ſuper cantum fecerit.
Mabill. ibid. p. 72. n. 5. *Metis*, cum iam pontifex renunciatus eſſet, SIGEFRIDUS abbas *Gorzenſis* eundem induxit ad componendum, notandumque reſponſoria vigiliarum officii S. GORGONII. Reſponſoria de S. HYDULPHO adhuc cantantur in
11. Iul. p. 220. 1. 69. eius feſto, ut apud BOLLANDUM legitur. De hymnis VICTORIS III. in honorem S. MAURI PETRUS diaconus: *In quibus*, inquit, *qui vult*, *grammaticæ artis tramitem*, *& monochordi ſonori magadc inveniet notas.* GOSSELINUS monachus *Cantuarienſis* in arte muſica præprimis laudatur
De reg. Angl. L. IV. p. 150. GUIL. *Malmesburienſi*, qui præter OSBERNUM cantorem *Cantuarienſem* nulli conceſſerit, atque *felix*, exclamat, *lingua*, *quæ tot Sanctis ſervierit*, *quæ tot vocales melodias emiſerit.* In ſynodo *Leodienſi* an. 980. ſub NOTKERO epiſc. legitur: *Iubente igitur eodem eximio pontifice*, *ibidem miracula* (S. LANDOALDI) *quæ divulgaverant*, *ſunt collecta*, *& per dominum* HERIGERUM *didaſcalum & muſicæ artis peritum*, *breviter quidem*, *ſed ſatis diſerte*, *ac luculento ſermone conſcripta.* Idem HERIGERUS abbas *Laubienſis* in honorem B. V. hymnum *Ave*, *per quam*, atque duas antiphonas in honorem S. Apoſtoli THOMÆ, *O Thoma Didyme*, & *O Thoma apoſtole*, compoſuit. *Et comme il étoit habile muſicien*, aiunt auctores
T. VII. pag. 207. hiſt. litter. Franc. *il eſt a croire*, *qu'il les nota auſſi.* BERNONIS *Augienſis* officium de S. UDALRICO *Auguſtano* epiſcopo invenimus in cod. MS. *San-Gallenſi*, unaque hymnos de S. WILIBRORDO, & S. VERENA, cui ad oram notæ muſicæ adiectæ ipſius BERNONIS eſſe videntur. SIGONEM *Carnutenſem* laudamus alibi ex ADELMANNI rhythmis in Annal. MABILLONII, qui notavit reſponſoria de S. FLORENTE compoſita a RAINALDO ſcholaſtico, duoſque hymnos, unum: *Canat chorus fidelium*, alterum: *Sancte confeſſor* in honorem eiusdem Sancti, qui etiamnum conſervantur in breviariis MSS. monaſterii S. FLORENTIS, diu cantati. Quibus iam ultra ſæculum commune officium confeſſorum eſt ſubſtitutum, teſtibus iisdem au-
T. VIII. p. 38. &c. L. IV. p. 544. ctoribus hiſt. litt. *Franc.* *Ordericus* VITALIS memorat, AINARDUM, natione *Teutonicum*, monaſterii S. PETRI *ad Divam* in *Neuſtria* primum abbatem, hiſtoriam S. KILIANI epiſcopi cantibus decoraſſe. Vixit is uſque ad an. 1077. teſtantibus citatis auctoribus: qui etiam conſulendi ſunt de RAINARDO epiſcopo *Lingonienſi* circa idem tempus, de quo apud MABIL-
Sæc. V. Bened. LONIUM legitur, quod componendo cantum officii S. MAMMES, verba in poeſi a *Walafrido* STRABONE deſumſerit. Antiphonas etiam, & reſpon-
Boll. die 17. Aug. p. 443. n. 9. ſoria pro officio eiusdem ſancti martyris feciſſe, notaſſeque dicitur, quarum toni ſeu melodia admirabilis credebatur. Hæc uti RAINARDO iure

tribui

tribui credunt, ita hymnum *Gloria laus* merito abiudicant præfati auctores. *Orderico* VITALI teſte, FOLCARDUS abbas *Torneienſis delectabiles ad canendum hiſtorias ſuaviter compoſuit.* Ob ſingulare muſices ſtudium inter cæteras artes liberales laudatus idem *Order.* VITALIS laudat etiam DURANDUM *Troarenſ.* abbatem, cui eiusmodi opera adtribuunt citati auctores hiſt. lit. *Franc. Son zele*, aiunt, *pour la gloire de Dieu lui fit emploir la grande connoiſſance, qu'il avoit de la muſique, a enrichir l' office divin de nouvelles pieces, & de nouveaux airs fort melodieux.* Operoſe iidem poſtea in auctorem celebratiſſimæ antiphonæ *Salve Regina* inquirunt, atque veriſimilius ADHEMARO epiſcopo *Podienſi* tribuendam cenſent: unde & antiphona de *Podio* apud ALBERICUM nominatur. Examinant ibidem variorum opiniones, eam GREGORIO II. HERMANNO *Contracto*, PETRO *Compoſtellano* epiſcopo, aut S. BERNARDO tribuentium. Prima opinio ſolo teſtimonio *Io.* LASCIVII ſcriptoris moderni Proteſtantis nititur. De PETRO *Compoſtellano* ipſe *Nicol.* ANTONIUS in bibl. *Hiſp.* „ PETRUM *Compoſtellanum* antiſtitem „ (inquit) vulgo de *Monſoro*, ſeu de *Monſonico* auctorem fuiſſe vulgaris „ ac ſuaviſſimæ antiphonæ *Salve Regina*, neſcio unde docti alios docuere, „ CLAUDIUS de *Rota*, ANT. *de Mochares*, & his antiquior *Guilielmus* DU- „ RANDUS in Ration. lib. IV. c. 22. " Communior opinio, quæ HERMANNO *Contracto* eandem antiphonam tribuit, nititur TRITHEMII teſtimonio, quem celeberrimum ſui temporis muſicum appellat, qui inter alia „ dul- „ ci & regulari melodia cantus & proſas pulcherrimas compoſuit. E qui- „ bus eſt illa de B. V. dulciſſima *Salve regina*, & *Alma redemtoris.*" Nihil de his memoratur, ubi inter appendices OTTONIS *Friſingenſis* in elogio HERMANNI *Contracti* ſequentia notantur: *Cantus item hiſtoriales plenarios, utpote quo muſicus peritior non erat, de S.* GEORGIO, *de SS.* GORDIANO & EPIMACHO, *de S.* AFRA *M. de S.* MAGNO *C. de S.* WOLFGANGO *epiſc. mira elegantia & ſuavitate, præter alia huiusmodi, neumatizavit.* Opinio de S. BERNARDO ſeipſam deſtruit, ex ſermonibus nimirum BERNARDI archiepiſcopi *Toletani* in hanc antiphonam, iam an. 1128. mortui, qui ſermones falſo S. BERNARDO fuerunt adſcripti. Huc tamen etiam referri poteſt officium de S. VICTORE, quod S. BERNARDUS, rogatus a GUIDONE abbate, & monachis *Arremarcenſibus*, compoſuit, tenuitatem quidem ſuam, & operis difficultatem cauſatus inſigni epiſtola, in qua exponit, cuiusmodi eſſe oporteant, quæ publice adhibentur divino cultui: cantus quoque eccleſiaſtici leges deſcribit a). Poſt humilem iterum excuſatio- nem,

L. XI. pag. 835.

pag. 240.

p. 470. *&c.*

In chron. ad an. 1130. *p.* 263.

L. VI. c. 14. *&c.* 379.

Cod. Vind. hiſt. profan. 672. *in arch. Vindob.*

a

a) „ Supernis (inter alia inquit Epiſt. 398.) velle addere laudibus, detrahere eſt. Non quod glorificatos ab angelis, homines iam laudare non audeant: ſed quia in ſolemnitate celebri non novella audiri decet, vel levia, ſed certe authentica, & antiqua, quæ & eccleſiam ædifi-

nem, quid potiſſimum præſtiterit quoad rem præſentem, recenſet: *Deinde*, inquit, *quod ad cantum ſpectat, hymnum compoſui metri negligens, ut ſenſui non deeſſem. Reſponſoria XII. cum antiphonis XXVII. ſuis in locis diſpoſui, addito reſponſorio uno, quod prioribus veſperis aſſignavi, itemque e duobus aliis brevibus, ipſo die feſto pro veſtra regulari conſuetudine, uno ad Laudes, altero ad Veſperas decantandis.* Officium hoc S. BERNARDI non adeo etiam auctoribus hiſt. liter. *Franc.* probatur, dum de ſtatu rei literariæ ſæc. XII. alios præterea commemorant, qui in hoc genere tum elaborarunt, GUI-
T. IX. p. 202. LIELMUM *Ebroicenſem*, ABAELARDUM, ADAMUM *de S. Victore*, PETRUM ere-
a mitam a). Laudant poſtea etiam POPPONEM epiſcopum *Metenſem*, qui
pag. 274. XII. reſponſoria officii S. MARTIALIS compoſuit, quorum primi initium
erat *Læta dies nobis*: hymnos item duos in honorem S. VALERIÆ &c.
De ſcript. eccleſ. c. 366. TRITHEMIUS de RUDOLPHO abb. S. TRUDONIS ſæc. XII. teſtatur: *cantus quoque in laudem Sanctorum varios dulci & regulari modulatione compoſuit.*
L. II. c. 2. Officium & cantus de S. ELISABETH UDALSCALCUS abbas *Auguſtanus* SS. UDALRICI & AFRÆ, iuxta chronicon *Auguſt.* deque S. MAGDALENA compoſuit

ſuit

cent, & eccleſiaſticam redoleant gravitatem. Quod ſi nova audire libet, & cauſa requirit, ea, ut dixi, recipienda cenſuerim, quæ cordibus audientium, quo gratiora, eo utiliora reddat & eloquii dignitas, & auctoris. Porro ſenſa indubitata reſplendeant veritate, ſonent iuſtitiam, humilitatem ſuadeant, doceant æquitatem: quæ etiam lumen veritatis mentibus pariant, formam moribus, crucem vitiis, affectibus devotionem, ſenſibus diſciplinam. Cantus ipſe, ſi fuerit, plenus ſit gravitate, nec laſciviam reſonet, nec ruſticitatem. Sic ſuavis, ut non ſit levis: ſic mulceat aures, ut moveat corda. Triſtitiam levet, iram mitiget, ſenſum literæ non evacuet, ſed fœcundet. Non eſt levis iactura gratiæ ſpiritualis, levitate cantus abduci a ſenſuum utilitate, & plus ſinuandis intendere vocibus, quam inſinuandis rebus. En qualia oportet eſſe, quæ in audientiam eccleſiæ veniunt, qualemve horum auctorem."

a) „Ceux qui publierent des pieces en notes, a la gloire de Dieu, & a l'honeur des Saints, pour illuſtrer le chant eccleſiaſtique, contribuerent en meme-temps par la a enrichir la liturgie. GUILLAUME d'*Evreux*, qui de Treſorier de HENRI I. Roi d'*Engleterre* ſe rendit chanoine régulier, & devint premier prieur de *S. Barbe* en *Auge*, travailla beaucoup en faveur des offices divins. Comme il ſçavoit parfaitement le chant, il mit ſur divers tons admirables pluſieurs hymnes & autres parties de l'office, dont la letre pouvoit etre auſſi de ſa compoſition. Le nouvel ordre qu'il etablit dans les offices eccleſiaſtiques, a l'uſage de ſa maiſon, fut tellement goûté, que des archevêques, des evêques & autres perſonnes conſtituées en dignité, l'adopterent, & le firent paſſer dans leurs chapelles. ABELARD compoſa auſſi pluſieurs hymnes, ſequences, & paroit avoir dirigé tout le corps d'office, tel qu'il ſe faiſoit au Paraclet dans tout le cours de l'année. La maniere dont le premier editeur d'ABELARD parle de ce recueil, dont il avoit eu communication, & dont il fait l'eloge, donne a iuger que c'étoit un Breviaire pour l'office divin. On a d'autres preuves, que cette ſortes de livres liturgiques eurent alors cours. On les nomma Breviaires, parce que c'etoit des abréges des legendaires, antiphonaires, & autres livres de chœur. ADAM *de S. Victor* comme il a eté deia dit, fit de ſon coté quantité de ſequences. Nous avons un office entier de S. VICTOR confeſſeur par *S. Bernard*, qui n'y a pas auſſi heureuſement réuſſi, qu'on étoit en droit de l'eſperer. Il n'eut pas iusqu'a PIERRE l'*Eremite*, natif du Diocése d'*Amiens*, le plus zélé promoteur de la croiſade, qui ne fit quelque choſe en faveur de la liturgie. Il dreſſa effectivement des litanies & autres formules des prieres, qu'il chantoit, & faiſoit chanter aux proceſſions durant ſont ſeiour a *Ieruſalem*."

fuit ſingularem cantum ſuper verba S. GREGORII, præter legendam S. AFRÆ tam converſionis, quam paſſionis: ſimiliter & almi confeſſoris UDALRICI, inc. *Inclyta devotis colimus &c.* Alligaverat eam metro, poſtulante epicopo *Conſtantienſi*, eumque *Auguſtani* ſpeciale decus muſicæ appellant, ut BASNAGIUS notavit. Laudatur hoc in genere apud REINERUM de claris ſcriptoribus monaſterii S. LAURENTII *Leodienſis* GISLEBERTUS, & frater eius IOANNES, dicti monaſterii monachi, circa medium ſæc. XII. ut videre eſt apud *Bern.* PEZIUM, a quo editi ſunt hi libelli. a) ARNALDUS an. 1141. in partibus *Belgii* ita in *muſica* clarus effulſit, ut Sanctorum cantus ab ipſo compoſiti raptim a vicinis eccleſiis peterentur.

T.III. P.II. p.3. lect. Can. c. 15. & 16.

Diſſert. Iſag in T. IV. theſ. Anecd.

a

Arnald. Gall. chriſt. L. V. Inſtr. p.2 94.

Murat. T. IV. diſſert. 57. p.953.

b

MURATORIUS in antiquit. medii ævi *Ambroſianum* officium multa debere perhibet *Obrico* ſive *Orico* SCACABAROZO, qui in eiusdem *metropolitanæ* bibliothecæ codice appellatur *Mediolanenſis archipresbyter*, *& præpoſitus Baſilicæ apoſtolorum, ſive ſancti* NAZARII *in Brolio Mediolani.* Is an. 1280. uti ex eodem codice conſtat, multa officia Sanctorum *tam in dictamine, quam in cantu complicavit.* Leguntur ibi eadem officia, uti & ipſius auctoris epitaphium. b) Sæc. XIII. GERARDUS monachus S. QUINTINI *compoſuit antiphonas & reſponſoria in feſto S.* ELISABETH *cantanda. Neumas vero eisdem antiphonis & reſponſoriis quidam frater* PETRUS *canonicus S.* ANTBERTI *Cameracenſis appoſuit*, teſte HENRICO *Gandavenſi.* Idem etiam PETRUS *muſicæ artis peritus dulci modulamine, & limato dictamine* compoſuit plura cantica, quæ vulgo *Condictus* appellantur.

cap. 52.

Hiſt. poetar. & poematum med. ævi p. 1007. &c.

Ib. p. 2007.

p. 2058.

LEYSERUS recenſet varia *Ioannis* HOVEDENI ALIENORÆ reginæ, matris EDUARDI primi *Anglorum* regis capellani cantica, *lyram* dulciſonam in laudem B. V. hymnos &c. quæ MSS. extant in biblioth. *Cottiniana*, neſcio an etiam cum notis muſicis. Apud eundem laudatur BERNENSIS monachus Ord. Prædic. *Allobrox* ſæc. XIV. qui collegit antiphonam *Regina cœli, quam pulchra es*, e diverſis partibus antiphonarum, reſponſoriorum, hymnorum, retinentibus tamen proprium ſenſum, cum propriis melodiis, quæ finit, *tuum precare filium.* Et RICHARDUS in *Roffenſi Cantiorum* diœceſi, atque oppido *Maydeſton* oriundus *Kyrie eleiſon, miſerere pater pie*: cuiusmodi tunc frequen-

a) P. III. ubi p. 31. primum de GISLEBERTO legitur: „Qui dum ceteris polleret artibus, maxime tamen in muſica dulces faciebat modos, quemadmodum liquet in cantibus, quos vel de S. GEORGIO martyre, vel de S. RAGENUFLA virgine, nec non de S. BEGGA compoſuit.“ Et de IOANNE p. 32. „Binos etiam cantus compoſuit, id eſt, de ſancto CHRISTOPHORO martyre, & de ſancta MARIA *Ægyptiaca*, hiſtoriam TOBIÆ, itemque martyrium ſancti STEPHANI protomartyris heroico pede percurrit; & cantica canticorum aliquanta ex parte antiphonatim modulatus eſt.“

b) ORRICUS *dictus cognomine* SCACABAROZUS,
Mediolanenſis tunc archipresbyter urbis,
Arca de petra iaceo qui clauſus in iſta,
Sanctorum ſtudui cum cantu ſcribere laudes;
Nomina ſunt quorum NAZARIUS, *atque* SOPHIA,
Et MARCELLINUS, PETRUS, MAURITIUS,
ANNA *&c.*

quentabantur interpolationes in miſſa. Fuit hoc frequens a ſæculo decimo & undecimo, imitari, & aliis textibus adaptare etiam cantus pulchre a prioribus elaboratos, qualem GUIDONEM epiſcopum *Antiſiodorenſem* commemorat LEBEUFIUS; epiſcopos item & abbates modulorum compoſitores mediæ huius ætatis, atque FULBERTUM imprimis *Carnotenſem*, & STEPHANUM *Leodienſem* laudat; quos imitandos ſumſerint, quando ſucceſſu temporis propria, præſertim topica ſeu localia, officia multiplicari cœperunt, quosque ipſe etiam, ordinando novum antiphonarium *Pariſienſe*, nonnunquam ſecutus fuit. Faciendum hoc dudum optarat *Io. Bapt.* DONIUS diſſert. de muſica ſacra: cur autem illud non fecerint, qui ſua aut parentum ætate antiphonaria emendarunt, aut publicarunt, haud miratur: *Qui potuerunt enim*, ait, *cum eum minime intelligerent? Sed operam non dediſſe, ut intelligerent, id vero potius mirandum. Quod partim collatione græcarum notarum, partim obſervatione eorum cantuum, qui a D.* GREGORII *ætate ad hanc noſtram (ut exempli gratia introituum) perdurarunt, non difficillime præſtari poterat. Nam ſi in corrigendis priſcis ſcriptoribus vetuſtiſſimus quisque codex adhibetur, cur non idem ſervabitur in receptis pridem ab eccleſia cantibus ad priſtinam formam revocandis?* Non mediocris ad hoc utilitatis poterit eſſe noſter hic tractatus, notitiaque veteris cantus ac cantorum, ſeu potius artis muſices peritorum, & fontium eo puriorum, quo magis ad originem cantus *Gregoriani*, ſeu *Romani* veteris regreſſus fit, poſterioribus nimium luxuriantibus, cantumque identidem vitiantibus, ut ſuperius vidimus; id quod comparando priores ſequioresque cantuum melodias, magis adhuc elucefcet. Exempla varia apud laudatum LEBEUFIUM videri poſſunt. a)

T. I. p. 273. edit. nov. Flor.

a

Magiſterio præſertim eccleſiæ Romanæ.

De reb. eccl. c. 25.

IX. In eccleſia certe *Romana* non ſolum celebris a S. GREGORIO conſtituta eſt cantorum ſchola, verum etiam pontifices ipſi S. GREGORII exemplo pſalmodiæ & cantilenæ ſcientia floruerunt, ut ait *Walafridus* STRABO, qui præter HORMISDAM imprimis commemorat LEONEM II. BENEDICTUM eius ſucceſſorem, SERGIUM &c. Inter hos LEO II. præprimis celebratur, ab ANASTASIO nominatus *cantilena ac pſalmodia præcipuus, & in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus.* Idem, PLATINA teſte, vir doctiſſimus, uti eius ſcripta indicant, muſices peritus, pſalmodiam compoſuit,

a) „Comparando (inquit Tr. hiſtor. ſur le chant, eccleſ. p. 43.) maximam partem omnium eiusmodi cantuum cum antiquis officiis *Roma* delatis ſæculo octavo & nono, aliqui antiquum *Romanum* ſapiunt cantum, in aliis genus compoſitionis diverſum deprehenditur. In officio S. Trinitatis STEPHANI *Leodienſis* magis appareт, quam in ullo alio, mutatio guſtus: pauſæ magis illic frequentes ſunt in chorda finali, & dominante pſalmodiæ incertis modis, veluti in primo: multo plures tractus ſeu neumæ notarum continent, & tractus iſti poſitionem habent, qua affectabant auctores facere diverſum ab antiquo *Romano* cantum.“

ſuit, hymnosque ad meliorem concentum redegit, artem exercitatione confirmans. Mirum, omitti a WALAFRIDO VITALIANUM, aliis propiorem S. GREGORIO, ſub quo iterum cantus in occidente eſt reſtauratus, teſte IOANNE diacono in vita S. GREGORII. Qui idem cum retuliſſet, in *Anglia* cura & ſtudio VITALIANI reſtauratum eſſe cantum *Romanum*, & poſt eum ECKEHARDUS in vita NOTKERI *Balbuli*, ſubdit: *Hic eſt ille* VITALIANUS *præſul, cuius adhuc cantum, quando apoſtolicus celebrat, quidam, qui dicuntur* VITALIANI, *ſolent edere in præſentia eius.* Igitur hæc laus & gloria *Romanam* eccleſiam manet, quod in hac etiam diſciplinæ eccleſiaſticæ parte fuerit magiſtra: optimusque cantus eccleſiaſtici fuerit modus ſub *Romanorum* cantorum magiſterio, qui ſubinde ad varias regiones ſunt emiſſi, ad inſtaurandum, emendandumque cantum, ac muſicam eccleſiaſticam, qua nihil facilius luxuriantibus ingeniis muſicorum, ut hactenus videmus, mutationem ſubit divino officio indignam. Id etiam ſingulariter GREGORIO V. circa annum 735. tribuitur, quod invexerit cantum, qui muſicalis dicitur, *ubi ſunt cantores, & pueri Symphoniaci.* Iam ſupra memoravimus eodem adhuc ſæculo propagatum cantum *Romanum* agentibus PIPINO & CAROLO M. *Mandavit autem*, uti habetur in concilio *Aquisgranenſi* an. 803. *ut unusquisque epiſcopus in omni regno, vel imperio ſuo ipſi cum presbyteris ſuis officium, ſicut pſallit Eccleſia Romana, facerent. Nam & ſcholas ſuas cantorum in loca congrua conſtrui præcepit.* Sic ibidem actione IV. quæ inſcribitur: *Scholæ cantorum conſtituendæ in omnibus monaſteriis.* Sequuntur regularia decreta a Sancta Synodo in *Francia* iuſſu eiusdem CAROLI M. edita, ubi inter alia hæc ſunt ſancita: *Ea vero, quæ in regulari diſtributione Pſalmorum de uſu Romanæ Eccleſiæ addita ſunt, & in quibusdam cœnobiis in uſu non habentur, adhuc nobis retinenda cenſuimus, donec conſultu meliorum aut dimittantur, aut tenendum certiora reddantur.* Pertinent hæc quidem non ad ipſum cantum ſed ad ea, quæ cantanda ſunt in officio nocturno, diurnoque horarum, canonicarum, quarum ordinem ſingularem S. BENEDICTUS conſtituit, qui ſub LUDOVICO *Pio* iterum eſt ſtabilitus. *Præceptum eſt ab Imperatore* LUDOVICO, *ut omnes monachi curſum Sancti* BENEDICTI *decantarent*, uti habet annaliſta *Saxo* apud ECCARDUM ad an. DCCCXV. Et paullo ante ad an. DCCCXI. de CAROLO M. „Legendi atque pſallendi diſciplinam diligentiſſime emendavit, erat enim utriusque admodum eruditus, „quamquam ipſe nec publice legeret, nec niſi ſubmiſſe & in communi „cantaret. Fuit autem conſuetudo, ut in *Baſilica* magiſter ſcholæ deſignaret pridie ſingulis, quod reſponſorium quis cantare in nocte deberet. Lectiones vero nullus cuiquam recitandas iniunxit, nullus ad ter-„mi-

Cap. II. n. 12.

T. I. Conc. Germ. p. 378.

Ibid. p. 379.

Corpus hiſtor. medii ævi T. I. p. 184. Ib. p. 179.

„ minum vel ceram impoſuit, vel unguibus ſaltem quantulumcunque impreſſit, „ ſed cuncti omnia, quæ legenda erant, ita ſibi nota facere curarunt, „ ut quando inopinate legere iuberentur, irreprehenſibiles apud eum inve- „ nirentur. Digito autem vel baculo porrecto, vel ex latere ſuo ad pro- „ cul ſedentes aliquo directo demonſtravit, quem legere voluiſſet; finem „ vero lectionis ſono gutturis deſignavit, ad quem verſi, ita ſuſpenſi ſunt, „ ut ſive finita ſententia, ſivē in media diſtinctione, Rege ſignante, finem „ lecto imponerent.“ Perinde etiam ſtatim initio huius libri oſtendimus, in *Anglia* longe ante cantilenæ modum aſſertum, *iuxta exemplar videlicet, quod ſcriptum de Romana habemus Eccleſia*, ut loquuntur Patres concilii *Cloveshovienſis* ſecundi anno 747. cap. 13. & 15. Mirum eſt, in *Hibernia* cantum uſque ad ſæc. XII. inauditum, tunc primum a S. Malachia fuiſſe inductum: *Apoſtolicas ſanctiones*, narrat S. Bernardus in eius vita, *ac decreta ſanctorum Patrum præcipueque conſuetudines ſanctæ Romanæ eccleſiæ in cunctis eccleſiis ſtatuebat. Hinc eſt, quod hodieque in illis ad horas canonicas cantatur & pſallitur iuxta morem univerſæ terræ: nam minime id ante fiebat, ne in civitate quidem. Ipſe vero in adoleſcentia cantum didicerat, & in ſuo cœnobio mox cantare fecit, cum necdum in civitate ſeu in epiſcopatu univerſo cantare ſcirent, vel vellent.*“

T. VI. Ed. Labb. p. 1577.

Guidone *Aretino* faciliorem poſtea reddente diſciplinam.

X. Nihil proclivius fuit, ut ad nos redeamus, quam uſu vitiari cantum vaga illa, & incerta notarum muſicarum poſitione, cum, a ſimplicitate ſua magis magiſque degenerante muſica, tanta difficultate primum laborarit cantus eccleſiaſtici diſciplina, donec iterum ex *Italia* novus magiſter exortus, faciliorem artis methodum edocuiſſet, Guido *Aretinus* a patria cognomen adeptus, profeſſus ordinem S. Benedicti, ſæc. XI. ineunte. Baronius ad an. 1022. n. 20. &c. in codice quodam hæc reperit verba: Ioanne *XX. gubernante eccleſiam, micrologum ſuum edidit* Guido, *anno trigeſimo quarto ætatis.* Cæterum, ut notatum Pagio, Ioannes, qui Benedicto VIII. mortuo an. 1024. ſucceſſit, Ioannem XIX. ſe nominat ipſe in reſcriptis ſuis. A quo accerſitus *Romam* Guido, eidem probavit præclaram artem. Inſcripſit autem micrologum ad Theodaldum *Aretinum* epiſcopum ab an. 1014. ad 1037. unde recte a Sigeberto ad an. 1028. ponitur in chronico, ut iam Muratorius obſervavit, contra Vossium, qui Trithemium ſecutus, eum floruiſſe dicit an. 1070. ac præterea monachum facit cœnobii S. Leufredi apud *Ebroicenſes*, cum noſter Guido monachus fuerit in monaſterio *Pompoſiæ* prope *Ravennam.* Craſſo etiam errore Engelbertus *Admontenſis* haud ſemel in opuſculo de muſica vocat *Cantuarienſem.* Ipſe, quod rem attinet, narrat

T. V. rer. Ital. p. 351. De ſcient. mathem. p. 95.

narrat ſucceſſum in epiſtola ad MICHAELEM de artificio novi cantus, præmiſſa antiphonario, primum a BARONIO, poſtea melius a MABILLONIO, denique correctius adhuc a PEZIO edita, præmiſſa etiam GUIDONIS micrologo in codice *Emeramenſi*, ut PEZIUS notat. Cui in noſtro, ex quo eam MABILLONIUS deſcripſit, quando codex iſte adhuc ad monaſterium S. GEORGII pertinuit, ſola præfigitur dedicatoria epiſtola ad S. THEODALDUM, ſeu TEDALDUM, ut DOMNIZO apud LEIBNIZIUM vocat in vita MATILDIS c. 5. ubi eidem etiam pars gloriæ adſcribitur his verſibus:

Ad an. 1012. *L. LV. an. p.* 324. *T. V. Anecd. Vid. id. T. III. P. III. p.* 618. *Oudinus T. II. p.* 600. *Io. Weizii Heortol. p.* 264. *&c. Annal. Camaldul. II. append.* 5. 6. 7. *T. I. ſcript. Brunſw. p.* 641.

> *Muſica ſeu cantus iſtum laudare* TEDALDUM
> *Non ceſſant: ſemper renovantur eo faciente.*
> *Micrologum librum ſibi dictat* GUIDO, *peritus*
> *Muſicus, & monachus, nec non eremita beandus.*

Audiamus primum ipſum GUIDONEM, quid de artificio novi cantus tum in Prologo a) ſui Micrologi, cum in epiſtola ad MICHAELEM perſcribat: ubi ſe artifici illi, qui ſub AUGUSTO fertur malleabile ſeu *flexibile vitrum* inveniſſe, præmio autem mortis ſupplicium accepit, comparat, multa nimirum perpeſſus, invidiam ac æmulos ſibi concilians, cum ſummum meruiſſet applauſum, tantam præſtando cantus facilitatem. b) Habuit, cui inſcripſit epiſtolam, cum aliis *adiutorem*, qui rem experti, ſuo calculo comprobarunt. Quos inter primus merito eſt connumerandus, *ſummæ ſedis*, ipſius GUIDONIS verba recito, *apoſtolicæ* IOHANNES, *qui modo Romanam gubernat Eccleſiam, audiens famam noſtræ ſcholæ, & quomodo per noſtra antiphonaria inauditos pueri cognoſcerent cantus, valde miratus, tribus nunciis me ad ſe invitavit. Adii igitur Romam cum domno* GRUNOALDO c) *reverentiſſimo abbate, & domno* PETRO *Aretinæ eccleſiæ Canonicorum*

a) „Cum me & naturalis conditio & bonorum imitatio diligentem faceret, cœpi inter alia ſtudia muſicam tradere pueris. Tandem affuit divina gratia, & quidam eorum imitatione chordæ & noſtrarum notarum uſu exercitati ante unius menſis ſpacium inviſos & inauditos cantus ita primo intuitu indubitanter cantabant, ut maximum ſpectaculum plurimis præberetur. “

b) „Ut (inquit) quos ego & omnes ante me ſumma cum difficultate eccleſiaſticos cantus didicimus, ipſos poſteri ſumma cum facilitate diſcentes, mihi, & tibi, ac reliquis adiutoribus meis æternam apportent ſalutem, fiatque per miſericordiam Dei peccatorum noſtrorum remiſſio, vel modica tantorum ex charitate oratio. Nam ſi illi pro ſuis apud Deum devotiſſime intercedunt magiſtris, qui hactenus ab eis vix decennio cantandi imperfectam ſcientiam conſequi potuerunt, quid putas pro nobis, noſtriſque adiutoribus fiet, qui annali ſpacio, aut ſi multum, biennio perfectum cantorem efficimus. “


c) MABILLONIUS lib. LV. Annal. *Bened.* T. IV. p. 324. ex litteris initialibus GREGORIUM *Mediolanenſem* abbatem divinatus eſt: nos ex Mſc. codice *San-Emeramenſi* hoc nomen reſtituimus, quum etiam alius codex eiusdem monaſterii GRIMALDUM nominet.

nicorum præpoſito, viro pro noſtri temporis qualitate ſcientiſſimo. Multum itaque Pontifex meo gratulatus eſt adventu, multa colloquens & diverſa perquirens, noſtrumque velut quoddam prodigium ſæpe revolvens antiphonarium, præfixasque ruminans regulas, non prius deſtitit, aut de loco, in quo ſedebat diſceſſit, donec unum verſiculum inauditum, ſui voti compos, ediſceret; ut quod vix credebat in aliis, tam ſubito in ſe recognoſceret. Infirmitate cogente Romæ morari non poteram vel modicum, æſtivo fervore in locis maritimis ac paluſtribus (al. alpeſtribus) *nobis minante excidium. Tandem condiximus mox hieme redeunte me illuc debere reverti, quatinus hoc opus prælibato Pontifici ſuoque clero debeam propalare.* Rem deinde etiam cognomini abbati *Pompoſiæ* probavit : *Qui*, inquit, *& ipſe vir perſpicacis ingenii noſtrum antiphonarium, ut vidit, extemplo probavit, & credidit, noſtrisque æmulis ſe quondam conſenſiſſe pœnituit.*

De neumis GUIDONIS, & hexachordo, GUIDONI vulgo adſcripto.

XI. Brevis eſt GUIDO in epiſtola illa *de ignoto cantu* ad MICHAELEM directa. „Ad inveniendum igitur (inquit) ignotum cantum, beatiſſime frater! prima & vulgaris regula hæc eſt: ſi litteras, quas quælibet neuma habuerit, in monochordo ſonaverit, atque ab ipſo audiens tanquam ab homine magiſtro diſcere poteris. Sed puerilis iſta eſt „regula, & bona quidem incipientibus; peſſima autem perſeverantibus." Notat deinde pro ſingulis octo tonis neumam quandam ſeu modulationem cuique tono aptam, cuius uſu familiari diſcipulus promte diſcat canere. „Namque (pergit) poſtquam hoc argumentum cœpi pueris „tradere, ante triduum quidam eorum potuerunt ignotos cantus leviter „canere, quod aliis argumentis, nec multis hebdomadibus poterat evenire. Si quam ergo vocem vel neumam vis ita memoriæ commendare, „ut ubicumque velis, in quocunque cantu, quem ſcias vel neſcias, tibi „mox poſſit occurrere, quatinus mox illum indubitanter poſſis enuntiare, debes ipſam vocem vel neumam in capite alicuius notiſſimæ ſymphoniæ notare, & pro unaquaque voce memoriæ retinenda huiusmodi „ſymphoniam in promtu habere, quæ ab eadem voce incipiat. Utpote „ſit hæc ſymphonia, qua ego docendis pueris imprimis, atque etiam in „ultimis utor."

Hinc



Hinc ſex illæ ſyllabæ, quas *Guidonianas* vocant, depromuntur; ſed hic quidem nihil minus, quam ordinem illum, quo ſe ſe in aſcenſu inſequuntur, reperias. Recte tamen in codice *San-Emeramenſi*, ubi notæ litteris exprimuntur: quæ notandi ratio alias etiam GUIDONI familiaris fuit, & probatior præ cæteris eſt habita.

C DF DE D D D C D E E
UT *queant laxis* RE*ſonare fibris*

EFGE D EC D F G a GFE D D
MI*ra geſtorum* FA*muli tuorum*

GaG FE F G D aD G a FGa a
SOL*ve polluti* LA*bii reatum*

GFE D C E D
Sancte Iohannes.

Obſerva igitur C *ut*, D *re*, E *mi*, F *fa*, G *ſol*, a *la*. Uti etiam *I. I.* ROUSSEAU ad calcem Dictionarii muſici expreſſit ex MS. cod. *Senenſi* notis quadratis, continetque ordine hexachordum illud, ſeu ſcalam, quam vulgo *Guidonianam* dicunt uſitatam hactenus, ob quam GUIDO a ſuppari iam SIGEBERTO *Gemblacenſi* celebratur, „in hoc (inquit) prioribus præferen„dus, quod ignotos cantus etiam pueri & puellæ facilius diſcant, vel „doceantur per eius regulam, quam per vocem magiſtri, aut per viſum „(uſum) alicuius inſtrumenti, dummodo ſex litteris vel ſyllabis modula„tim appoſitis ad ſex voces, quas ſola muſica recipit, hisque vocibus „per flexuras digitorum lævæ manus diſtinctis per integrum diapaſon ſe „oculis & auribus ingerunt intentæ & remiſſæ elevationes vel depoſitio„nes earundem vocum.“ *Hermannus* CORNERUS in chronico apud ECCARDUM SIGEBERTUM citat ac exſcribit, hoc diſtinctius addito: *Ipſe enim fecit*

Diction. de Muſique. Planche G.

De Scriptor. eccl. c. 144.

Corpus hiſt. medii ævi T. II. p. 572.

cit Gamma ut, *A* re; *B* mi; *C* fa, ut; *D* ſol, re; *E* la, mi; *F* fa, ut. Uterque manus meminit, quæ a GUIDONE hucuſque nomen retinuit, vel pueris muſicæ rudimenta capientibus nota, ac vice monochordi adhibita. „ Qui vero (inquit *Ioan.* ÆGIDIUS, auctor ſæculi XIII. in arte muſica) mono- „ chordum non habent, vice ipſius inſtrumenti ad artem diſpoſita utun- „ tur manu. Et ſicut diverſa ſunt monochorda, ita diverſimode in ma- „ nu fit uſus. Quia quorundam inceptio ab articulis manus fit, quorum- „ dam vero fit a ſuperficie.“ *Ioannes* GUIDONE ſæculo inferior, quam pervagatus ſuo ævo fuerit harum ſyllabarum uſus, narrat mox initio operis ſui de muſica: mirum vero, quod alias in *Italia*, unde ortus fuit GUIDO, uſu vigere aſſerat: „ Sex ſunt ſyllabæ, inquiens, quas ad opus muſicæ aſſumimus, „ diverſæ quidem apud diverſos; verum *Angli*, *Francigenæ*, *Alemanni*, u- „ tuntur his *ut. re. mi. fa. ſol. la.* *Itali* autem alias habent, quas qui „ noſſe deſiderant, ſtipulentur ab ipſis.“ Et paullo poſt: „ In manus etiam „ articulis modulari ſedulus aſſueſcat; ut ea poſt quoties voluerit pro mo-
a „ nochordo utatur, & in ea cantum probet, corrigat, & componat. a)

Lineæ & claves in muſica GUIDONI debentur.

XII. Quidquid vero hoc ſit, præcipuum, quod GUIDONI debemus, eſt clavium, quas vocant, & lineolarum inter aſcenſum & deſcenſum, notarum etiam per colores diſcrimina, ſine quibus haud inepte muſicam puteum dixit ſine fune, nec immerito antiphonarium a ſe notatum eum in modum deprædicat. Ipſius GUIDONIS verba iuvat apponere, quibus rem omnem explicat peculiari opere (quo continentur regulæ de ignoto cantu identidem in antiphonarii ſui prologum prolatæ) quod incipit: *Tem-*
b *poribus noſtris ſuper omnes homines fatui ſunt muſici.* b) In rhythmis breviter eandem rem exponit, ſubditque:

Quasdam

a) Conſule eiusdem IOANNIS C.XXI. quid utilitatis conferant neumæ a GUIDONE inventæ.

b) „ Taliter enim (inquit) Deo auxiliante hoc antiphonarium notare diſpoſui, ut poſt hac leviter aliquis ſenſatus & ſtudioſus cantum diſcat: & poſtquam partem eius per magiſtrum bene cognoverit, reliqua per ſe ſine magiſtro indubitanter agnoſcet. De quo ſi quis me mentiri putat, veniat, experiatur, & videat, quod tale hoc apud nos pueruli faciunt, qui pro pſalmorum & vulgarium literarum ignorantia ſæva adhuc ſuſcipiunt flagella, qui ſæpe & ipſius antiphonæ, quam per ſe ſine magiſtro recte poſſunt cantare, verba & ſyllabas neſciunt pronunciare; quod cum Dei adiutorio leviter ſenſatus & ſtudioſus aliquis poterit facere, ſi cum quanto ſtudio neumæ diſponantur, curet agnoſcere. Ita igitur diſponuntur voces, ut unusquisque ſonus, quantumlibet repetatur in cantu, in uno ſemper & ſuo ordine inveniatur. Quos ordines, ut melius poſſis diſcernere, ſpiſſæ ducuntur lineæ, & quidam ordines vocum in ipſis ſiunt lineis; quodam vero inter lineas, in medio, intervallo, & ſpacio linearum. Quanticunque ergo ſoni in una linea, vel in uno ſpacio ſunt, omnes ſimiliter ſonant. Ut autem & illud intelligas, quantæ lineæ vel ſpacia unum habent ſonum, quibuslibet lineis vel ſpaciis quædam literæ de monochordo præfigurantur, atque etiam colores ſuperducuntur; unde datur intelligi, quia in toto antiphonario, & in omni cantu quantæcunque lineæ vel ſpacia unam eandemque habeant litteram vel eundem colorem, ita ut

Quaſdam lineas ſignamus variis coloribus,
Ut quo loco, qui ſit ſonus, mox diſcernat oculus.
Ordine tertiæ vocis ſplendens crocus radiat,
Sexta eius affinis flavo rubet minio,
Eſt affinitas colorum reliquis indicio.
At ſi littera vel color neumis non intererit,
Tale erit, quaſi funem dum non habet puteus,
Cuius aquæ, quamvis multæ, nil proſunt videntibus.

Qui veteres ante GUIDONEM notas ſine lineis, litteris ſuperpoſitas inſpiciet, non exaggeratum videbit, quod de ſuo invento GUIDO dicit, dum etiam per integram vitam cantum rite, & certa ratione proſequi impoſſibile edixit: nimirum ſua quidem erant ſigna, ſeu notæ aſcenſus, vel deſcenſus; neque vero determinata aſcenſus, vel deſcenſus quantitas. Hoc ergo eſt artificium ignoti cantus, quod debemus GUIDONI, & ad hunc uſque diem uſitatum eſt: ut ducantur lineæ, ſuper quas, aut inter quas notæ ponantur: ac præterea initio litteræ monochordi, quas nos *claves* vocamus, præfigantur; C nempe & F. quas lineas etiam coloribus GUIDO diſtinxit, C. croco, minio F. ut paſſim in antiquis manuſcriptis antiphonariis deprehendi ad uſque ſæculum decimum ſextum, cuius eſt graduale noſtri monaſterii; in quo tamen principalis linea nonniſi minio diſtinguitur. Succeſſu autem temporum & deformatæ ſunt C aut F litteræ, & omiſſi colores. a)

VIII.

omnia ſimiliter ſonant, tanquam ſi omnes in una linea fuiſſent; quia ſicut linea unitatem ſonorum, ita per omnia littera vel color unitatem ſignificat linearum, ac per hoc etiam ſonorum. Quodſi ſecundum ordinem ſonorum ab ipſa littera, vel colorata linea ubique inſpicias, & illud aperte cognoſces, quia in omnibus ſecundis ordinibus eadem vocum & neumarum eſt unitas. Similiter de tercio vel quarto ordine, & reliquis intellige: ſive ſuperiores, ſive inferiores ordines cernes. Igitur certiſſime conſtat, quia omnes neumæ vel ſoni in eiusdem litteræ vel coloris lineis ſimiliter poſiti, vel colorata linea pariter elongati, per omnia ſimiliter ſonant. In diverſis autem lineis vel ſpaciis, etiam ſimiliter factæ neumæ, nequaquam ſimiliter ſonant. Ideoque quamvis perfecta ſit poſitura neumarum, cæca omnino eſt, & nihil valet ſine adiunctione litterarum, vel colorum. "

a) „Duos enim (inquit GUIDO) colores ponimus, croceum ſcilicet & rubeum, per quos colores valde utilem tibi regulam trado, per quam aptiſſime cognoſces de omni neuma & unaquaque voce, de quali tono ſit, & de quali littera monochordi. Si tamen, ut valde eſt opportunum, monochordum & tonorum formulas in frequenti habeas uſu. Septem vero ſunt litteræ monochordi, ſicut plenius poſtea monſtrabo. Ubicunque videris crocum, ipſa eſt littera tertia C, & ubicunque videris minium, ipſa eſt littera ſexta F, ſive in lineis, ſive intra lineas ipſi ducantur colores. Igitur tertio ordine ſub croco prima eſt littera (A) & tonus primus, vel ſecundus. Super hac iuxta crocum ſecunda littera (B) in qua eſt tonus tertius vel quartus. Deinde in ipſo croco eſt vox vel littera tercia (C) in qua eſt tonus quintus vel ſextus. Vicina ſuper crocum, & tercia ſub minio eſt littera quarta (D) in in qua eſt tonus primus vel ſecundus. Proxima eſt minio quinta (E) in qua eſt tonus tercius vel quartus. In ipſo minio littera VI. (F) in qua tonus quintus vel ſextus. Iuxta ſuper minium ſeptima eſt (G) in qua tonus ſeptimus vel octavus. Deinde prima repetitur (A) tertio ordine ſupra minium, & tertio ſubter crocum, in qua tonus primus vel ſecundus. Poſt quam omnes aliæ reiterantur prioribus in nullo diſſimiles. "

Propagatæ ſtatim etiam per alias regiones.

XIII. Capite primo huius Libri II. P. I. p. 283. 284. narravimus, eodem adhuc ſæculo XI. GUIDONIS methodum ad alias etiam nationes eſſe propagatam; & quidem CRANZIO teſte, ipſum GUIDONEM per varias profectum regiones cantum emendaſſe. Iuxta chronicon *Slavorum* HELMOLDI presbyteri *Boſovienſis*, ab ARNOLDO abbate *Lubecenſi* continuatum apud LEIBNIZIUM, ſub HERMANNO, cuius mentionem loco citato fecimus, MACKO quidam, cui eccleſiam ſuam tanquam vice-domino commiſit, *quemdam* GWIDONEM *muſicum Bremam adduxit, cuius induſtria melodiam & clauſtralem diſciplinam emendavit.* Id quod fieri debuit inter annum 1032. & 1035. Unde per ætatem nihil obeſt, quo minus GUIDO noſter eſſe potuerit. Tribus autem tantum præfuiſſe annis HERMANNUM, colligitur ex ætate anteceſſoris LIBENTII, & BOSELINI, ſucceſſoris in *Hamburgenſi* archiepiſcopatu, cui *Bremenſem* tunc coniunctum fuiſſe neceſſe eſt. Ac totidem anni aſſignantur HERMANNO in chron. *Bremenſi* a *Ioanne* RENNER an. 1583. ſcripto rhythmice, ubi eiusdem rei fit mentio:

T. II. Scriptor. rer. Brunſwic. p. 745.

He was Praveſt tho HALVERSTADT
Dit Ertz-ſtifft dre Iahr beſat,
Ein Mann van groter ſimpelheit
Hadde nicht der Schlangen Wisheit;
Den Sang he hefft gerichtet an,
Dorch GUIDON, *de den erſt began. &c.*

Invento hoc prorſus inſigni.

Das beſchützte Orcheſtre. P. I. c. 7. p. 269.

XIV. Quod teſtimonium de HERMANNO in argumentum ſugillandi GUIDONEM noſtrum non aſſumſiſſet *I.* MATHESON, ſi, qualis ante GUIDONEM fuerit muſica diſciplina, quantamve facilitatem eidem addiſcendi attulerit GUIDO, quam etiamnum ei in acceptis ferimus, perſpectum habuiſſet. Intelligo *cantum* illum *confuſum variis in partibus uſum*, ut vocat HUGO *Reutlingenſis*, ſcriptor quidam ſæculi XIV. in libro *Flores muſicæ artis* inſcripto, quem eius interpres pluribus deſcribit, noſtramque nominatim perſtringit gentem depravato huic *uſui* diutius deditam a). Palam

a) Quidam (inquit) ad proœmium dicti libri, & præcipue canonici ordinis S. BENEDICTI, qui cantum muſicalem non ſolum ex arte, verum etiam ex uſu & conſuetudine perfecte & cordetenus didicerant, ipſum omiſſis clavibus & lineis (quæ in neumis ſeu nota muſicali requiruntur) ſimpliciter in libris notare cœperunt, & ſic decantare: & deinde iuniores & ſuos diſcipulos ſine arte ex frequenti uſu & conſuetudine cantum informare. Qui cantus ſic per conſuetudinem doctus ad diverſa pervenerit loca. Unde iam non muſica, ſed uſus eſt denominatus. In quo tamen cantu deinde diſcipuli a doctoribus & doctores a diſcipulis multiformiter diſcrepare cœperunt. Ex qua diſcrepantia & artis ignorantia uſus dictus eſt confuſus: quo uſu confuſo ſpreto, nunc fere omnes *Alemanni* hactenus miſerabiliter & m rabiter per cantum uſus ſeducti ad veram artem muſice revertuntur. Temporibus enim noſtris ſuper omnes homines variis artibus intendentes cantores uſum addiſcentes magis fa-

lam eſt, interpreti huic GUIDONIS (quem etiam unum poſt BOETIUM *huius artis tanquam neglectæ & oblivioni traditæ* reparatorem laudat) opera familiaria fuiſſe, cuius ſubinde verba & ſententias ſuas facit: quod etiam de ipſo HUGONE viſum eſt GOLDASTO, qui hæc primus annotavit, auctoremque prodidit, qui in editione *Argentinenſi* an. 1488. quæ mihi præ manibus eſt, non notatur. *T. I. Rer. Aleman. P. I. p. 116. &c.* Locum de hoc *uſu* iam ſupra p. 275. ex EKKEHARDO *iuniore* retulimus, qui ſubdit de BERNONE: *Hos itaque ſupradictos ſecutus* BERNO *monachus S. Galli, poſtea abbas Augienſis, ſuper hunc uſum valde ſubtilem ſcribit ad* PEREGRINUM, *epiſcopum Colonienſem &c.* eodem fere tempore, quo GUIDO exploſit *uſum* hunc *confuſum*, ut merito vocavit HUGO, rem vero, de qua hactenus *Hermannus* CORNERUS in chronico duobus expreſſit verbis de GUIDONE locutus, *cantum*, inquit, *uſualem diſtinxit.*

XV. Quod vero paſſim GUIDONI tribuatur additio Γ litteræ in ſcala muſica, inde factum exiſtimo, quod prima ſyllaba *ut* in vulgari *hexachordo* ei litteræ reſpondeat; ipſe tamen in rhythmis alios eius rei auctores agnoſcit his verbis: GUIDO non addidit Γ ſcalæ muſicæ.

Γamma græcum quidam ponunt ante primam litteram.

Nimirum ante litteram A *Græcis Proslambanomenon* dictam, etſi teſte MEIBOMIO inferiorem adhuc tonum agnoſcerent, ſed, quod obſcuris ſonis, qui auditu clare diſtingui non poſſent, proferretur, ideo ſit neglectus. *Præfat. ad antiquos Muſicæ auctores.* Etſi vero multis probandum ſuſcipiat, GUIDONEM id primum haud feciſſe, in eo tamen communi opinioni accedit, quod Γ a *Græcis* mutuaſſe ipſum GUIDONEM putet. a) Videatur enimvero diagramma veterum cum ſcala

a *Guidonia-*

tui indicantur &c. ſtulti autem cantores uſuales & ipſorum diſcipuli, etiam ſi per centum annos quotidie cantarent unam tamen hiſtoriam vel unum officium per ſe cantare nequeunt, tempus multum (in quo poſſent in pluribus artibus proficere) inutiliter expendentes: unde etiam per cantum ſuum ex varia diſcrepantia frequenter Deum & ſanctos ſuos non laudare, ſed ſe invicem in choris & in eccleſiis confundere ſolent, & vituperare, & per hoc Deum ad iracundiam provocare. Vanitate ergo uſus poſtpoſita cuncti cantores, qui hactenus uſum didicerant & cantaverant, per conſilium auctoris huius operis ad veram artem cantandi revertantur, quæ ars eſt muſica.

a) „Hunc tamen tonum GUIDO ſuo ſyſtemati adiungendum putavit, ne minus religioſe *Græcam* diſciplinam tractaſſe videretur, & ſua culpa aliquid omiſiſſe . . . Quam huius rei cauſam muſurgorum vulgus adferat, notum. Hinc autem luce meridiana clarius eſt, GUIDONEM non auxiſſe ſyſtema *Græcorum* (quod recentiores omnes in ſuæ muſicæ commendationem ubique decantant) ſed nimia religione ductum, ex *Græcis* illum ſonum, quamvis nullius uſus (ſiquidem clare exaudiri non poterat) retinuiſſe. Porro in acumen longius, quam GUIDONEM, proceſſiſſe *Græcos*, quid opus eſt, ut amplius demonſtrem, cum id trium generum tabulæ loquantur? ut

Guidoniana comparatum apud WALLISIUM in appendice ad Cl. PTOLOMÆI *Harmonica* de veterum harmonia ad hodiernam comparata Opp. mathemat. Vol. III. p. 157. & 167. &c.

GUIDO non eſt auctor notularum cum ſuis appellationibus. *Donii Progymnaſtica muſicæ pars veterum reſtituta &c. lib. II. T. I. opp. p.* 237.

XVI. Ex iis porro, quæ modo diximus, & mox de notis muſicis medii ævi diſſeremus, palam erit, perperam ab incerto auctore bibliothecæ *Vaticanæ*, a *Io. Bapt.* DONIO citato, GUIDONI tribui notulas illas, quarum ſchema afferemus, cum ſuis appellationibus partim e latina, partim e græca lingua detortis: *Eucaphus*, *Strophicus*, *Punctus*, *Porrectus*, *Horiſcus &c.* his poſt aliqua additis verſibus:

Hæc finxit GUIDO, *diſtinxit*, *& ordine digno,*
Muſica quo vixit vivo, *moriente refrixit.*

Signa illa, ſeu notulas non paucis ante GUIDONEM ſæculis obtinuiſſe ſpecimina prodent; appellationes vero quod ſpectat, nullum uſpiam in ſcriptis GUIDONIS, aut alibi veſtigium reperi, unde eas GUIDONI adſcribi poſſe, coniectura ſit.

XVII.

non minus hic vana ſit recentiorum gloriatio. Et futile eſt argumentum, quod tantum octodecim ſint chordarum nomina, & propterea totidem duntaxat ſoni. Quippe in ſingulis tonis, qui ſe invicem ſemitonio ſuperant, omnia illa nomina repetuntur, additis ſemper tonorum ſeu modorum nominibus; quod certe egregium fuit & ſubtile *Græcorum* inventum. Cum enim proslambanomenos hypermixolydii, qui ARISTOXENI eſt tonus acutiſſimus, integro diapaſon ſuperet proslambanomenon *Hypodorii*, qui eſt graviſſimus, patet, ARISTOXENI diagramma procedere potuiſſe ad tria diapaſon. Quamvis ille, reſciſſo integro diapente, progreſſus tantum fuerit ad bis diapaſon & diateſſaron, ut diſcimus ex ADRASTI loco, quem in notis ad EUCLIDEM p. 51. adduximus.“ Exſcribimus, quod obvius non ſit MEIBOMII liber. Hæc porro notat eam in rem ad EUCLIDEM, p. 50. „Hodiernum muſurgorum vulgus, ubi ſermo inciderit de muſica, novæ præ antiqua præſtantiam quoque inde metiuntur, quod veteres tantum bis diapaſon ſyſtema cognoverint, octodecim chordis circumſcriptum; illud autem GUIDO integro diapente auxerit in acumen, & inſuper tono in gravitatem. In quanta autem antiquitatis ignorantia verſentur, alibi oſtenſum .... Tantum enim abeſt, ut aliquid novi hic repererit GUIDO, ut etiam a veterum ſyſtemate maximo, non parvo, intervallo abſit, quod reſtitutis modorum tabulis ſole meridiano clarius eſt, ut nulla id ampliore probatione egeat. Acutiſſimi enim modi hyperlydii nete hyperboleon, ſeu ultimus ſonus a graviſſimi hypodorii Proslambanomeno diſtat ter diapaſon & toni intervallo, adeo, ut integro diateſſaron hoc ſyſtema ſuperet *Guidonianum.* Neque novis chordarum nominibus hic erat opus, quod tranſeundo ex graviore modo in acutiorem priora vocabula ſufficerent, quod certe optima ratione conſtitutum. Porro tonum in infimo loco a GUIDONE adſcriptum eſſe ex antiquæ muſicæ ignorantia, vere adfirmare poſſumus. Quamvis etiam hoc ab antiquis hauſiſſe videatur, ut docuimus in notis ad ARISTIDEM p. 240. „Huius enim infimæ notæ ſonum, tanquam principium reliquorum omnium, veteres adſumebant; ſed qui clare & canore exaudiri non poſſet, quare etiam nullo peculiari nomine ipſum ſignarunt.“ His confirmandis locum profert ex THEONE *Smyrneo.* Imprimis autem notabilis eſt ARISTIDIS locus: „Cum vero toni omnes conſtent ex ordine XXIV. litterarum inverſo, ſi, qui omnium eſt graviſſimus, hypodorium per tonum in grave remittamus &c. lib. I. p. 25.

Falſo etiam clavichordiorum, aut muſicæ polyphonæ auctor venditatur.

XVII. Dum *Athanaſ.* Kircherus in Muſurgia lib. V. c. 2. p. 215. contendit, Guidonem inauditam ante hac plurium vocum ſymphoniam excogitaſſe primum, auctorem etiam fuiſſe inſtrumentorum polyplectrorum, uti ſunt clavicymbala, clavichordia, ſimiliaque, admodum eum fallit, quod poſterius attinet, ſumta a monochordo ratio, quippe cuius antiquiſſimus, frequentiſſimusque ante Guidonem fuit uſus, unde miror, *I. I.* Rousseau in lexico v. *muſica* eidem adſtipulari. Primum vero quod ſpectat, muſicam nimirum polyphonam, poſtea patebit veritati conſentaneum haud eſſe, ante eius tempora ex nullis veterum monumentis poſſe colligi, id genus muſicæ apud veteres fuiſſe in uſu, ab aliquot ſaltem ante eum ſæculis; ut tamen dici poſſit Guidonem emolliiſſe pauliſper duriſſimam, auribusque noſtris intolerabilem muſicæ, ſeu ſymphoniæ plurium vocum, rationem apud eos, qui primi, atque ante Guidonem, regulas in hoc muſicæ genere, media demum hac ætate invento, tradiderunt. Tum vero id etiam dici poteſt, Guidonem, quod primus monochordi uſum reiecerit, anſam dediſſe, ut conſonantiarum geneſis & progreſſio potius ad auditum, quam canonem illum harmonicum accommodaretur; ſecus cum fieret ab antiquis, inde factum puto, quod id muſicæ genus intactum, incultumque manſerit uſque ad ea tempora, quæ barbara cumprimis habentur; ut *Græcis*, apud quos tanto in pretio habita fuit muſica, nec quidem in mentem veniſſe videatur. Sed certe qualis fuit prima muſicæ huius polyphonæ inſtitutio, ruditati temporum reſpondebat.

CAPUT II.

De notis muſicis medii ævi græcis & latinis, quarum ſpecimina exhibentur per ſingula ſæcula.

I.

Notæ muſicæ antiquiores græcæ.

L. VII. Erot. 4. poſt p. 540.

Superiore ſæculo edidit ex duobus MSS. (quorum unum in bibliotheca *Vaticana*, alterum in Collegio *Romano* Soc. I. aſſervabatur) *Athan.* Kircherus in ſua *Muſurgia*, ſeu arte magna conſoni & diſſoni, antiquioris muſicæ *Græcæ* σημεῖα, ſeu notas muſicas, *Romæ* anno 1650. eo ordine, quo in Alypio reperit. Kircheri opere & labore minime contentus *Marc.* Meibomius, ut ex eius præfatione in antiquæ muſicæ auctores cernere eſt, ipſe biennio poſt novo ac ingenti ſtudio ex Alypio & Aristide reſtituit, ac digeſſit notas eiusmodi muſicas magno, ut reperit, numero vel in uno *Lydio* modo, ſecundum tria genera *Diatonum*, *Chromaticum*, & *enharmonicum*, in ipſa Alypii introductione muſica, expoſitis in præfatione, quæ ad rem obſervanda fuere. P. *Bern.* Montfaucon lib. V. *Palæogr. Græcæ*, *Pariſiis* anno 1708. editæ, cap. 3. eandem materiam carptim tractans, & non ita pridem in *Anglia* in lucem emiſſa Ptolomæi *harmonica* memorans: *Ibi vero*, inquit, *non tantum muſicæ notæ tonorumque diſtinctiones adferuntur, & explanantur; ſed etiam ad hodiernas muſicæ notas, quantum conantibus licuit, reducuntur.* Iam an. 1602. *Hanoveræ Erycius* Puteanus in *Hermathena* Dionysii muſici ſub Constantino M. clari, hymnum ad Musam notis antiquis muſicis inſtructum edidit; eundemque & alium præterea in Apollinem, aliumque in *Nemeſin* cum ſimilibus muſicis antiquis notis ſubiunxit *Io.* Fellus ad calcem Arati cum ſcholiis *Græcis* editi *Oxoniæ* 1672. addita diatribe de muſica antiqua *Græca*: quam claudit ſpecimine alio muſicæ veteris, fragmento videlicet Pindari, quod notis veteribus muſicis inſtructum in bibliotheca monaſterii *S. Salvatoris* iuxta portum *Meſſanenſem* in *Sicilia* reperit, ediditque Kircherus, ut *I. Alb.* Fabricius lib. III. c. 10. notavit. Alia etiam adhuc ſpecimina dedit M. Burette, habenturque, ni fallor, in Miſcell.

T. I. Muſurg. p. 541. M. Burette Memoires de

Miſcell. *Berolinenſibus.* Meibomius vero citata in præfatione hymni *Te Deum laudamus* melodiam illis *Græcis* characteribus notisque etiam noſtris expreſſam exhibet, *non tantum*, inquit, *ut eo clarius omne notandi negotium redderem, ſed etiam, ut Deo optimo maximo grates agerem, qui cum in omni vita, tum vel maxime in difficillimo hoc & deſperato opere adiuverit, ut ob reſtitutos antiquæ muſicæ auctores a doctis noſtri ævi viris favorem, a poſteritate laudem ſperare poſſim.*

l' Acad. des belles lettres. T. V.

II. Nullus vero dubitat Meibomius, quin, ſiquidem ea melodia uſi fuerint SS. Ambrosius & Augustinus (quorum quippe nomini inſcribit canticum illud *Te Deum laudamus*) etiam notis illis cantum ſignarint, quod Boetius, qui integro ſæculo Augustino fuit poſterior, ſolas has notas recenſeat. Oſcitanter *I. I.* Rousseau ex Kirchero exſcripſit, quæ hic de ſyſtemate muſicæ diatonicæ ſeu cantus plani iuxta Boetium lib. V. c. 3. breviter dicit, Rousseau autem confundit, & ad notas muſicas applicat omnia, ac redigit. a) Ipſe libro primo p. 249. retuli, quæ Kircherus loco citato de S. Gregorio aſſerit ſine teſte, quod in ſcalam muſicam ſeptem primas alphabethi litteras invexerit, quæ duplicentur, repetanturque; quin aliunde aliquid addere, aut reperire potuerim, quod hanc firmare poſſit opinionem. Hugbaldus ad ſæc. IX. finem, aut initium X. in libro *de harmonica inſtitutione* adhuc Boetii characteres exhibet, ipſeque modum præſcribens, ad vagam incertamque notarum tunc uſitatarum figendam poſitionem, ſubſtituit, apponitque ſigna illa litterarum. Quam in rem inſignem locum de notulis illis acturi exſcribemus.

Olim etiam Latinis familiares.

In Lex. muſ. p. 327.

a

III. Alterius quidem generis, ſed eiusdem fere uſus ſunt litteræ latinæ, de quibus Eckardus in *caſibus monaſterii S. Galli* c. 4. ubi de Romano, qui tempore Caroli M. authenticum *Romanum* antiphonarium ad *S. Gallum* detulerat, loquitur in hæc verba: „In ipſo quoque primus ille litteras „alphabeti ſignificativas notulis, quibus viſum eſt, aut ſurſum aut iuſum „(deorſum) aut ante, aut retro aſſignari, excogitavit: quas poſtea cui„dam amico quærenti Notker *Balbulus* dilucidavit.“ Paſſim eſt edita reſponſio illa ad Lantberti quæſtionem in bibl. PP. *Colonienſis* ſupplemento,

Quibus apud Latinos aliæ litteræ & ſigna ſunt ſubſtituta. *Eckardus apud Goldaſt. T.I. Rer. Alem. p.m.* 30. *Vid. apud eundem not. pag.* 118.

a) Les *Latins*, qui a l'imitation des *Grecs*, noterent auſſi la muſique avec les lettres de leur Alphabet, retrancherent beaucoup de cette quantité de notes, le genre Enharmonique ayant tout fait ceſſé d'etre pratiqué, & pluſieurs modes n'etant plus en uſage. Il paroit, que Boece établit l'uſage de quinze lettres ſeulement, & Gregoire evêque de *Rome* conſiderant que les rapports des ſons ſont les memes dans chaque octave, reduiſit encore ces quinze Notes aux ſept premieres lettres de l'alphabet, que l'on repetoit en diverſes formes d'une octave a l' autre.

mento, in *lectionibus H.* Canisii T. V. & in append. T. IV. *Annal. Benedict.* p. 688. Mabillonii. Qui quidem ipſe has litteras confundit cum illis, de quibus paullo ante, quasque ante ſæculum nonum in uſu fuiſſe exiſtimat, quibus poſtea notæ illæ caudatæ, ſeu ductus quidam ac virgulæ rectæ, obliquæ, incurvæ ſucceſſerunt. Guidoni autem *Aretino* ſæculo XI. melius viſum eſt, alphabeti litteris uti (quod S. Gregorio M. tribui inventum modo notavimus) additis exemplis.

Solis literis notare optimum probavimus,
Quibus ad diſcendum cantum nihil eſt facilius,
Si aſſidue utantur tribus ſaltem menſibus.

d ♮c de d c c ♮c a ♮c d c♮a a G G G
Sit nomen Domini benedictum in ſæcula.

FG a G F G F F F c F F DC D D
Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

Prope abeſt ab hoc litterarum uſu is, quem ex Hugbaldo memoravimus. Singulares ſunt notæ muſicæ eiusdem Hugbaldi in muſica enchiridiali explicatæ per tetrachorda, quæ etiam ſubinde, ſed rariſſime, in uſu eccleſiaſtico reperimus.

Vocales ac ſyllabæ ad modulandum.

IV. Pertinent huc etiam, ſed cum ipſis notis non ſunt confundendæ, ſyllabæ, quibus ad moderandum cantum utimur. Eoque interpretari licet ſupra libro primo p. 15. allatum Dionysii ſub nomine Demetrii *Phalerei* locum, in *Ægypto* ſacerdotes Deos ſeptem vocalibus celebrare. Paſſim autem ſcriptores, dum *Græcorum Romanorum*que res florebant, quatuor has ſyllabas uſu viguiſſe cenſent Τῶ Τᾶ, Τῆ, Τε̃. Donius de *præſtantia muſicæ veteris* p. 94. ſe oſtenſurum promittit, quanto aptius & commodius veteres *Græci* primum muſicæ tyrocinium, canendique meditationem executi fuerint, quam recentiores ex Guidonis inſtituto ſenis ſyllabis *ut*, *re*, *mi*, *fa*, *ſol*, *la*; aut noviſſimi quidam, *Belgas Gallos*que ſecuti, ſeptenis; adeo ut in præexercitamentis muſices, non paucorum menſium compendium fieri poſſe exiſtimet, ſi iuxta ritum veterem, amputatis duabus ſyllabis, non ſeptima adſcita, ecphoneſes harmonicorum intervallorum addiſcantur, & uſurpentur. Mihi tamen perſuadeo, ſi otium aut cupido fuiſſet Donio experiri rem ipſam, paucis ſaltem menſibus, dedoceri ſe paſſurum fuiſſe. Idem mirum ſibi aliquando

quando viſum fatetur, non habuiſſe priſcos *Græcos* ullas ſyllabas, aut dictiunculas, quibus in meditationibus canendi præexercerentur, antequam perfectas melodias modularentur: reputavitque τερέτιζειν apud eos dici, qui melydria qualiacumque ſine certis, ac rem ſignificantibus, dictionibus cantillat: ſuſpicatus eos hiſce τε, ρε, tunc fuiſſe uſos: præſertim cum hodieque apud *Chios* vulgo ſic frequentari audiiſſet, imo etiam paſſim apud *Græcos* τερεντισμὺς corrupto vocabulo appellari ipſamet nuda αὐλήματα; dum poſtea in quodam *Vaticanæ* bibliothecæ codice, qui præter alios tractatus integros ad muſicam pertinentes, anonymi cuiusdam fragmenta optimæ notæ complectitur, veteres tandem μελετικὰς *Græcorum* ſyllabas deprehendit eas ipſas, quas iam notavimus τῶ, τᾶ, τῆ, τὲ noſtris *ut re mi fa &c.* reſpondentes. „Ex quibus, addit, τῶ Proslambanomeno, lichanis & paranetis (quas lichanis reſpondere iam antea diximus) tribuitur: τᾶ hypatis, „netis, & parameſæ: τῆ parhypatis & tritis: τὲ denique uni meſæ adſignatur. Illud tamen advertendum, longi temporis & exſcriptorum „vitio, paranetas excidiſſe, quæ tamen facile lichanorum comparatione „ſupplentur. Porro τῶ reſpondet *ſol* & *re*; τᾶ *mi* (ut *la* omittam) τῆ „*fa*; τὲ vero nunc *re* nunc *mi.*“ Obſervat demum & ediſſerit, quam apte, quantoque cum iudicio ex ſeptem vocalibus, quarum tamen antiquiſſimum uſum apud *Ægyptios* l. c. oſtendimus, eas ſelegerint, quæ plenius, ac ſuavius ſonant, atque omnibus ferme nationibus uſurpantur.

Don. Prægymn. muſ. partis vet. reſtit. L. I. T. I. Opp. p. 247.

Ibid. p. 248.

T. I. p. 15.

V. Habent etiamnum *Græci* vocabula quædam, quibus familiariter ad modulationem octo tonorum utuntur. *Neanes, aneanes, aanes, neagie,* quas ſolas in inſtitutionibus muſicæ *Græcæ* reperi, quales ad calcem huius operis æri inciſas damus. Alias præterea affert KIRCHERUS in muſurgia *de tonorum clauſulis*, etſi amplior eorum ſit uſus, ad latinos etiam translatus. Peculiare de illis extat caput VIIII. muſicæ AURELIANI *Reomenſis*, quod hic exſcribimus: „Cæterum nomina, quæ ipſis inſcribuntur tonis, ut eſt in primo tono *Nonaneane*; in ſecundo *Noeane* & „cætera quæque, moveri ſolet animus, quid in ſe contineant ſignificatio„nis. Etenim quendam interrogavi *Græcum*, in latina quid interpreta„rentur lingua, reſpondit, ſe nihil interpretari, ſed eſſe apud eos lætan„tis adverbia; quantoque maior eſt vocis concentus, eo plures inſcribun„tur ſyllabæ, ut in autento proto, qui principium eſt, ſex inſeruntur „ſyllabæ videlicet hæ *noeane (ſ. noe noeane) Nonannoeane* in autento „deuteri. In autento triti, quoniam minoris ſunt metri, quinque tantum„modo eis inſcribuntur ſyllabæ, ut eſt *Noeoeane.* In plagis autem eorum „conſimilis eſt litteratura, ſcilicet *Noeane*, vel ſecundum quosdam *Noeacis.*

Ac vocabula apud Græcos.

Loc. cit.

„Memo-

„Memoratus denique adiunxit *Græcus*: huius modi noſtra in lingua vi„dentur habere conſimilitudinem, qualem arantes ſive angarias minantes „exprimere ſolent, excepto, quod hæc lætantis tantummodo ſit vox, ni„hilque aliud exprimentis. Eſtque tonorum in ſe continens modulatio„nem.“ Mox capite antecedenti de quatuor, a CAROLO M. additis ad octo, agens tonis, *Quorum hic*, inquit, *præſcribere cenſui litteraturam* Nenoteneano, noneano, annoannes.

Ad calcem codicis *Argentoratenſis*, in quo HUGBALDI liber *de harmonica inſtitutione* legitur, magna extat farrago eius modi vocabulorum. a) Frequentius utitur HUGBALDUS his modulationum formulis, deinceps rarius; nusquam vero apud GUIDONEM ea nomina reperi, qui ſatius duxit adhibere ſuas tonorum, ſeu modorum formulas. Apud S. BERNARDUM de cantu, ſeu correctione antiphonarii, n. 10. luculenter eorum uſus deſcribitur. „Ad hos (*tonos authentos & plagales*) inter ſe diſtinguen„dos Neumata inventa ſunt, ſubiicienda antiphonis, quæ apud quosdam „ſtivæ vocantur, & apud *Græcos* ſignantur per hæc verba *Hoanocane*, & „*nocais* (*al. melius noeane, & noeais*) & his ſimilia, quæ quidem nihil ſi„gnificant, ſed ad hoc tantum a *Græcis* ſunt reperta, ut per eorum di„verſos ac diſſimiles ſonos tonorum admiranda varietas aure ſimul & „mente poſſet comprehendi. Hæc ita manieram ſuorum modorum de„bent exprimere, ut poſtquam tuæ diligentius memoriæ fuerint impreſſa, „frequentatis aliquamdiu cantuum diverſitatibus, quibus arrideant canti„bus, auditu etiam facile cognoſcas. Unumquodque ergo eorum ſuo „modo ſingulare debet eſſe ſufficiens, ut cuilibet finali ſui modi conve„nire poſſit: in hoc ſingulare, ut cantui alterius modi convenire non „poſſit. Non enim ad diſcernendos modos a ſe invicem neumata com„petenter eſſent inventa, niſi unumquodque ſuo modo ſufficeret, & eum „evidenter ab aliis diſcerneret. Debet ergo manieram, & formam tam „communem, quam propriam ſui modi exprimere: manieram ſcilicet „per diſpoſitionem, formam vero per compoſitionem.“

T. II. Opp. p. 700.

Specimina notarum græcarum.

VI. Pergimus iam ad ipſa notarum ectypa ſeu ſpecimina, quæ ad inſtar diplomatices cuiusdam muſicæ per ſæcula dabimus. Ad ſæculum octavum uſque aſſurgere licet, quod notas muſicas græcas attinet; ita quidem, ut, cum docente MONTEFALCONIO in *Palæographia Græca* non niſi ſæculo

Lib. I. & III. c. 3. & 4. *p.* 215. 218. 223. *p.* 229.

a) *Item in Græco* annaneane, nananeagies, agianneagies, Nenoteanes, Noeagies. *Item parapteres*, Nenoteneagis *Ant.* Mea nox. *Ant.* O mors. *Ant.* miſerere mei Deus. Aanietaneanagis, acanneagies. *Ant.* Nos qui vivimus. *Item parapteres, qui ſupra ſcripti ſunt, neceſſe eſt ut teneamus, qui in antiphonis minutis comprobantur, maxime de pſalmis, qui non finiuntur ita, ut incboant.*

ſæculo ſeptimo accentus& ſpiritus annotari cœptum ſit, exceptis grammaticorum libris, ſtatim ſæculo octavo ſeduli *Græci* in libris, ad uſum eccleſiaſtici officii exaratis, ſigna quædam & apices ſeu notas pro inflexionibus ſaltem vocum in cantu lectionum evangelicarum adpinxerint, veluti in exemplis videre eſt apud eundem MONTEFALCONIUM, uno ex codice *pag.* 229. *Colbertino* octavi, ut æſtimatur, ſæculi, reliquis duobus ex aliis evange- *pag.* 234. liariis octavi item & noni ſæculi: monetque, multos codices huiusmodi, charactere videlicet unciali oblongo ac deflexo, ad uſum chori & officii exaratos, variis in bibliothecis extare, qui ad inflexiones vocum, in officio eccleſiaſtico inter legendum obſervari ſolitas, notulas quasdam & lineolas variæ formæ exhibent. *Hi vero nempe*, addit, *ad uſum chori de-* *pag.* 231. *putati libri, non octavo tantum & nono, ſed etiam decimo ſæculo, forteque poſterius, litteris uncialibus oblongis ac plerumque reclinatis ſcripti comperiuntur.* Meismet vidi oculis varios huiusmodi, *Romæ* præſertim, ac etiam in patria, nec oculis uſurpavi tantum, ſed etiam σημεῖα eiusmodi ſeu notulas cum noſtris exegi, ad easque redegi improbo labore, ut aliquando uſui eſſent ſpecimina illa huic operi. Sed cum omnis apparatus ille infelici incendio monaſterii mei an. 1768. perierit, neque vero mihi otium nunc tantum relictum ſit, contra vero difficilior foret labor, dum ad manus non ſunt autographi libri, in quibus minio depictæ notulæ, ut plurimum a cæteris accentibus & ſpiritibus diſtinguuntur, ectypos ſaltem do: in quibus quidem diſcrimen illud notularum minio depictarum Tabb. I. ſedulo inculcavi cælatoribus, ut obſervarent, atque ad regulas heraldicas II. III. IV. ſubtilibus lineolis diſcriminarent; ſed culpas eorum leviſſimas præſtare in me haud ſumo, perinde etiam fixum ætatis ordinem: quem coniiciat lector tum ex iis, quæ modo ex *Palæographia Græca* MONTEFALCONII attulimus, atque propius adhuc ex amiciſſimo *Romæ* mihi quondam *Ioſepho* BLANCHINIO presbytero congr. Oratorii S. PHILIPPI *Nerii* de urbe; qui ad *Evangeliarium quadruplex Romæ* editum an. 1749. in calce exhibet ſpecimina eorum ipſorum codicum *Græcorum Vaticanorum*, ex quibus *Romæ* tria accepi ectypa, unum vero ex codice bibliothecæ civicæ ad S. ANNAM *Auguſtæ Vindelicorum.* Accedit quintum litteris minuſculis ex Tab. V. Mſc. *Veneto.* Ex citatis vero MONTEFALCONIO, & BLANCHINIO curioſus harum rerum adhuc plura haurire, & comparare ſpecimina id genus pro inflexionibus vocum in lectione valet: unum apud MONTEFALCONIUM p. 357. habetur exemplum pro maioribus etiam & prolixioribus modulationibus, quarum nos integram exhibemus ſeriem ex codd. Mſc. Tabb. VI. bibl. Cæſar. *Vindob.* quibus addimus ex Mſc. *San-Blaſiano* inſtitutiones VII. muſicæ *Græcæ*, quas ampliores cum aliis variis eiusdem generis collatas ty- Tab. VIII.

 pis n. I. 2.

Tab. IX. n. I. 2. Tab. X. n. I. pis edidiſſemus, niſi collectanea illa igne periiſſent, cum ipſo manuſcripto *San-Blaſiano*, ſervatis quidem tabulis æneis, in quibus etiam comparet pars liturgiæ *Græcæ* ex eodem cod. *San-Blaſ.* Iungimus his ſpecimen notarum muſicarum *Ruthenorum* ritus *Græci* ex *Ioan.* HERBINIO de *Cryptis Kijovienſibus* p. 154.

Notæ muſicæ latinæ.

VII. Quemadmodum ſæculo VIII. in Occidente cantus *Romanus* cura PIPINI & CAROLI M. per *Gallias* & *Germaniam* propagatus ſit, T. I. lib. II. P. I. c. I. pluribus declaravimus: monachi *Engoliſmenſis* inter alia allato teſtimonio in vita CAROLI M. ad an. 787. qui narrat, CAROLUM ab HADRIANO accepiſſe cantores unacum antiphonariis S. GREGORII, *quos ipſe notaverat nota Romana;* correctos autem fuiſſe omnes antiphonarios, didiciſſeque *omnes Franciæ cantores notam Romanam*, *quam nunc vocant notam Franciſcam.* ECKEHARDO HARTMANNUS abbas *S. Galli* laudatur, authenticum antiphonarium docere, & melodias *Romano* more tenere ſollicitus. Quæ de cantoribus *Romanis* narrat, iam ſupra l. c. retulimus, aliis, quam quos monachus *Engoliſmenſis* nominat, quos inter ROMANUS *Romanæ* ſedis honorem *S. Galli* cœnobio ita quidem inferri curarit: „Erat *Romanæ* (*Romæ*) inſtrumentum quoddam & theca ad antiphonarii „authentici publicam omnibus adventantibus inſpectionem repoſitorii, „quod a cantu nominabant Cantarium. Tale quidem ipſe apud nos ad in„ſtar illius circa aram Apoſtolorum cum authentico locari fecit, quem ipſe „attulit exemplato antiphonario: in quo uſque hodie in cantu, ſi quid „diſſentitur, quaſi in ſpeculo error eiusmodi univerſus corrigitur." Reliqua, quæ ſequuntur, verba paullo ante retulimus, quomodo *litteras alphabeti ſignificativas notulis* appoſuerit, ut conſtaret, quid *ſuſum aut iuſum*, ſurſum aut deorſum, *ante & retro* ſignaret, in illa incertitudine notularum ex variis apicibus, inflexionibus compoſitarum, caudatarum, ſinuatarumque.

pag. 272.

Apud Goldaſt. Rer. Alem. T. I. P. I. c. 4. p. m. 29.

Inſignis hanc in rem eſt HUGBALDI locus, quo alium ille alphabeti litterarum uſum exponit, eundem tamen in finem, ad figendam, determinandamque vagam notularum illarum notionem. „Hæ autem (inquit de „harmonica inſtitutione) ad hanc utilitatem ſunt repertæ, ut ſicut per lit„teras voces, & diſtinctiones verborum recognoſcuntur in ſcripto, ut nul„lum legentem dubio fallant iudicio, ſic per has omne melum annota„tum, & iam ſine docente, poſtquam ſemel cognitæ fuerint, valeat de„cantari. Quod his notis, quas nunc uſus tradidit, quæque pro loco„rum varietate diverſis nihilominus deformantur figuris, quamvis aliquid „proſint, remunerationis ſubſidium minime poteſt contingere: in incerto „enim ſemper videntem ducunt veſtigio, ut puta, ſi adiectam formu-

„lam

„ iam aſpicias AEVIA. Primam enim notulam cum aſpexeris, quæ „ eſſe videtur elatior, proferre eam quocunque vocis caſu facile poteris. „ Secundam vero, quam preſſiorem attendis, cum primæ copulare quæ- „ ſieris, quonam modo id facias, utrum videlicet uno, vel duobus, aut „ certe tribus ab ea elongari debeat punctis, niſi auditu ab alio percipias, „ nullatenus ſic a compoſitore ſtatutam eſſe pernoſcere potes. Idem & de „ cæteris conſtat. Si vero, quas ſubſequens ratio demonſtrabit, chorda- „ rum notulis eandem formulam conſignatam videris, mox procul dubio, „ qualiter procedat, advertas, utique hoc modo ALLELUIA. Eſt enim I me- „ ſe, M lychanos meſon, inter quas toni ſpacium patet; P paripatemeſon, „ quæ a lychanos meſon ſimiliter diſtat tono M. Similiter lychanos meſon „ ſupra paripatemeſon inclinatur. C. autem eſt hypatemeſon ſemitonio a pa- „ ripatemeſon diſtans. F. ultima lychanos hypaton ſervans tonum ad hypa- „ temeſon. In hac autenti proti uſitata melodia, quam notulis eisdem ſu- „ perſcribimus, qui ſuperioris ſint ſoni, planius elucebit No Ne No eANE „ Quamcunque enim ex his notulam ſive litteram in ſuperiori formula „ videris, ſimiliter proferre non cuncteris. Hæ autem conſuetudinariæ „ notæ non omnino non neceſſariæ: quippe cum & tarditatem cantilenæ, „ & ubi tremulam ſonus contineat vocem, vel qualiter ipſi ſoni iungan- „ tur in unum, vel diſtinguantur ab invicem, ubi quoque claudantur in- „ ferius vel ſuperius pro ratione quarumdam litterarum, quorum nihil „ omnino hæ artificiales notæ valent oſtendere, admodum cenſentur pro- „ ficuæ. Quapropter, ſi ſuper aut circa has per ſingulos ptongos eæ- „ dem litterulæ, quas pro notis muſicis accipimus, apponantur, perfecte „ ac ſine ullo errore indaginem veritatis liquebit inſpicere: cum hæ „ quanto elatius, quantove preſſius vox quæque feratur, inſinuent; illæ „ vero ſupradictas varietates, ſine quibus rata non texitur cantilena, men- „ ti certius figant."

VIII. Quidvis facit hic locus ad illuſtrandam notarum muſicarum medii ævi novam formam poſt antiquatas veteres, quæ ex varia littera- rum *Græcarum* poſitione fere conſtabant; hæ vero variis arbitrariis, ex li- neis, punctis, ductibus & flexionibus, ut ex ſchemate patet, quod æri in- ciſum damus: quæ ſola nobis tabula, ex aliis eiusmodi, notarum etiam *Longobardicarum*, ex manuſcripto *San-Blaſiano* relicta eſt poſt incendium: complectitur autem carmine hexametro notarum ipſarum vocabula magno numero, cuique reſpondente ſuperſcripta notæ figura: ex qua ipſoque ex nomine notæ notio deſumi poteſt, magisque eluceſcit quod

In ſchemate exhibitæ.

Tab. x. num. 2.

de eorum uſu HUGBALDUS dicit, ac utilitate: quippe cum & tarditatem cantilenæ, & ubi tremulam ſonus contineat vocem, vel qualiter ipſi ſoni iungantur in unum vel diſtinguantur ab invicem, ubi quoque claudantur inferius vel ſuperius, notent. Quibus lux affunditur *illis* monachi *Engoliſmenſis* verbis, omnes *Francos* didiciſſe notam *Romanam*: „excepto, quod tremulas, vel vinnulas, ſive colliſibiles, vel ſecabiles „voces in cantu non poterant perfecte exprimere *Franci*, naturali voce „barbarica frangentes in gutture voces potius, quam exprimentes. Vocem tremulam explicat B. ENGELBERTUS L. II. c. 29. ſuæ Muſicæ, „uniſonum, quia non habet arſim & theſim, nec per conſequens intervallum, vel diſtanciam, ſed eſt vox tremula: ſicut eſt ſonus flatus tubæ vel cornu, & deſignatur per neumam, quæ vocatur Quiliſma.“ Rarius aliquid occurrit apud ſcriptores de re muſica, quod ad explicationem horum nominum, notarumque ipſis reſpondentium, conferat. Paſſim vero in bibliothecis *Italiæ*, *Galliæ*, & *Germaniæ* ipſum ſchema ſeu carmen reperi, ac delineari curavi in meos uſus, varie etiam mutatum, vel auctum, quandoque præterea cum obſervationibus explicationibusque; unde ingenti quidem ſtudio ſingula ea nomina explanaveram: ſed cum totum illud, ſimulque omnia ſubſidia flamma abſumſerit, harum rerum curioſis, otioque abundantibus ulteriorem argumenti huius diſquiſitionem lubens relinquo, atque ad exhibenda oculis notarum medii ævi ſpecimina, ordine temporum per ſingula ſæcula, progredior. Ipſæ vero etiam, quæ ſequuntur tabulæ æri inciſis literis, ſervatæ ſolum ſunt ex conflagratione, reliquis deperditis atque exuſtis omnibus, quæ ad materiam tam intricatam veterum notarum muſicarum explicandam ſecundum uſum præſentem congeſſimus, elaboravimusque. Excuſabit me incertitudo veri ſitus eiusmodi notarum ſine lineis, qua tamen non obſtante rem tentavit WALTER in *lex. diplom.* 1747. *Göttingæ* edito.

Add. Io. Diac. in vita S. Gregorii T. I. p. 276. relatus.

Specimina notarum latinarum ſæculi VIII. circiter & IX.

IX. Ad eam prope ætatem aſſurgunt ætate vetuſtiora noſtra ſpecimina latina, quam paullo ante in *Græcis* notavimus litteris uncialibus; hic autem minuſculis. Primum ex ſacramentario monaſterii *S. Galli* deſumptum eſt, ævi, ut coniicere eſt ex charactere, *Carolini.* Alterum itidem ex ſacramentario monaſterii *S. Dionyſii* prope *Pariſios* ab auctoribus novi tractatus diplomatici, a quibus accepi, ipſe tamen etiam præſens luſtratus, ſæculo nono deputatur. Eiusdem & ſequentium ſæculorum ſunt ſpecimina litterarum & notarum muſicarum characteris *Longobardici*, quæ in peculiari tabula exhibentur ex bibliothecis *Romanis Caſanatenſi*, *Vaticana*, & *Barberina.* Ectypa vero notarum *Longobardicarum* cum ſuis nominibus, ex codice *Caſinenſi* facta pro hoc opere, flammis ceſſerunt, ut diximus.

Tab. XI. Tab. XII. Tab. XIII.

X.

Sæculi X. Tab. XIV. num. I.

T. III. Opp. S. Greg. p. 334. & 335.

Mabill. in append. T. IV. Annal. Bened. p. 689.

X. Ad ſæculum decimum circiter referimus ſpecimen notarum ex vetuſtiori ſacramentario *San-Blaſiano.* Quas *Hug.* MENARDUS n. 282. in librum ſacramentorum S. GREGORII, & ex eo MABILLONIUS exhibet notas ex codice RATOLDI abbatis *Corbeienſis* eodem ſæculo decimo, ad caudatas noſtri ævi notas proxime accedunt, plane autem differunt a ſpeciminibus, quæ ex *Germanicis* codicibus proferimus: deprehendimusque *Pariſiis* in variis codicibus diſcrepantiam quandam a noſtratibus, ſed non tantam, quanta eſt iſtius codicis *Corbeienſis.* Notabilis autem eſt locus chronographi eius monaſterii ad tempora eiusdem abbatis, annum nempe 986. quo obiit: *Sub iis temporibus incœptus eſt novus modus canendi in monaſterio noſtro per flexuras & notas, per regulas & ſpacia diſtinctas, meliusculum dinumerando, quam antea agebatur: nam nullæ regulæ extabant in libris antiphonariorum & graduum eccleſiæ noſtræ.*

Lineæ & ſpatia GUIDONIS Aretini inventum ſæc. XI.

Muſurg. lib. V. c. I. *pag.* 213.

pag. 215.

XI. Videtur hic lineas innuere & ſpatia, quæ modum ſeu menſuram ſurſum & deorſum præciſe deſignant; ſed nihil horum in ſpecimine codicis RATOLDI comparet; demonſtravimusque ſupra, de GUIDONE *Aretino* agentes, eſſe eiusdem hoc inventum, qui floruit ſæculo undecimo adoleſcente. Singularia ſunt duo apud KIRCHERUM ſchemata antiquarum notarum, alterum *Græcum* ex Mſc. bibliothecæ *S. Salvatoris Meſſanenſis*, in quo multi hymni muſicis notis expreſſi ſunt, ductæque lineæ octo, in quibus principio totidem litteræ, in lineis autem aſcenſus deſcenſusque vocum nigris punctis vel potius circellis notabatur. Quodſi codex iſte medio ſæculo præterito, quo ſuam muſurgiam edidit KIRCHERUS, iam numeraſſet ſeptingentos circiter annos, ſuperaret ætatem GUIDONIS, veluti etiam antiquiſſima antiphonaria monaſterii *Vallis umbroſæ*, de quibus paullo poſt KIRCHERUS ex relatione abbatis *D. Didaci de* FRANCHIS, ubi ſimilia puncta cum lineis duabus tantum in ſpecimine quoque exhibet. Quod, quidquid eſt, extraordinarium eſt, neſcio an præluſio quædam ac prima inventi illius ſtamina: quod mirum eſt nulli ante GUIDONEM in mentem veniſſe, aut poſtea non ab omnibus ſtatim ubique gentium adoptatum fuiſſe; ut in tanta incertitudine notarum ſine lineis tamdiu fluctuarent, ac improbo licet labore, & temporis diuturnitate, iacturaque in addiſcendo cantu, deſudarent, numquam tamen ad certam ſcientiam venirent diſcipuli, magiſtri autem in docendo nihil firmum ac definitum poſſent afferre abſque GUIDONIS norma, quæ mirum initio præbuit ſpectaculum. „Cum me naturalis conditio, ſunt verba GUIDONIS in prolo„go Micrologi, & bonorum imitatio communis utilitatis diligentem fa„ceret, cœpi inter alia ſtudia muſicam tradere pueris. Tandem affuit

„ divina gratia, & quidem eorum imitatione chordæ noſtrarum notarum „ uſu exercitati ante unius menſis ſpacium inviſos, & inauditos cantus „ ita primo intuitu indubitanter cantabant, ut maximum ſpectaculum plu„ rimis præberentur: quod tamen qui non poteſt facere, neſcio, qua fron„ te ſe muſicum vel cantorem audeat dicere. Maxime itaque dolui de „ noſtris cantoribus, qui etſi centum annis in canendi ſtudio perſeverent, „ numquam tamen vel minimam antiphonam per ſe valent efferre, ſemper „ diſcentes, ut ait Apoſtolus, & nunquam ad perfectam huius artis ſcien„ tiam pervenientes. " Id ergo pro comperto haberi poteſt, codices ad cantum pertinentes, in quibus lineæ cernuntur, & claves, ſeu litteræ, Guidone eſſe poſteriores; etſi non e converſo regula valeat.

Specimina varia notarum ſæculi XI. & ſeqq.

XII. Damus omnis generis ſpecimina. Modulatior eſt cantus primi in *Graduali* (ut vocant librum, qui cantum miſſæ complectitur) Introitus *Ad te levavi animam meam*, quo olim magna ſolemnitate annus eccleſiaſticus prima *Adventus* Dominica inceptus eſt. Schema noſtrum ex codice, ni fal- [Tab. XIV. n. 2.] lor, *Einſidlenſis* monaſterii eſt, & ætatem Guidonis ſuperat, alterum eidem ſuppar eſſe videtur exemplum Lamentationis Ierem. *T. I. Tab. V.* relatum, quod initium eſt lectionis, quæ hactenus modulatior eſſe ſolet. Sequuntur duæ [Tab. XV. n. 1. 2.] formulæ iuxta præſcriptum Guidonis, litteris præſignatæ, ductisque lineis, quas ille croco & minio colorandas vult; qui uſus per aliquot ſæcula perſeveravit, ut unus ſaltem color lineæ atræ immiſceretur. Lineas intermedias ſtilo tantum ferreo ſine omni colore ſolebant in pergameno ducere ſæculo adhuc duodecimo, cuius ætatis ſunt noſtra ſpecimina; eius- [Tab. XVI.] dem vero vel ſequentis ſæculi aliud codicis *San-Blaſiani* ſine lineis: *Benedictus es Domine &c.* ex hymno trium puerorum Sabbatis quatuor temporum cantari ad miſſam ſolito. Sequuntur duo ex ſæc. XIV. circiter [Tab. XVII. n. 1. 2.] Introitus miſſæ pro defunctis ſeu *de Requiem*, itidem ex codd. *San-Blaſianis* ſine lineis, & cum lineis.

Libri miſſales, miſſa item *ſub nota*.

XIII. Libri miſſales, ex quibus deſumſimus, in eccleſiis ruralibus olim erant, quod haud raro reperi; paſſim vero, ut in ipſis libris, quibus ſacerdos miſſam celebrans in altari utebatur, etiam notæ inſcriberentur ad cantum, quem veriſimile eſt, eum quandoque ſolum in altari edidiſſe etiam in miſſa privata. Facit huc ſtatutum concilii provincialis [*T. IV. Conc. Germ. p. 203.*] *Moguntini* an. 1310. *de celebratione miſſæ*, cum hoc ſummario: *ſub miſſa animarum ſolemni aliæ pro defunctis non celebrentur, niſi ſubmiſſa voce & ſine nota.* Canon, qui idem loquitur, ex concilio *Frizlarienſi* deſumtus eſt. Uſitatum vero fuit hoc ſequiore ævo, quidquid canendum erat,

erat, hac formula *ſub nota*, *in nota*, deſignare. Sic e. c. in concilio *Pragenſi* an. 1381. præſcribitur feſtum S. Michaelis feriandum, *& eius officium nocturnum atque diurnum cum hiſtoria* ſub nota *in cancellaria noſtra recipiatur cum effectu.* Memoratu dignum aliis etiam ex nominibus eſt capitulum XII. *de celebratione miſſæ* concilii *Ravennatenſis* IV. anno 1317. „Cum igitur Miſſa in aliqua eccleſia noſtræ provinciæ *in nota* celebratur, debent omnes, maxime ſacerdotes & clerici in eccleſia ipſa, quantum poſſunt, aſſiſtere celebranti, ac omnis clamor, ſtrepitus, & tumultus in eadem eccleſia conquieſcere. Quidam vero non debito modo conſiderantes prædictam miſſam, quæ *in nota* cantatur, irreverenter prætereunt, ſe ſacris induere, Miſſas uno concurſu cum ſacerdote celebrare volentes, ex quo populorum concurſus, ac pedum ſtrepitus per eccleſiam fit cum quodam ſonoroſo clamore: & ſic miſſa, quæ celebratur *in nota*, per indirectum quodammodo impeditur, ſeu minus devote attenditur. Volentes igitur huic indiſcreto actui neceſſariam adhibere medelam, ſacro approbante concilio, monemus omnes ſacerdotes tam ſæculares, quam regulares noſtræ provinciæ, atque ſtatuimus, quatenus, cum miſſa celebratur *in nota* in aliqua eccleſia, nullus alius ſacerdos Miſſam celebret in eadem, donec Miſſa præfata fuerit plene completa.“ In Synodo *Herbipolenſi* an. 1407. c. 19. De divinis officiis præſcribitur „ut in omnibus & ſingulis eccleſiis collegiatis, ac monaſteriis regularibus virorum & mulierum nobis ſubiectorum, ad hoc fundatis, & ſufficienter dotatis officium divinumdiurnum pariter & nocturnum horis debitis ſolemniter *cum nota*, in ſpiritu humilitatis, devote, rite, ordinate, diſtincte, & laudabiliter pſallantur, & decantentur.“

Ibid. p. 525.

Tom. XI. Conc. ed. Labb. P. II. p. 1666.

T. V. Conc. Germ. p. 9.

XIV. Ante id tempus genus illud muſicarum notarum formæ quadratæ, quo hodie utimur, tunc *quadriquartum* vocari ſuetum, frequentari cœpit, enatum ex notis muſicæ figuratæ, quæ olim etiam *quadrata* vocari ſolebat: perperam autem ea notarum diſcrimina *Ioanni* de Muris, qui circa medium ſæculi XIV. floruit, ut poſtea videbimus, auctori tribuuntur. Eorum nos ſyſtema integrum ex mſc. ſcheda damus, nec non exemplum aliquod ex membrana itidem, quæ compacturæ ſerviebat libri choralis monaſterii monialium *Urſpringenſium*, nunc vero ſervatur in monaſterio *S. Georgii*, quod eſt *Villingæ*, continetque contrapunctum cantionis *Gallicæ*. Ex mſc. autem libro *Graduali San-Blaſiano* ſchema ſiſtimus notarum quadratarum cantus plani. Ultimum demum ex rariſſimo pſalterio an. 1457. impreſſo, quod diu me perplexum tenuit. Clar. Schoepflinus, profeſſor academiæ *Argentoratenſis*, dum *Hiſtoriæ Alſaticæ illuſtrandæ*

Notæ quadratæ & caudatæ cantus plani & muſicæ figuratæ ſæc. XIV. & XV.

Tab. XVIII.

Tab. XIX.

Tab. XX.

Tab. XXI. n. 1. 2.

dæ incumberet, reperit quodam in loco, ubi minime ſperarat, exemplum pſalterii huius, inter primos fœtus exorientis typographiæ maxime ſuſpiciendum; unde etiam bibliothecæ regiæ *Pariſienſi* inferendum duxit, ipſi Regi dono præſentatum. Cum vero me reſciret hiſtoriam muſicæ ſacræ meditari, hæc mei cauſa ectypa notarum muſicarum adumbrari curavit. Rem non ſatis examinaſſe oportet virum aliis ſtudiis detentum, ut animadverteret, meque moneret, notas ipſas non ſimul cum pſalterio typis impreſſas, ſed poſtea manu adpictas fuiſſe. Id, ut dixi, diu me perplexum habuit. Cernebam quippe in tanto numero librorum ad cantum eccleſiaſticum in ſacrificio miſſæ, & aliis divini officii partibus pertinentium, per integrum fere ab exorta typographia ſæculum ſemper ſpatium relictum, ut ſuppleri poſſent manu exaratæ notæ muſicæ. Accidit demum, ut aliud exemplum eiusdem pſalterii an. 1457. impreſſi offenderem, luſtraremque in monaſterio *Rothenſi*, *Præmonſtratenſium* in *Suevia*, atque animadverterem aliam omnino notarum formam in illo exemplo, me vero falſum fuiſſe, ac alios etiam edito hoc opere in errorem inducturum, obtruſo illo notarum muſicarum ſchemate pro primigenio exorientis typographiæ partu, uti accidit in *Itinere* meo *Alemannico*, errore ex prima in recentioribus etiam editionibus vernacula & latina relicto.

Tabulaturæ explicatio, ac ſpecimen.

XV. Mentio etiam aliqua iniicienda eſt Tabulaturæ, quo nomine olim univerſus ſignorum, notarumque muſicarum apparatus, ac ſtructura veniebant; nunc vero ſingulare notandi genus eſt per litteras ac lineas, quo utimur in inſtrumentis enchordis, quæ digitis tractantur. Huc referenda exiſtimo, quæ KIRCHERUS in Muſurgia de *Hier.* CAPSERGERO, *Germano*, refert, introduxiſſe eum veram *tum ſonandi, tum intabulandi, ut barbare loquar, rationem.* *Ioan.* WALTER in *Lexico muſico* diſtinguit *Italicam* a *Germanica*, cuius etiam ſigna æri inciſa Tab. XXI. n. 2. & 3. exhibet, ductus nempe lineolarum quarundum, quibus valor notarum, pauſarum &c. deſignatur, ad uſum clavichordi, ſeu etiam organi: cui proximis ſæculis aptabant egregie concinnata meletemata ſine baſſo, quem vocamus, continuo. Proſtant eam in rem libri impreſſi, quibus totum explicatur, atque etiam exemplis exhibetur artificium. Eius generis unum ſaltem ſpecimen damus ORLANDI *de Laſſo* ex manuſcripto.

L. VII. c. 5. p. 586.

Tab. XXII.

CAP. III.

ΕΚ ΚΑ ΜΑΡΙȢ

ΤΩΚΑΙΡΩΕΚΕΙΝΩ ΕΞΕΛ
ΘΩΝ Ο ΙϹ ΕΚ ΤΩΝ
ΟΡΙΩΝ ΤΥΡΟΥ ΚΑΙ
ϹΙΔΩΝΟϹ ΗΛΘΕ
ΠΡΟϹ ΤΗΝ ΘΑΛΑϹ
ϹΑΝ ΤΗϹ ΓΑΛΙΛΑΙΑϹ
ΑΝΑ ΜΕϹΟΝ ΤΩΝ
ΟΡΙΩΝ ΔΕΚΑΠΟΛΕ
ΩϹ + ΚΑΙ ΦΕΡΟΥϹΙ
ΑΥΤΟΝ ΚΩΦΟΝ ΜΟΓ
ΙΛΑΛΟΝ ΚΑΙ ΠΑΡΑ
ΚΑΛΟΥϹΙΝ ΑΥΤΟΝ
ΙΝΑ ΕΠΙΘΗ ΑΥΤΩ
ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ + ΚΑΙ Α
ΠΟΛΑΒΟΜΕΝΟϹ ΑΥ
ΤΟΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΟΧΛȢ
ΚΑΤ ΙΔΙΑΝ ΕΒΑΛΕ
ΤΟΥϹ ΔΑΚΤΥΛΟΥϹ
ΑΥΤΟΥ ΕΙϹ ΤΑ ΩΤΑ
ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΠΤΥϹΑϹ
ΗΨΑΤΟ ΤΗϹ ΓΛΩϹ
ϹΗϹ ΑΥΤΟΥ + ΚΑΙ Ε
ΛΑΛΕΙ ΟΡΘΩϹ + ΚΑΙ
ΔΙΕϹΤΕΙΛΑΤΟ ΑΥΤΟΙϹ
ΙΝΑ ΜΗΔΕΝΙ ΕΙΠΩ
ϹΙΝ + ΟϹΟΝ ΔΕ ΑΥΤΟϹ
ΑΥΤΟΙϹ ΔΙΕϹΤΕΛ
ΛΕΤΟ ΜΑΛΛΟΝ ΠΕ
ΡΙϹϹΟΤΕΡΟΝ Ε
ΚΗΡΥϹϹΟΝ ΚΑΙ Υ
ΠΕΡΠΕΡΙϹϹΟϹ Ε
ΞΕΠΛΗϹϹΟΝΤΟ +
ΛΕΓΩΝΤΕϹ ΚΑΛΩϹ
ΠΑΝΤΑ ΠΕΠΟΙΗΚΕ
ΚΑΙ ΤΟΥϹ ΚΩΦΟΥ
ΠΟΙΕΙ ΑΚΟΥΕΙΝ Κ
ΤΟΥϹ ΑΛΑΛΟΥϹ ΛΑ
ΛΕΙΝ :

ΚΑΙΧΩΡΙϹ
ΑΥΤΟΥΕΓΕ
ΝΕΤΟΟΥ
ΔΕΕΝ Ο
ΓΕΓΟΝΕΝ
ΕΝΑΥΤΩΖΩ
ΗΗΝ ΚΑΙΗ
ΖΩΗΗΝΤ
ΦΩϹΤΩ
ΑΝΩΝ + ΚΑΙ
ΤΟΦΩϹ


ΕΝΤΗϹΚΟ
ΤΙΑΦΑΙΝΕΙ
ΚΑΙΗϹΚΟΤ
ΑΥΤΟΟΥΚ
ΤΕΛΑΒΕΝ +
ΕΓΕΝΕΤΟ
ΑΝΘϹ ΑΠΕ
ΤΑΛΜΕΝΟ
ΠΑΡΑΘΥ
ΟΝΟΜΑΑΥ
ΤΩΙΩΑΝ

ΒΙΒΛΟϹ ΓΕΝΕϹΕΩϹ ΙΥ ΧΥ
ΥΙΟΥ ΔΑΔ ΥΙΟΥ ΑΒΡΑΑΜ·
ΑΒΡΑΑΜ ΕΓΕΝΝΗϹΕΝ ΤΟΝ
ΙϹΑΑΚ· ΙϹΑΑΚ ΔΕ ΕΓΕΝ
ΝΗϹΕΝ ΤΟΝ ΙΑΚΩΒ· ΙΑ
ΚΩΒ ΔΕ ΕΓΕΝΝΗϹΕΝ ΤΟΝ ΙΟΥ
ΔΑΝ ΚΑΙ ΤΟΥϹ ΑΔΕΛΦΟΥϹ ΑΥΤΟΥ·
ΙΟΥΔΑϹ ΔΕ ΕΓΕΝΝΗϹΕΝ ΤΟΝ ΦΑ
ΡΕϹ ΚΑΙ ΤΟΝ ΖΑΡΑ ΕΚ ΤΗϹ ΘΑΜΑΡ·
ΦΑΡΕϹ ΔΕ ΕΓΕΝΝΗϹΕΝ ΤΟΝ ΕϹ

ΗΚΟΛΟΥΘΗΣΑΝ ΔΕ
ΑΥΤΩ ΚΑΙ ΟΙ ΜΑ
ΘΗΤΑΙ ΑΥΤΟΥ
ΕΚ ΚΑ ΙΩ
ΤΩ ΚΑΙΡΩ ΕΚΕΙΝΩ
ΕΙΔΩΣ Ο ΙΣ ΟΤΙ ΠΑ
ΤΑ ΔΕΔΩΚΕΝ ΑΥ
ΤΩ Ο ΠΗΡ ΕΙΣ ΤΑΣ
ΧΕΙΡΑΣ· ΚΑΙ ΟΤΙ Α
ΠΟ ΘΥ ΕΞΗΛΘΕΝ
ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΝ
ΥΠΑΓΕΙ ΕΓΕΙΡΕ

ΤΑΙ ΕΚ ΤΟΥ ΔΕΙΠΝΟΥ
ΚΑΙ ΤΙΘΗΣΙ ΤΑ Ι
ΜΑΤΙΑ· ΚΑΙ ΛΑ
ΒΩΝ ΛΕΝΤΙΟΝ ΔΙΕ
ΖΩΣΕΝ ΕΑΥΤΟΝ
ΕΙΤΑ ΒΑΛΛΕΙ ΥΔΩΡ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΝΙΠΤΗ
ΡΑ· ΚΑΙ ΗΡΞΑΤΟ
ΝΙΠΤΕΙΝ ΤΟΥΣ


Ex Cod. Veneto Camaldulensium.




ε τῆς σαμαρίτιδος· ἰω. δ· τῷ καιρῷ ἐ-
κείνῳ· ἔρχεται ὁ ἰς

ἀπῆλθεν εἰς τὴν γαλιλαίαν. ἔδει δὲ αὐτὸν
διέρχεσθαι διὰ τῆς σαμαρείας. ἔρχεται οὖν
εἰς πόλιν τῆς σαμαρείας λεγομένην
συχάρ· πλησίον τοῦ χωρίου ὃ ἔδωκεν
ἰακὼβ ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ· ἦν δὲ ἐκεῖ
πηγὴ τοῦ ἰακώβ· ὁ οὖν ἰς κεκοπια-
κὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕ-
τως ἐπὶ τῇ πηγῇ· ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη·
ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς σαμαρείας ἀντλῆ-
σαι ὕδωρ· λέγει αὐτῇ ὁ ἰς· δός μοι πι-
εῖν· οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύ-
θεισαν εἰς τὴν πόλιν ἵνα τροφὰς ἀγορά-
σωσι· λέγει οὖν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ σαμαρεῖ-
τις· πῶς σὺ ἰουδαῖος ὢν παρ' ἐμοῦ πι-
εῖν αἰτεῖς. οὔσης γυναικὸς σαμαρεί-
τιδος· οὐ γὰρ συγχρῶνται ἰουδαῖοι σαμα-
ρείταις· ἀπεκρίθη ἰς καὶ εἶπεν αὐτῇ·
εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ θῦ, καὶ τίς ἐστιν
ὁ λέγων σοι δός μοι πιεῖν. σὺ ἂν ᾔτησας
αὐτὸν καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν·
λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· κε· οὔτε ἄντλη-
μα ἔχεις· καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν


Ex cod. Sæc. X. Vindob.




Ex cod. Sæc. XI. Vindob.




Ex Cod. Sæc. XII. Vindob. *Tom. II. Tab. VII.*





Ex Cod. Sæc. XIII. Vindob.





Ex Cod. Vatic. an. 1318.




I.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.


IX.
X.
XI.
XII.
Seq. N. XII
XVII
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
Seq. XVII Supra in XI


I.
Ex Mſc. Bibliothecæ Monaſterii S. Blaſii
II.
V
VI.
III
IV.
VII.
VIII.


IX.
X.
XIII.
XIV.
XI.
XII.
XV.
XVI.
Ex. Msc. Bibl S M Durlac

NOTÆ MUSICÆ RUTHENORUM.



Scandicuſ· & ſalicꝰ· climacuſ torculꝰ. ancꝰ·

Pentafonꝰ· ſtrophicuſ· gnomo· porrectꝰ. oriſcuſ.

Virgula· cefalicꝰ· clinis· quiliſma· podatus·

Pandula· pinnoſa· gutturaliſ· tramea· centr·

Proſlambanomenon· trigon· tetradiuſ· ygon·

Pentadicon· & trigonicuſ & franculꝰ. orix·


Biſticuſ· & gradicuſ· tragicon· diatinꝰ. exon.

Ypodiꝰ· centon· agradatꝰ. atticuſ· aſtuſ·

Et preſſuſ minor & maior· n̄ pluribꝰ utar·

Neumar signiſ erraſ qui plura refingis.

Sursum corda, RP habemus ad dnm̄,
Gratias agamus dn̄o dō nostro;
RP dignū et iustū ē. Vere dignum et iustum
ē, aequum et salutare, Nos tibi semp et
ubiq: gratias agere dn̄e sc̄e pater
omps aeterne dr, p xp̄m dnm̄ nm̄,
p quem maiestatem tuam laudant an
geli adorant dominationes tremūnt
potestates; celi celorumq: uirtutes.
ac beata seraphim socia exultatione
concelebrant; cum quib: et nr̄as uoces ut
admitti iubeas deprecamur supplici
confessione dicentes:




T. II. Tab. XII.


Per om̄a ſcl̄a ſclorum R Amen. Oremus.
Preceptis ſalutarib; moniti. & diuina inſtitutione
formati audem̄ dicere.
Pater nr̄ qui es in celis. Scificet nom̄
tuum. Adueniat regnū tuū. Fiat uoluntas tua ſicut in celo
& in tra. Panem nr̄m cotidianū da nob hodie. Et dimitte
nob debita nr̄a ſicut & nos dimittim̄ debitorib; nr̄is. Et ne
nos inducas in tēptationem. Sed libera nos a malo. R Amen
P om̄a ſcl̄a ſclorū R Am. Pax dn̄i ſit
ſemper uobiſcum. R Et cū ſpu tuo. Agn̄ di qui tollis
peccata mundi miſerere nobis

25 A


Ex Mſſ. Sæc. IX et Seqq. I. ex Cod. Caſanatenſi




II. Ex rotulo Vatic.




III. Ex rotulo Barbarino



IV. Ex cod. Barbar.



V. Ex cod. Bar.



AEQVVM ET
SALUTARE · NOS TIBI SEM
per et ubique gratiaſ agere · dne ſce
pater ompſ aeterne dſ · per xpm
dnm nrm : Per quem maieſtatem
tuam laudant angeli Adorant domi
nationeſ · tremunt poteſtateſ · Caelicae
lorumque uirtuteſ · acbeata ſeraphym
ſocia exultatione concelebrant · Cum
quibuſ et noſtraſ uoceſ ut admitti iu
beaſ deprecamur · ſupplici confeſſione
dicenteſ · Scs Scs Scs dnſ dſ ſabaoht.

n. 2.
p. 62.

AD TE LEUAUI ·
ANIMAM MEAM.

deuſ meuſ inte confi do non erubeſcam neque irrideant me inimi
ci mei et enim uniuerſi qui te expectant non confun dentur ·

T. II. Tab. XV

n. 1



T. XV. n. 2.



Benedictuſ eſ domine deuſ patrum noſtrorum. Et laudabiliſ et glorioſuſ inſecula

Et benedictum nomen glorie tue qd eſ ſanctum Et laudabile et glorioſum inſecula.

Benedictuſ eſ in templo ſancto glorie tue. Et laudabiliſ et glorioſuſ inſecula.

Benedictuſ eſ ſuper thronum ſanctum regni tui. Et laudabiliſ et glorioſuſ inſecula.

Benedictuſ eſ ſuper ſceptrum diuinitatiſ tue. Et laudabiliſ et glorioſuſ inſecula.

Benedictuſ eſ qui ſedeſ ſuper cherubim intuenſ abiſſoſ. Et laudabiliſ et glorioſuſ inſecula.


Benedictuſ eſ qui ambulaſ ſuper pennaſ uentie. Et laudabiliſ et glorioſuſ inſecula.

Benedicant te omneſ angeli et ſancti tui. Laudabilem et glorioſum inſecula.


Benedicant te celi terra mare et omnia que in eiſ ſunt. Laudabilem et glorioſum inſecula.


Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Laudabili et glorioſo inſecula. Sicut erat in principio et nunc et ſemper et inſecula ſeculorum amen. Laudabili et glorioſo in ſ. Benedictuſ eſ.


Tom. II. T. XVII. n. 1.




n. 2.






Valor notaꝝ
valor notarum
tempus perfectum tempus imperfectum
mod aor in maxis
mod bor in maxis
mod aor in longis
mod bor in longis


Mays quil vous viengne aplaisanche dame enpor cas de pitey dones moy p carite de madolor
alant che Carder doulr bn amontens sius pores difetens que de mort sui edmitan che
Contratenor
Scia ps.
Tenor
Scia ps

Tom. II. T. XX.


INCIPIVNT DIFFINITIONES · OCTONORVM. AVTENTICVS
NOANNOEANE Primum querite regnum dei.
Seculorum amen.
ā Ecce nomen domini.
Seculorum amen.
ā Virgo dei genitrix.
Seculorum amen.
ā Leua hieruſalem.
Seculorum amen.
ā Regeſ tharſiſ.
Seculorum amen.
ā Diffuſa eſt gratia
Seculorum amen.
ā Venit lumen.
Secundum autem ſimile eſt huic.


Martine cõfessor patris inuicte Ad laudes.
miles filij fortis ad letha spũs nobis faue poscentibꝫ, &.
De scã
Hinnum deo vox iocũda decãtent Elizabeth.
ecclesie nam ꝯgaudet letabũda syon mater filie ascen A


Inprincipio erat
Verbum.
Orlandi.

CAPUT III.

De diſciplina cantus & muſicæ ſacræ medio eccleſiæ ævo.

I.

Mirum in modum ampliata eſt medio ævo diſciplina canendi in eccleſia, uſusque undequaque pervagatus in omnibus divini officii partibus. Lege ſancierat Iustinianus, *ut omnes clerici per ſingulas eccleſias conſtituti, per ſeipſos pſallant nocturna & matutina & veſpertina, nec ex ſola eccleſiaſticarum rerum conſumtione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa liturgiam Domini Dei.* Quanta huius rei cura fuerit regum ac Imperatorum *Francorum*, *Carolingorum* imprimis, pluribus expoſuimus de Carolo M. præcipue, qui an. 806. *Noviomagi* capitulum ediderat, ut miſſi Dominici, qui ex utroque ordine erant, *per ſingulas civitates, monaſteria virorum ac puellarum inquirant de ornamentis eccleſiarum, an refecta ſint, & de converſatione ſingulorum, & de lectione & cantu, an eo modo ſerventur, quo præcedenti capitulari ſancitum eſt.* De quo ſupra. In libello de eccleſiaſticis diſciplinis a Reginone iuſſu Rathbodi *Trevirenſis* collecto, qui continet capita inquiſitionis, *de his, quæ epiſcopus, vel eius miniſtri, in ſuo diſtrictu vel territorio inquirere debeant per vicos, pagos, atque parochias ſuæ diœceſeos* id inter alia notatur: *Si cantum nocturnum atque diurnum noverit.*

Cantus medio ævo ubique frequentatus.

Lib. I. Cod. tit. 3. de epiſc. & cler. §. 10.

T. II. Conc. Germ. p. 441.

Neque vero ad ſolas horas canonicas hæc ſunt reſtringenda, ad alias quasque divini officii partes ſeſe diffudit cantus ac muſica eccleſiaſtica. „Hæc ergo diſciplina (ſunt verba Rhabani *Mauri*) tam nobilis eſt, tamque utilis, ut, qui ea caruerit, eccleſiaſticum officium congrue implere „non poſſit. Quidquid enim in lectionibus decenter pronuntiatur, ac „quidquid de pſalmis ſuaviter in eccleſia modulatur, huius diſciplinæ ſci„entia ita temperatur: & non ſolum per hanc legimus, & pſallimus in „eccleſia, imo omne ſervitium Dei rite implemus.„ Ut paſſim ſuis locis indigitavimus, data quavis occaſione cantus religioſus non ſolum in

De Inſtitutione Cleric. lib. III. c. 24.

eccleſia, ſed aliis etiam conventibus, cœtibusque eccleſiaſticis reſonuit, *iucundis vocibus*, ut habet auctor chronici *Halberſtadenſis* apud LEIBNITIUM, dum reditum epiſcopi *Roma* cum ſacris reliquiis commemorat. Cuiusmodi alia exempla complura recenſuimus T. I. pag. 547. &c. acclamationum, cantuumque extra ſtata ſacra congregatis populis, clericis, aut hierarchis, etiam in ſuis ſynodis, pro quibus præſcripta erat prolixior quoque pſalmodia, uti legere eſt in BURCHARDI decretorum lib. I. *Quomodo initianda ſit ſynodus.* Prætereo monaſticos cœtus iam inter clerum ſuſceptos, ac regale ſacerdotium, atque adeo labore manuum exemtos, cuius in locum omnis generis officia pſalmodiæ, ac cantus ad exceſſum usque ſunt ſubſtituta; & utinam ſemper ea diſtributio fuiſſet obſervata, quæ in aureo de Imitatione Chriſti libello præſcribitur: *Scribe, lege, canta, geme, tace, ora*, non ſolum apud monaſticos cœtus, ſed etiam apud canonicos tum collegialium, cum cathedralium eccleſiarum, in quibus perinde ſæpe frequentior cantus aliorum etiam, præter canonicum, officiorum increbuit. In concilio *Andegavenſi* an. 1365. ſtatutum legimus, *quod in ſingulis eccleſis metropolitanis, cathedralibus, regularibus, collegiatis matutinæ, & aliæ horæ de beata* MARIA, *ſingulis diebus ſolemniter decantentur &c.* niſi videatur ſolemnis etiam decantatio pro ſimplici recitatione ſumi poſſe, prout non raro hoc medio ævo voces *cantare, decantare* accipi obſervavimus. Sic NOTKERUS, teſte ECKEHARDO *iuniore* cœnobita *S. Galli* c. 3. *de caſibus monaſterii S. Galli*, viſione beatus ſurgens, inque eccleſiam nocte rediens *Te Deum laudamus præ gaudio flens ſilenter cantavit.* In vita S. CLARI abbatis *Viennenſis* ſeu narratione de eius obitu circa an. 660. res explicatur his verbis: *Imminenti hora exitus ſui pſalterium decantare, id eſt, recitare, cœpit cum fratribus.* De pſalmodia in hoc vitæ articulo diximus tomo ſuperiore p. 553. quod etiam moribundi haud raro eam ſint proſecuti. a)

T. II. Script. rer. Brunsvic. p. 146.

T. III. conc. Germ. p. 13.

Lib. III. c. 47.

T. XI. Conc. ed. Labb. P. II. p. 1946.

Apud Goldaſt. rer. Alem. T. I. P. I. p. 28.

T. I. Annal. Bened. p. 458.

a) S. HILARIUS *Arelatenſis* (de quo iam memoravimus, eum *cum pſalmorum modulatione flumina lacrymarum* iunxiſſe) teſte HONORATO *Maſſilienſi* c. 21. vitæ: *Cumque pſalmorum ſolita officia auctoris in laudibus alacer cœpiſſet offerre, iam rediens atque commigrans, inquit: voces ſanctæ, voces, quæ ad aures pervenitis auctoris, me quoque Domino commendate.* S. GREGORIUS M. lib. IV. dial. c. 10. de egreſſu animæ SPEI abbatis agens poſt ſumtum ſacramentum Dominici corporis & ſanguinis, *moxque*, addit, *cum eis* (fratribus) *myſticos pſalmorum cantus exorſus eſt. Qui, illis pſallentibus, orationi intentus animam reddidit.* Et c. 14. de tranſitu SERVULI paralytici: *cumque iam ſe morti proximum agnoviſſet, peregrinos viros, atque in hoſpitalitatem ſuſceptos admonuit, ut ſurgerent, & cum eo pſalmos pro exſpectatione ſui exitus decantarent. Cumque cum eis & ipſe moriens pſalleret, voces pſallentium repente compeſcuit, cum terrore magni clamoris dicens: Tacete, numquid non auditis, quantæ reſonent laudes in cœlis?* Vid. HERBINIUS de cryptis *Kyovienſibus* p. 48. & T. I. p. 151.

II. Primi, qui ſacrum cantum penitus reiecerunt, hoc medio ævo, ſurculi erant ac proluvies *Manichæorum*, quibus ipſis iam S. Augustinus vehementi & acri dolore indignabatur, & miſerabatur eos rurſus, *quod illa ſacramenta, illa medicamenta neſcirent, & inſanirent adverſus antidotum, quo ſani eſſe potuiſſent.* Ut lib. IX. *Confeſſ.* loquentem iam induximus. Eadem auctoritate Thomas *Waldenſis* inceſſit Wicleffum, qui ſacerdotes Dei laudes cantantes non dubitavit ſacerdotes Baal vocare. Alios iam T. I. p. 245. ſocios aut diſcipulos nominavimus illorum *Manichæorum*, quos acriter perſtringit concilium *Atrebatenſe* an. 1025. cap. XII. *De pſallendi officio, eos immundo ſpiritu agitari, & de gremio ſanctæ eccleſiæ exterminandos, qui hoc pſallendi officium iudicant nequaquam ad cultum divinum pertinere.*

Damnatis ſacri cantus hoſtibus.

T. III. tit. II. c.16.&c.

T. III. conc. Germ. p. 91.

III. Viſum eſt Patribus conc. *Valentini* an. 855. *ut ſcholis tam divinæ quam humanæ litterarum, nec non & eccleſiaſticæ cantilenæ, iuxta exemplum prædeceſſorum noſtrorum, aliquid inter nos tractetur, & ſi poteſt fieri, ſtatuatur atque ordinetur: quia ex huius ſtudii longa intermiſſione, pleraque eccleſiarum Dei loca & ignorantia fidei & totius ſcientiæ inopia invaſit. Placet*, acclamatum eſt, *firmatum.* Eandem Walafridus *Strabo* in libro *de rebus eccleſiaſticis* cap. 25. negligentiam ſæculis a ſua ætate proxime ſuperioribus, ſeptimo nimirum & octavo, videtur notare: *ut*, inquit, *de noviſſimis pene Romanorum præſulibus, & qui nec ducentis annis noſtra tempora præceſſerunt, quaſi memorabile quiddam & ſingulare ſcribatur, ſiqui eorum in rebus prædictis eminentiores cæteris viderentur.* Hormisdam nominat, qui *clerum compoſuit, & pſalmis erudivit;* Leonem item II. eiusque ſucceſſorem Benedictum, itemque Sergium, qui *pſalmodia & cantilenæ ſcientia floruiſſe dicuntur.* Unde deinde ſub Pipino, Carolo M. & Ludovico *Pio* magiſterio *Romanæ* ſedis non ſolum diſciplina canendi, ut ſupra memoravimus, ad nos pervenit; verum etiam ſcientia muſica efflorеſcere in ſcholis cœpit, inter mathematicas ſcientias, ſeu quadrivio, quod complectebatur arithmeticam, geometriam, muſicam & aſtronomiam, maxime exculta. Qua ratione Ioannem *Fuldenſem* monachum, Rhabani *Mauri* diſcipulum, poetam & muſicum inſignem, laudari exiſtimo, quod *artificialem cantum in eccleſia apud Germanos primus varia modulatione compoſuerit.*

Auctoque ſtudio ſcientiæ muſicæ,

*T. VIII. Conc. ed. Labb. c.*18. *p.* 142.

Apud Bolland. T. I. Febr. ad diem 4.

Caput ſeptimum muſicæ diſciplinæ Aureliani *Reomenſis* coævi inſcribitur: *Quid ſit inter muſicum & cantorem*, & ſic incipit: „Tantum „inter muſicum diſtat & cantorem, quantum inter grammaticum & ſim„plicem lectorem, & quantum inter corporale artificium & rationem.

„Etenim artificium corporale, quaſi ſerviens famulatur, ratio vero quaſi „domina imperat: quia niſi a ratione vegetetur opus, manus operantis „inaniter laborant &c.“ Et paullo poſt: „Is vero eſt muſicus, qui ra„tione perpenſa canendi ſcientiam non ſervitio operis, ſed imperio aſ„ſumpſit ſpeculationis.“ Guido *Aretinus* rhythmos in antiphonarii ſui prologum ſic auſpicatur ſarcaſtice ſatis:

Muſicorum & cantorum magna eſt diſtantia,
Iſti dicunt, illi ſciunt, quæ componit muſica.
Nam qui facit, quod non ſapit, definitur beſtia.
Cæterum tonantis vocis ſi ludent (al. laudent) *acumina,*
Superabit philomela, vel vocalis aſina.
Quare eis eſſe ſuum tollit dialectica.
Hac de cauſa ruſticorum multitudo plurima,
Donec fruſtra vivit, mira laborat inſania
Dum ſine magiſtro nulla diſcitur antiphona.

Neque vero hæc de illa canendi diſciplina tantum, quam practicam dicimus, accipienda ſunt, de qua in concilio *Aquisgranenſi* an. 816. can. 133. ad mentem S. P. Benedicti in ſua regula: *Qui vero hæc docte peragere nequeunt, erudiantur prius a magiſtris: & inſtructi hæc adimplere ſtudeant, ut audientes ædificent.* Muſica tunc temporis non inter practicas tantum, ſed & theoreticas diſciplinas primas inter cenſebatur, plurimum exculta. Vitæ S. Meinwerci epiſcopi *Padernbornenſis* auctor ſtudia publica, quæ floruerint, commemorans, primum locum muſicæ tribuit: „Quando ibi muſici fuerunt & dialectici, enituerunt rhetorici, clarique „grammatici: quando magiſtri artium exercebant trivium, quibus omne „ſtudium erat circa quadrivium: ubi mathematici claruerunt & aſtronomi, „habebantur phyſici atque geometrici: viguit Horatius, magnus & Vir„gilius, Crispus ac Sallustius, & *Urbanus* Statius: ludusque fuit om„nibus inſudare verſibus, & dictaminibus, iocundisque cantibus.“ Mabillonius in Annal. *Bened.* ad an. 1095. meminit Lamberti abbatis *Sithienſis*, qui in monaſterio a puero illic regulariter educatus, ad varia *Galliarum* auditoria ſtudiorum cauſa miſſus: poſt reditum puerorum factus magiſter, eos in grammatica, philoſophia, & theologia, nec non in muſica erudivit. Si P. *Magn.* Ziegelbaur credimus, muſices ſæc. XI. tanta fuit auctoritas & exiſtimatio, ut nemo ſcholaſtici ſive profeſſoris philoſophiæ & theologiæ munus ſuſcipere poſſet, qui ea non eſſet exercitatiſſimus: qui vero in illa arte pollerent, inter conſummatæ eruditionis philo-

T. I. Conc. German. p. 508.

Apud Leibniz. ſcript. rer. Brunſwicenſ. T. I. p. 546.

T. V. p. 354.

Hiſtoriæ litterariæ O. S. Bened. P. II. c. 3. *ſect. VI.* p. 342.

philoſophos numerarentur. Quæ huius rei ad noſtrum inſtitutum faciunt, iam prælibavimus ſupra, ampliusque prodent ſcriptores de re muſica aliquando, ſi Deo placuerit, edendi.

IV. Suapte autem quivis intelligit, non promiſcue omnes, qui cantui eccleſiaſtico fuerunt addicti, muſicam theoreticam illam profeſſos fuiſſe, aut etiam a magiſtris fuiſſe edoctos; prima imprimis puerorum inſtitutione, qui media hac ætate in omnibus tum cathedralibus & collegialibus, cum etiam monaſticis cœtibus & eccleſiis in cantu inſtructi ſtabant: prout DOMNIZO deſcribit in vita celebris MATHILDIS comitiſſæ, BONIFACII ducis *Thuſciæ* filiæ, de ipſo hoc BONIFACIO, fratre THEOBALDI abbatis *Aretini*, tempore GUIDONIS, ſic effatus: Inſtitutio cantus a prima iuventute: paullatim remiſſior. *Apud Leibniz l. c. p. 654. n. XV.*

Scilicet aſſiſtens ad opus divum bonus ipſe,
Stabat in excelſo ſolio, non corde ſuperbo;
Aſpiciensque chorum, facies vidit puerorum
In terra pronas, pſallentes dulciter horas,
De quibus admirans, ita cur ſtant, ſeque regirant;
A monachis didicit, ſemper quod ſtant ita fixi.
Hoc non oblitus iocundus dux & opimus
Ire ſuper tectum clam templi fecit honeſtum
Quemdam quippe virum cum numis, vult quia mirum
Ipſe videre, decem libras vir iactat ab æde,
In medioque choro ſtrepitus ſonat, & puerorum,
Quorum palpebræ penitus nec ſic patuere,
Aſpexit numum, tetigit non ullus & unum.

Paullatim vero ingens illud muſices ſtudium deferbuit. Quam in rem iam retulimus, quid HUMBERTUS miniſter generalis Ord. *Prædic.* anno 1274. ad concilium *Lugdunenſe* tractandum retulerit: *Quod in omnibus eccleſiis ars cantus melius doceretur & diſceretur.* Deplorandus fuerit, neceſſe eſt, ſtatus eccleſiæ *Cypri* ſequenti ſæculo, ut ex iis palam fit, quæ PETRUS *Ruthenenſis* epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus in ſynodo *Nicoſienſi* an. 1313. ſtatuit: „Item quod omnes clerici addiſcant expedite legere, qui neſciunt & cantare, nec non grammaticæ facultatem: ut ſciant „& intelligant ſaltem ad litteram groſſo modo illa, quæ dicunt in eccleſia & audiunt ad differentiam laicorum: ne ſacerdos fiat ut populus „ſculptæ imaginis idiota.“ Aliam chordam eodem ſæculo GUILIELMUS *T. I. p. 287.* *T. XI. conc. ed. Labb. p. 2419.*

a *Pariſienſis* tetigit: a) „Heu (inquit) quod ὄνυς πρὸς λύραν & aſinos inſenſibiles habet hodie ſanctus DAVID, immo Spiritus ſanctus, qui nihil prorſus ſpiritualis armoniæ ibi ſentiunt, nihil de iis, quæ per pſalmos Spiritus ſanctus omnibus loquitur, intelligunt, vel etiam cogitant.“

Certæ leges, regulæ ac diſciplina muſica.

V. Quamdiu vero vetus illa a *Græcis* exculta obtinuit muſicæ diſciplina, certis fixisque legibus conſtabat (non ut poſtea, ac hodie præprimis, tot mutationibus obnoxia) quod ſacros ac religioſos huius diſciplinæ uſus cumprimis decet. *Canonicam* hinc *a rectitudine* nominatam T. I. p. 201. notavimus, ad amuſſim mathematicam exactam, non a canone inſtrumento, quod obſervat *Thom.* STANLEIUS in *Hiſt. Philoſ.* pag. 731. ut nonnullis viſum: ſed a rectitudine, quoniam ratio rectum invenit, harmonicis canonibus, ſeu regulis uſa. Pars quædam geometriæ, ait *A.* GELLIUS, ὀπτικὴ appellatur, quæ ad oculos pertinet: pars altera, quæ ad aures, κανονικὴ vocatur; qua muſici in fundamento artis ſuæ utuntur. Hinc etiam νόμοι, ſeu leges muſicæ ſunt, ad quas omnia ſcrupuloſe exigebantur, quasque nefas erat immutare. In marmoribus *Oxonienſibus*, ſeu chronico marmoreo occurrit id nomen ad rem. b)

Lib. XVI. Noct. Attic. c. 18.

b MEIBOMIUS & WALLISIUS haud dubie experti fuerunt tædium illud in recenſendis, edendisque ſcriptoribus græcis de re muſica, quod mihi obortum eſt in tractandis latinis, ad veterem muſicam eccleſiaſticam potiſſimum pertinentibus, eadem ſemper recurrente materia, iisdem regulis, utque verbo dicam, canone harmonico, ad geneſin intervallorum & conſonantiarum muſicarum, ex quibus modi octo muſici componuntur. Plura, quæ promiſcue non obverſantur, enumerat capita GUNZO, quem virum doctum OTTO M. ſæculo X. ex *Italia* acciverat, in epiſtola ad *Augienſes* fratres apud *Ed.* MARTENIUM: *In hac quippe generaliter ipſius requirendæ ſunt partes, quas* VIRGILIUS *VII. eſſe monſtrat inquiens:*

Collect. ampliſ. T. I. p. 311.

Obloquitur numerus ſeptem diſcrimina vocum.

In

a) Apud RODOTAM Comment. in epiſt. encyclicam BENEDICTI XIV. de anno iubilæo, de cultu templorum, de cantu & muſica eccleſiaſtica. p. 46.

b) Νόμων autem muſicorum (inquit SELDENUS Comment. ſeu Not. hiſtor. ad chron. *Marmor.* p. 121.) notio, plerumque duplex eſt; altera ex altera, ut fit, nata. Interdum, idque primario, præſcriptæ regulæ ſonorum, phthongorum, chordarum, τάσει ſeu intenſioni, ἄρσει, θέσει & diaſtematis, quas ultra progredi, citraque regredi non licuit, Νόμοι dicebantur. Et tum ſingula inſtrumenta muſica, tum ipſæ cantiones ſuos habebant præſcriptos Nomos, quorum unicuique erat οἰκεῖα τάσις, ſeu intenſio propria, ut docet PLUTARCHUS. Citharæ præſcripti νόμοι κιθαρῳδικοὶ dicti, tibiis αὐλῳδικοί. Ita νόμοι λυρικοί. Et muſica inde legitima erat, de qua re vide BOETII Initium, ATHENÆUM lib. 14. PLUTARCHUM libro de Muſica. Atque huiusmodi Nomorum auctores præcipui dicuntur, qui chordas & tonos adiiciebant.

In cuius brevitate carminis totius armoniæ gravitas continetur; quæritur etiam in hac quid infinitate terminet vocum, quis motus ſit audiendi, quot ſymphoniæ, & quæ prima dici queat, qualiter Plato *conſonantiam dici putet, quæ voces ſtantes, quæve ſiut mobiles, utrum inſuper partientibus numeris conſonantiæ poſſint reperiri; namque illud prætereundum videtur, utrum acumen & gravitas, ex quibus voces conſiſtunt, in qualitate melius conſtare aut quantitate dicantur, continuæ autem diſgregatæ voces armoniæ melius conveniant, utrum omne iudicium ſonorum auribus dandum ſit an rationi, ratio metrorum quantum in muſica valeat, emitonii diverſitas qualiter conſtet, quomodo ex ſupra dictis quindecim troporum varietas conformetur.*"

VI. Quindecim tropos ſeu modos muſicos etiam Cassiodorus ſtatuit, in epiſtola ad Boetium (qui muſicam *Latio* intuliſſe dici poteſt) nomine Theodorici regis ſcripta, quæ eſt quadrageſima libri II. totidem enumerat de artibus & diſciplinis liberalium litterarum, cap. V. *de Muſica*; ſed tot uſu eccleſiaſtico conſecratos nuſpiam reperi. *Centuriatores Magdeburgenſes* perhibent, qua fide ſeu auctoritate, me latet, *Gregorianos* muſicos præter Dorium & Phrygium nullum in templa prius admiſiſſe modum; Carolum autem M. animadvertentem, ſcripturæ quædam carminibus apta verba convenire tropis quoque cæteris, veluti Hypodorio, Hypophrygio & Hypolydio, arte iſtos etiam, ſicuti & alios, in tonos octo commutatos introduxiſſe. At vero Aurelianus *Reomenſis* Carolum M. quatuor tonos octo illis, qui ab antiquis *Græcis* ſunt aſſumti, addidiſſe teſtatur. „Extitere etenim nonnulli, ſcribit c. VIII. *Diſciplinæ muſicæ*, cantores, qui quasdam eſſe antiphonas, quæ nullæ earum regulæ poſſent aptari, aſſeruerunt. Unde pius Auguſtus, avus veſter Carolus, paterque totius orbis, quatuor augere iuſſit, quorum hic vocabula ſupter tenentur inſerta *ananno. noeane. nonannoeane. noeane.* Et quia gloriabantur *Græci*, ſuo ingenio octo indeptos eſſe tonos, maluit ille duodenarium adimplere numerum: tunc demum *Græci* poſſent ut nobis eſſe communes, & eorum habere contubernium philoſophiacum *Latinorum:* & ne forte inferiores invenirentur gradu, ibidemque quatuor ediderunt tonos, quorum hic præſcribere cenſui litteraturam. *Neno Teneano Noneano Annoannes.* Qui tamen toni modernis temporibus inventi tam *Latinorum* quam *Græcorum*, licet litteraturam inæqualem habeant, tamen ſemper ad priores octo eorum revertitur modulatio. Et ſicuti quit nemo VIII. partes grammaticæ adimplere diſciplinæ, ut ampliores addat partes, ita nec quisquam tonorum valet ampliare magnitudinem: quia niſi quis alterius

Certique modi muſici diatonici generis.

T. I. Opp. p. 36.

T. II. p. 557.

Centuria VIII. c. VI. p. 343.

rius fecerit generis modulationem, prorſus nec tonorum poterit maiorem reddere magnitudinem. Quamobrem non neceſſe eſt priorum monimenta linguere Patrum, & illius incurrere ſermonis (Sic) Ne transgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui: maxime cum uſque ad hoc tempus, quo hi reperti ſunt, omnis ordo tam *Romanæ*, quam *Græcæ* Eccleſiæ in antiphonis, reſponſoriis, offerendis, communionibus per hos priores decurrerit tonos."


Et ita quidem conſtanter rem inveni, apud omnes ſcriptores ac monumenta ad muſicam eccleſiaſticam ſpectantia. Niſi quis forte quatuor Parapteres, qui notantur ad calcem *de armonica inſtitutione* HUGBALDI, pro ſingularibus tonis habere velit; cum tamen potius commixtio quædam ſit tonorum: „Parapteres dicti (inquit) eoquod iter præparant deſcendendi in antiph. *Nenotenarſis* Parapter primus contingit tonum ſecundum, & intrat in verſum, ut tonus ſecundus, & finit ſicut tonus primus, ut eſt illud: *Miſerere mei Deus.* & *A delicto*, & aliæ plures: *Anos* Parapter ſecundus contingit tonum quartum, & ibi finit. Hæ ſunt antiph. *Quia mirabilia*: *Sede a dextris. Speret Iſrael. Omnis terra*, & aliæ plures. *Anage Tanenaſis* Parapter tertius contingit tonum ſeptimum, & finit in tono quarto .... Ant. *Rorate. Benedicta.* Erit ẽm *Aiau Neagies* Parapter vero quartus contingit tonum octavum, ſed non aſcendit in alteram vocem, & mediocris in ipſum finitur, & parumper inveniuntur, niſi quatuor aut quinque antiphonæ. *Nos qui vivimus. In eccleſiis. Martyres Domini. Angeli Domini. Virgines Domini.*" De exoticis eiusmodi nomenclaturis dicemus poſtea. Unus S. WILHELMUS *Hirſaugienſis* in opere ſuo de Muſica obſcure alicubi fundamentum attingere viſus eſt duodecim tonorum, quos recentiori ætate quidam ſtatuere ſunt conati; quoad uſum vero ſacrum eosdem octo tonos retinet & deſcribit laudatus S. WILHELMUS, quos cæteri ad unum omnes in genere diatonico ſyntono a *Græcis*, ut diximus, aſſumtos, eosdemque conſtanter retinent; tantum quod circa ſæculum XI. *b* tonus ſuperior dividi cœperit in quadratum & rotundum. „Quæ ambæ (inquit ODDO alius ab ODDONE *Cluniacenſi*, quem citat nominatque reverendiſſimum abbatem in Enchiridio ſeu dialogo de Muſica) pro una voce accipiuntur: & una dicitur nona prima, altera dicitur nona ſecunda, & utraque in eodem cantu regulariter non invenietur." Sic GUIDO *Aretinus* in Micrologi cap. 2. alterum heptachordum, ſeu ordinem tonorum medium deſcribens: „In quibus tamen (inquit) inter a & ♮ aliam b ponimus, quam rotundam facimus, alteram vero quadravimus ita a b ♮ c d &c." Capite octavo eiusdem micrologi cauſam huius mutationis metum tritoni, ac uſum in cantu toni

quinti


quinti deſignat his verbis: „b. vero rotundum, quia minus eſt regulare, quod adiunctum vel molle dicunt, cum F. habet concordiam, & ideo additum eſt, quia F. cum quarta a ſe ♮ tritono differente nequibat habere concordiam: utramque autem b ♮ in eadem neuma non iungas. In eodem vero cantu maxime b. molli utimur, in quo F. f. amplius continuatur gravis & acuta, ubi & quandam confuſionem & transformationem videtur facere, ut G. ſonet protum, a. deuterum, cum ipſa b. mollis ſonet tritum, unde eius a multis nec mentio facta eſt. Alterum vero ♮ in commune placuit habere. Quodſi ipſam b. mollem vis omnino non habere, neumas, in quibus ipſa eſt, ita tempera, ut pro F. G. a. & ipſa b. G. a ♮ c. Aut ſi talis eſt neuma, quæ poſt D. E. F. in elevatione vult duos tonos & ſemitonium, quod ipſa b. mollis facit; aut quæ poſt D. E. F. in depoſitione vult duos tonos, pro D. E. F. aſſume a. ♮. c. quæ eiusdem ſunt modi, & prædictas elevationes & depoſitiones regulariter habent. Huiusmodi enim elevationes & depoſitiones inter D. E. F. & a. ♮. c. clare diſcernens, confuſionem maxime contrariam tollit. “

VII. Memorabilis eſt MURATORII ſententia diſſert. XXIV. Antiquitatum *Italicarum* medii ævi: „Cantum eccleſiaſticum ſane (inquit) gravem & virilem, a GREGORII Magni tempore, imo & ante illum populus chriſtianus audivit. Sed & muſicam aliqualem chromaticam, & enharmonicam tunc in uſu fuiſſe, eruditi viri oſtenderunt. “ Nominaſſet, vellem, viros hos eruditos. In ſcriptoribus medii ævi, qui de cantu eccleſiaſtico agunt, nihil ad rem occurrit. Velut aliud agendo, idque raro, genus chromaticum & enharmonicum attingunt; neque uſpiam a quoquam applicatio aliqua eorum generum fit ad cantum ſacrum in eccleſia, qui, ut diximus, mere diatonicus fuit, quem nos planum & choralem appellamus. MARCHETUS *de Padua*, ſcriptor vergentis demum ſæculi decimi tertii, cuius *Lucidarium in arte muſicæ planæ* præ oculis habeo MS. ex bibliotheca *Ambroſiana*, tractat quidem de intervallis enharmonicis & chromaticis, ſed quæ ad rem non ſunt. Capite ſexto tractatus ſecundi de dieſi agit, quæ ſit quinta pars toni, „puta cum aliquis tonus bipartitur propter aliquam conſonantiam colorandam, ſupple tertiam, ſextam, ſive decimam tendendo ad aliquam conſonantiam, quia prima pars toni ſic diviſi, ſi per aſcenſum fit, maior eſt, & vocatur chroma, pars vero, quæ reſtat, dieſis dicitur, ut hic:

An etiam chromatici & enharmonici? *T. II. p.* 356.



Quæ nempe pertinent ad muſicam polyphonam, tunc primum magis colorari cœptam: quæ, ſiquidem nominari lubeat chromaticam, dicenda eſt chromatica ſui generis a veteri illa apud *Græcos* & *Latinos* nempe diverſa; enharmonica præſertim, cuius Marchetus duplex capite mox ſequenti ſtatuit ſemitonium, unum „quod continet duas dieſes, quo quidem utimur in plano cantu. Diatonicum vero tres continet dieſes, quo quidem non utimur in cantu plano, eoquod propter ſuam maioritatem excedet omnes conſonantiarum proportiones, diſſonantiam inde creans. Utimur enim eo in cantibus menſuratis. Huiusmodi autem ſemitonia ſic ad invicem recognoſcuntur, ſemitonium diatonicum eſt, quando fit permutatio b. rotundi in ♮. quadrum, aut econtra, propter aſcenſum & deſcenſum.



Nam ab a. aucto ad primum b. ſcilicet rotundum eſt ſemitonium enarmonicum, quod, ut prædicitur, minus eſt. A primo b. ad ſecundum ♮. ſcilicet quadratum eſt ſemitonium diatonicum, quod dicitur maius &c. "
Hæc quantum abſint a veteri illo genere enharmonico, ex ſcriptoribus *Græcis* a Meibomio & Wallisio editis palam fiet, ſimulque quantas, enharmonicum genus præſertim, in minutias intervallorum abierit, ut ob difficultatem iam quidem ante, quam in noſtra ſacra adhiberi poſſet, uſu
Lib. I. c. 4. exciderit, teſte Macrobio in ſomnium Scipionis; chromaticum autem ob ſuam molliciem apud ethnicos etiam male audiit. Quo magis nempe a diatonico abiit, præcipue chromaticum molle; nam chromaticum ſyntonum *præ reliquis magis appropinquat generibus Diatonicis, & poſt illa*

ſolet

ſolet ordine diſponi, ut loquitur Manuel *Bryennius* in Harmonicis apud Wallisium Sect. XII. *Chromaticum*, ſcribit Cicero lib. I. Quæſt. Tuſcul. *creditur repudiatum pridem fuiſſe genus, quod adoleſcentum remolleſcerent eo genere animi; Lacædemones improbaſſe feruntur.* Videtur tamen Cicero reliquias quasdam eorum generum ſua ætate agnoſcere. *Quanto molliores*, inquit, *delicatiores in cantu flexiones & falſæ voculæ, quam certæ & ſeveræ: quibus tamen non modo auſteri, ſed, ſi ſæpius fiant, multitudo ipſa reclamat.*

Opp. Math. T. III. pag. 439.

Lib. III. de orat. n. 98.

VIII. Erat veteribus ſingularis ars *phonaſcia* dicta, ac Theophrasto memorata, quæ penitus excidit; dictique *Phonaſci* formandæ vocis magiſtri. a) *Fauces dulci medicamine* non *colliniendas* caviſſe S. Hieronymum, quibus pſallendi in eccleſia officium eſt, iam Tom. I. memoravimus: quæque ex S. Isidoro alii etiam afferunt ſcriptores, antiquos *pridie, quam cantandum erat, cibis abſtinuiſſe: pſallentes tamen legumine in cauſa vocis aſſidue uſos; unde & cantores apud gentiles fabarii ſint dicti.* Apud Rhabanum *Maurum* de Inſtitutione clericorum variat lectio eiusdem ſententiæ in hæc verba: *Pallentia tantum legumina cauſa vocis ſumebant. Io. Bapt.* Donius legendus de diæta a medicis præſcripta cantoribus, aptisque adhibendis medicinis: cuiusmodi quædam ex veteri codice bibliothecæ cæſareæ *Vindobonenſis* exſcripta, *ad pectus purgandum, & vocem clarificandam, & tuſſim ſedandam electuario*, in collectione ſcriptorum de re muſica dabimus curioſis. Uſum eiuscemodi apud noſtros etiam invaluiſſe, ex illis palam fit, quæ in dialogo duorum monachorum apud *Ed.* Martenium *Ciſtercienſis Cluniacenſi* obiicit, ac vitio vertit, a nobis iam T. I. p. 318. allata. *Illæ tennulæ, & eviratæ voces, quas vos graciles vocatis, & ſucco liquericii & ſumtuoſis electuariis acuere ſoletis, quid ſunt, niſi oblectamenta aurium, contra regulæ interdictum.* A propoſito haud abeſt, quod *Io.* Gerson in doctrina pro pueris eccleſiæ *Pariſienſis* præſcribit: *Item prohibeantur a comeſtione nimia de mane, aut aliis horis, per quam impediri poſſent a conſervatione vocis ſuæ, & regulam ſobrietatis infringere.*

Cura vocis medicamine etiam præſervandæ, aut diæta.

a *pag.* 220.

De eccleſ. offic. lib. III. c. 12.

Lib. II. c. 48.

De præſtantia muſicæ veteris, T. I. p. 143.

T. IV. Opp. p. 720.

IX. Quando ob gratioſam vocem adoleſcentulos caſtrandi uſus in Occidente cœperit, nihil habeo, quod ad hoc medium ævum notem. Dubium non eſt, quin ex Oriente hæc corruptio venerit, quam in ſuis etiam improbat *Theodorus* Balsamon, ut tamen prodat contra veterem obſervantiam, communem eam ſuo tempore fuiſſe inter cantores: *Nota,*

Caſtratio vocis cauſa.

Nomocan. Tit. 1. c. 11. In can. 4. ſyn. 7.

a) Vid. *Marcellus* Donatus in Suetonii Auguſt. c. 84.

obſervat ad canonem Trullanum, *quod olim cantorum ordo non ex eunuchis ſolum, ut hodie fit, conſtituebatur, ſed ex iis, qui non erant eiusmodi.* Hinc accidit nimia, quam in *Græcis* ſchiſmaticis damnat HUMBERTUS, in evehendis eunuchis ad ordinem hierarchicum facilitas, prævaricatioque *Nicæni* canonis.

Contra muliebres voces ac choros, cantionesque ludicras, profanas &c.

X. Illecebras vocis muliebris in eccleſia ſuſpectas ſemper fuiſſe a prima ætate (niſi communi populi canentis voci iungeretur) nonnunquam iam notavimus T. I. p. 40. 317. Accidit, ut vel in eccleſia ipſa, vel circa eccleſias occaſione feſtorum in ipſo canendi genere peccaretur. Primum damnatur in concilio *Cabilonenſi* an. 650. can. 19. iam ſupra allato; alterum in Capitularibus regum *Francorum*, ac Concilio *Moguntiaco* an. 813. reprobatum legimus can. 48. his verbis: *Canticum turpe ac luxurioſum circa eccleſias agere omnino contradicimus, quod & ubique vitandum eſt.* Id certe irreligioſum eſſe ubique etiam extra ſacra, & homine chriſtiano indignum merito exiſtimatum eſt, ac damnatum præſertim in ſacerdotibus eodem anno in Concilio *Turonenſi* III. can. 7: „Ab omnibus, quæcunque ad aurium & ad oculorum pertinent illecebras, unde vigor animi emolliri poſſe credatur (quod de aliquibus generibus muſicorum, aliisque nonnullis rebus ſentiri poteſt) Dei ſacerdotes abſtinere debent: quia per aurium, oculorumque illecebras vitiorum turba ad animam ingredi ſolet. Hiſtrionum quoque turpium, & obſcœnorum inſolentias iocorum, & ipſi animo effugere, ceterisque ſacerdotibus effugienda prædicare debent."

T. VI. Conc. ed. Labb. p. 391. Lib. VI. c. 97. T. VII. Conc. Labb. ed. pag. 1251. Ibid. p. 1261.

De eo vero, quod diximus modo, præter LEONIS IV. homiliam de cura paſtorali, officioque ac munere iam T. I. p. 317. citatam, graviſſimus eſt canon Synodi *Romanæ* anni 826. trigeſimus quintus in hanc ſententiam: „Sunt quidam, & maxime mulieres, qui feſtis ac ſacris diebus atque Sanctorum natalitiis, non pro eorum, quibus debent, delectantur deſideriis advenire, ſed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo ac ducendo, ſimilitudinem paganorum peragendo, advenire procurant. Tales enim ſi cum minoribus veniunt ad eccleſiam peccatis, cum maioribus revertuntur. In tali enim facto debet unusquisque ſacerdos diligentiſſime populum admonere, ut pro ſola oratione his diebus ad eccleſiam recurrant, quia ipſi, qui talia agunt, non ſolum ſe perdunt, ſed etiam alios deprimere attendunt." Hæc ſub EUGENIO II. ita conſtituta, confirmata ſunt poſtea in altera ſynodo *Romana* ſub LEONE IV. qui præterea in laudata primum homilia *carmina diabolica, quæ nocturnis horis ſuper mortuos vulgus facere ſolet, & cachinnos quos exercet, ſub conteſtatione Dei omnipotentis* vitari vult. Quæ iisdem verbis apud REGINONEM caventur

T. VIII. Conc. Labb. ed. p. 37. Ibid. p. 112. Ibid. p. 117.

caventur in libello de eccleſiaſticis Diſciplinis. Huc etiam facit Concilii *Marciacenſis* an. 1326. canon 23. „ Firmiter duximus ſtatuendum propter multos clamores, qui ad nos ſæpe & ſæpius proveniunt, quod in exequiis in eccleſia mortuis impendendis impedimenta complura proveniunt per amicos, cognatos, aliosque domeſticos in eccleſia funere exiſtente, cantilenas, lamentationes, ululatus, & altos clamores, vociferando, emittendo, & faciendo ſonitus cum .... & aliis inſtrumentis, vel quidquid divinum officium alias impediendo: idcirco, ut non ſint in eccleſia lamentatrices, lugentes, magnis & altis clamoribus, vel quidquid aliud non faciendo propter hoc, quod divinum officium perturbetur, etſi contrarium acceptetur, ceſſetur a Divinis in dictis obſequiis, quamdiu duraverit impedimentum prædictum: & nihilominus prædicta impedientes per ordinarios alias legitime puniantur." In capitulari ſynodi circa an. 744. a S. Bonifacio habitæ *de compoſitoribus cantionum* ſic ſtatuitur: XIII. „Qui in blaſphemiam alterius cantica compoſuerit, vel qui ea cantaverit, extra ordinem iudicetur. Nam lex huiusmodi præcipit exiliari." Fuit hoc ævo medio celebratiſſima cantio *Media vita*, de qua Tom. I. pag. 561. frequenter etiam imprecandi cauſa adhibita; etſi nihil minus in ſe, quin imo ſacratiſſima Triſagii etiam contineat verba eiuscemodi: *Media vita in morte ſumus; quem quærimus adiutorem, niſi te Domine, qui pro peccatis noſtris iuſte iraſceris. Sancte Deus, Sancte fortis, ſancte & miſericors Salvator amaræ morti ne tradas nos.* T. XI Conc. ed. Labb. P. II. p. 1756. T. I. Conc. Germ. p. 55.

Nimia fuit hoc medio ævo licentia ex ingenio faciendi cantiones ſacras tam in Oriente, quam in Occidente. Unde haud raro acerbiſſimæ ortæ ſunt controverſiæ ac bella, ut antiquius quidem habetur de ipſius *Triſagii* additione exemplum. Quo tamen non obſtante magis ſibi indulſerunt *Græci* melodi in componendis ſuo marte tropariis. Quin celebrem illum Theophylactum patriarcham *Cpolitanum* culpat *Georgius* Cedrenus in ſua hiſtoria, quod ſæcularia cantica in eccleſiam introduxerit. In capitulari Ahytonis *Baſileenſis* apud nos epiſcopi ſtatuitur decimo nono, *ut aliud in eccleſia non legatur, aut cantetur, niſi ea, quæ auctoritatis divinæ ſunt, & Patrum orthodoxorum ſanxit auctoritas.* Cap. 9. T. II. Conc. Germ. p. 19.

Severam ſe imprimis in hac re contra prævaricatores exhibuit eodem ſæculo nono *Lugdunenſis* eccleſia, eiusque antiſtes Agobardus de correctione antiphonarii, contra Amalarium, antea chorepiſcopum *Lugdunenſem*; ut conſtat ex epiſtola Flori adverſus eundem Amalarium, in qua de eius antiphonario: *Protulit quoque*, inquit, *antiphonarium, vel-* Ibid. p. 68.

ut a ſe digeſtum, atque correptum: cui talia ex ſuo ſenſu inſeruit, ut pro eius impudenti audacia frons legentis pudore ac rubore feriatur. Ubi etiam graviter invehitur in ſcenicas modulationes, theatralesque ſonos in eccleſiiis perſtrepentes. Quibus tamen haud obſtantibus in peius ſemper res abiit, immutata poſtea muſica, uti ſua ætate, ſæculo nimirum duodecimo, corruptam vehementer inceſſit Io. *Sarisberienſis*, ac perſtringit muſicam diſciplinam ad Dei laudem inſtitutam. „Hic eſt enim (inquit) uſus muſicæ aut ſolus, aut præcipuus. *Phrygius* vero modus, & cætera corruptionis lenocinia ſanæ inſtitutionis non habent uſum, ſed produnt malitiam abutentis. Dolet igitur & ingemiſcit ſpecies laudabilis diſciplinæ, ſe ab alieno vitio deformari, & quod facies meretricis facta eſt ei, quæ viriles quoque animos accendere conſueverat ad virtutem. Amatoria bucolicorum apud viros graves eſſe, fuerat criminis; nunc vero laudi ducitur, ſi videas graviores amatoria, quæ ab ipſis dicuntur elegantius ſtulticinia, perſonare. Ipſum quoque cultum religionis inceſtat, quod ante conſpectum Domini, in ipſis penetralibus ſanctuarii, laſcivientis vocis luxu, quadam oſtentatione ſui, muliebribus modis notularum, articulorumque cæſuris, ſtupentes animulas, emollire nituntur."

Num. 12.

Lib. I. de nugis curialium c. 6.

Laudat poſtea quemdam venerabilem virum, circiter ſeptingentarum monialium patrem, qui hanc monaſteriis ſuis præſcripſerit legem: „Ut omnia earum cantica, totius melicæ pronuntiationis exuant modos, & ut ſola pſalmorum & laudum ſint ſignificativa pronunciatione contentæ. Suſpecta equidem fuit ſancto viro voluptati cognata mollities, eoquod voluptas parens libidinum ſit. Quid? quod hæc ipſa quotidianorum conviviorum malitiam acuit; ac ſi venena, niſi toxicata ſint, nocere non poſſint? Igni ſtipulam addere, oleum camino, ſerpentem toxicare, nonne dementia eſt? Licet rerum vitia obtegantur velo verborum, quorum eadem ſubſtantia eſt, nulla profecto differentia eſt. Quæ apud *Græcos* coëpulationis aut compotationis cenſentur nomine, convivia nominantur. Cœtus ſiquidem conviventium, quam coëpulantium aut compotantium venerabilior eſt. Convivia vero nonne per ſe ſatis inſaniunt, niſi carminibus excitentur?" Videntur alicubi tunc iam moniales ad menſam etiam muſicis luſiſſe modis; aut certe alias ſuſpectam reddit muſicam convivalem allato etiam prophetæ Isaiæ V. 11. &c. loco, atque infelicis regis *Babiloniæ* Baltasar exemplo terret.

Pro Cantoribus præcepta.

XI. De cantorum ordine & functionibus egimus tum libro primo, quoad primam eccleſiæ ætatem p. 32. &c. cum integro capite ſecundo a

p. 290.

p. 290. libri ſecundi, parte prima T. I. quod ad medium ævum attinet. Mos inolevit hac media ætate, ut in matricula, ſeu tabula notarentur, quibus aliquid peculiare ad cantandum in eccleſia committebatur. *Quis epiſtolam, quis evangelium, quis graduale, quis invitatorium cum* VENITE *per totam cantare ſeptimanam*, ut præſcribitur in ſtatutis D. PETRI *Albanenſis* epiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati ſuper diverſis ordinationibus eccleſiæ, ſcil. *Leodienſis*: „Præterea in eadem matricula, ſeu tabula ſcribetur „ante horam Primæ, qui in craſtino reſponſoria cantare debeant, & qui „legere lectiones.“ Ex clericis etiam non indiſcriminatim admiſſi ad cantandum, ſed qui apti eſſent, ut poſtea cavetur: „Præterea, quia ſicut „intelleximus, ex multitudine clericorum paſſim chorum intrantium, di„vinum officium turbatur potius, quam iuvetur; ordinamus, ut niſi per „cantorem chorum de cætero nullus intret, exceptis clericis canonicorum, „qui cum habitu honeſto intrabunt, & tales eligantur per cantorem, qui „honeſtum habitum habeant, & in aliquo chorum iuvare ſciant. Chorus „per duos canonicos ſervetur continue, ſicut eſt in eccleſia ordinatum, & „in ſolemnibus per cantorem, & alios, ſicut fieri conſuevit.“ *T. III. Conc. Germ. p. 580. Ibid. p. 585.*

Facit huc titulus ſynodi *Tridentinæ* anni 1336. *de regimine chori in ſolempnibus & feſtivis diebus.* Ubi ſic legitur: „Inſuper nullus de infe„rioribus præbendatis reſponſoria dicere audeat, ſive ante aliquem (can„tum aliquem) incipere, niſi de licentia Manſionarii, vel alterius ipſo„rum, ſeu ebdomadarii, ſi abeſſent, vel aliorum adminiſtrorum licentia „cappitorum.“ Recte editori lectio *cappatorum*, quam in alio codice MS. reperit, præferenda videtur, qua amictus cappa ſignificatur, laudato *Du*-CANGII gloſſario, cui cappæ chorales eæ ſunt, quibus clerici vel ſacerdotes in choro utuntur. a) Aliæ ſunt hæ cappæ ab illis, quarum T. I. p. 324. &c. de veſtibus cantorum agendo meminimus. Solent etiamnum in *Gallia* nonnunquam geſtare cantores cappas, quas uſus communis pluvialia vocat, quæ olim cappis, ſeu capuciis erant inſtructa. *Ibid. T. IV. p. 641. Pag. 652.* a

Quod

a) In citatis mox ſtatutis Domini PETRI, *Albanenſis* epiſcopi talis præſcribitur habitus T. III. Conc. *Germ.* p. 579. „Superpellicium & cappam nigram choralem a feſto omnium Sanctorum uſque ad Paſcha: & a Paſcha uſque ad feſtum omnium Sanctorum ſuperpellicium ſine cappa habebunt, niſi debilitas aut infirmitas aliquem ſuper hoc excuſaret: & tunc cauſa neceſſitatis poſſent in æſtate cappas in choro portare, exceptis diebus Dominicis & feſtivis, quibus ſit omnibus habitus uniformis. Qui vero pro neceſſitate prædictis diebus Dominicis & feſtivis eſſe non poterunt ſine cappa, in ſecretario eccleſiæ, vel in aliquo loco prope altare poterunt audire Divina, dum tamen ab illis, qui erunt in choro, directe non videantur aperte.“

Quod ad medium hoc ævum attinet, eo quidem apud nos peculiaris pſalmiſtarum, ſeu cantorum ceſſavit ordinatio, prout ex concilio *Carthaginenſi* IV. in Sacramentario *Gelaſiano* legitur; ac prima etiam ætate promiſcua fuit cum lectoribus in Occidente denominatio, functioque, *ut tamen lectores in eccleſia in habitu ſæculari ornati non pſallant*, ut præſcribitur in concilio *Bracarenſi* II. an. 563. c. 11. Id deinceps adeo repeti neceſſe haud fuit, quando pſalmodiæ cantus ſemper magis magisque communis clericorum functio facta fuit, præſertim autem canonicorum; prout appellari cœperunt, hodieque nomen retinent, qui choro, ſacræque pſalmodiæ cantui præprimis ſunt addicti. Quibus CHRODEGANGUS *Metenſis* epiſcopus an. 762. ſcripſit regulam, in ea tamen peculiare caput L. *de Cantoribus*, ſic infit: „Studendum ſummopere cantoribus eſt, ne donum ſibi divinitus collatum vitiis fœdent, ſed potius illud humilitate, & ſobrietate, & caſtitate, & cæteris ſanctarum virtutum ornamentis exornent: quorum melodia animos populi circumſtantis ad memoriam, amoremque cœleſtium non ſolum ſublimitate verborum, ſed etiam ſuavitate ſonorum, quæ dicantur, erigat. Cantorem autem, ſicut traditum eſt a ſanctis Patribus, & voce & arte præclarum, illuſtremque eſſe oportet, ita ut oblectamento dulcedinis animos incitet audientium &c. Cantores itaque non propter donum ſibi collatum ſe cæteris ſuperbiendo præferant, ſed humiliter ſocios exhibeant. Et providendum eſt illis, quando temperate, quando ſubmiſſe divinum agatur officium; ſcilicet, ut ſecundum numerum clericorum, & officii qualitatem, & temporis prolixitatem tantum protendant, & voces moderentur cæterorum. Sonum etiam vocalium litterarum bene, & ornate proferant. Hi vero, qui huius artis minus capaces ſunt, donec erudiantur, melius convenit, ut ſileant, quam cantare volendo, quod neſciunt, aliorum voces diſſonare compellant.“ Palam eſt, hæc ad eos pertinere cantores, qui dirigunt in choro cantum, atque etiam extra chorum rudes in cantu erudiebant, unde ſequitur: *Conſtituantur interea ſeniores fratres, probabilioris ſcilicet vitæ, qui tempore ſtatuto viciſſim cum ſchola cantorum ſint, ne hi, qui diſcere debent, aut otio vacent, aut inanibus & ſupervacuis fabulis inſtent.*

T. I. Conc. Germ. p. 111.

Ibid. p. 510.

Ad verbum hæc repetuntur cap. 137. Concilii *Aquisgranenſis* an. 816. libro primo, qui eſt *de inſtitutione Canonicorum*, ubi mox cap. 3. de lectoribus hæc ad rem præſcribuntur: „Porro vox lectoris ſimplex erit, & „clara ad omne pronuntiationis genus accommodata, plena ſucco virili, „agreſtem, & ſubruſticum effugiens ſonum: non humilis, nec adeo „ſublimis, non fracta, non tenera, nihilque fœmineum ſonans, neque

„cum

„ cum motu corporis, ſed tantum cum gravitatis ſpecie. Auribus enim, „ & cordi conſulere debet lector, non oculis: ne potius ex ſe ipſo exſpe- „ ctatores magis, quam auditores faciat." Præfixum eſt Isidori, ut plerumque, nomen, qui lib. VII. Orig. cap. 12. ita nihilominus lectores a pſalmiſtis diſtinguit: „ Lectores a legendo, & pſalmiſtæ a pſalmis canendis vocati: illi enim prædicant populis, quid ſequantur; iſti canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium." Libro II. c. 12. *De Officiis* prolixe de pſalmiſtis agit his inter alia verbis: „ Pſalmiſtam autem & voce & arte præclarum, illuſtremque eſſe oportet, ita ut ad oblectamenta dulcedinis incitet mentes auditorum. Vox autem eius non aſpera, non rauca, non diſſonans, ſed canora erit, ſuavis, liquida, atque acuta, habens ſonum & melodiam ſanctæ religioni congruentem; non quæ traducem exclamet artem, ſed quæ chriſtianam ſimplicitatem in ipſa modulatione demonſtret; nec quæ muſica vel theatrali arte redoleat, ſed quæ compunctionem magis audientibus faciat." Eadem iisdem verbis apud Rhabanum *Maurum* leguntur, tantum quod loco *traducem exclamet artem*, rectius habeatur *tragicam &c.* Silentio prætereo alia huiusmodi cantoribus haud abs re cumulata monita, quorum proclive ſemper ad vitium habitum fuit ingenium: veluti etiam Athenæus heroicis tantum temporibus ſingulare exiſtimavit, quod frugi eſſent: *Fuit autem*, inquit, *eo ſæculo modeſtum cantorum genus, & philoſophica prorſus morum integritate.* Paſſim a noſtris vanitas cantorum in demulcendis auribus, & ſuis & alienis, inanique modulatæ vocis voluptate titillandis, eſt animadverſa: *Et ob hoc*, inquit S. Agobardus in ſuo antiphonario, *ventoſi & inflati incedunt.*

Lib. II. de Inſtit. Cleric. c. 48.

Lib. I. c. 11.

XII. Opus fuit hoc medio ævo etiam contra mimos & ioculatores cavere in cantu & muſica ſacra. In concilio *Trevirenſi* an. 1227. præcipitur: *ut omnes ſacerdotes non permittant Trutannos, & alios vagos ſcholares, aut Goliardos cantare verſus ſuper* Sanctus, & Agnus Dei, *aut alias in miſſa vel divinis officiis: quia ex hoc ſacerdos in canone quam plurimum impeditur, & ſcandalizantur homines audientes.* De vagis ſcholaribus eſt titulus concilii *Salisburgenſis* an. 1274. decimus ſextus. De *Goliardis* vero & *Trutannis* complura videſis apud *Du*-Cangium in gloſſario ad ſcriptores mediæ & infimæ latinitatis, quique illud ſupplevit, Carpentier. Bonifacio VIII. damnantur etiam ſexto Decretal. lib. III. Tit. I. c. un. de vita & honeſtate clericorum, *clerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, ſeu ioculatores, ſeu goliardos faciunt, aut bufones.* In concilio apud *Caſtrum Gonterii*, a *Turonenſi* ar-

Contra mimos & ioculatores.

T. III. Conc. Germ. p. 532.

Ib. p. 642.

T. XI. Conc. Ed. Labb. p. 442.

chiepiſcopo & ſuffraganeis an. 1231. celebrato, ſtatuitur, quod clerici *ribaldi, maxime qui Goliardi nuncupantur, per epiſcopos & alios eccleſiæ prælatos præcipiantur tonderi vel etiam radi: ita quod non remaneat in eis clericalis tonſura.*

Ludi ſacri.

XIII. Quæ de *Goliardis* modo diximus, in memoriam nobis revocant ludos ſacros varii generis, medio ævo celebrari ſolitos. Narrat Surius ad diem ſeptimum *Aprilis*, S. Albertum monachum, cum adhuc ſæcularis audiret mimum quendam, vitam & converſionem S. Theobaldi muſice decantantem, tanta repente gratia divinitus compunctum fuiſſe, ut inde cœperit magna vivere ſanctitate. In annalibus *Corbeienſibus* apud Leibnitium hæc ad an. 1265. leguntur: *Iuniores fratres in Hereſburg ſacram habuere comœdiam de* Iosepho *vendito & exaltato, quod vero reliqui ordinis noſtri Prælati male interpretati ſunt.* Edidit nihilominus P. *Bern.* Pezius ex MS. *Tegernſeenſi* ludum paſchalem *de adventu & interitu antichriſti*, in ſcena ſæculo duodecimo exhibitum, atque diſſertatione Iſagogica in ſuis itineribus ſe eiusmodi ludorum paſchalium plura deprehendiſſe exempla memorat. Inſigne ex his in codice *Clauſtro-Neoburgenſis* canoniæ quingentorum annorum notat, in quo reſurrectionis dominicæ hiſtoria pereleganti ac pio dramate proponitur. Incipit in hunc modum: „Primo producatur Pilatus cum reſponſorio: *Ingreſſus* „*Pilatus.* Et ſedeat in locum ſibi prædeterminatum. Poſt hæc. . . pon„tifices cantant *O Domine recte meminimus, quod a turba ſæpe audivi*„*mus, ſeductorem conſuetum dicere, poſt tres dies volo reſurgere.* Reſpon„det Pilatus, *ſicut mihi dictat diſcretio &c.* In fine: Et populus u„niverſus iam certificatus de Domino, cantor ſic imponit: *Chriſt der iſt* „*erſtanden &c.*" Refert porro ex vita venerabilis Wilburgis *recluſæ*, a ſe an. 1715. edita, quod, ubi „quadam nocte Dominicæ reſurrectionis, „cum in monaſterio (*Florianenſi*) ludus paſchalis tam a clero, quam a „populo ageretur, quia eidem non potuit corporaliter intereſſe, *virgo* „*Chriſti cœperit deſiderare*, ut ei Dominus aliquam ſpecialis conſolatio„nis gratiam per reſurrectionis ſuæ gaudia largiretur." Erat penes monaſterium noſtrum MS. iam ultimo eius incendio an. 1768. flammis abſumtum, in quo hiſtoria trium magorum magna celebritate ludo exhibebatur, ad quam primores vicinæ nobilitatis comitum de *Lupfen*, *Furſtenberg* &c. actores concurrebant. Paſſim quoque ad hæc uſque tempora Chriſti nativitas & paſſio agi conſuevit.

T. III. ſcript. rer. Brunſvic. p. 311.

Theſ. Anecdot. T. II. P III. pag. 1869.

Iibd. p. LII.

Erant

Erant vero medio ævo tria potiſſimum feſta proxima natali Domini, in quibus ludi agebantur diaconorum, presbyterorum, & puerorum, in feſto SS. Stephani, Ioannis *Evangeliſtæ*, & *Innocentum* (de quibus pluribus agemus in veteri Liturgia *Alemannica*) iam ab Innocentio III. anno 1210. vetiti; uti legere eſt in Decretal. Gregorii lib. III. Tit. I. *de Vita & honeſtate Clericorum* c. 12. in hæc verba: „Interdum ludi fiunt in ec„cleſiis theatrales, & non ſolum ad ludibriorum ſpectacula introdu„cuntur in eis monſtra larvarum, verum etiam in aliquibus feſtivitatibus „diaconi, presbyteri, ac ſubdiaconi inſaniæ ſuæ ludibria exercere præſu„munt." Ex concilio *Pariſienſi*, duobus poſt annis celebrato, colligitur, etiam monachos & moniales eiusmodi ludis indulſiſſe. Sic vero habet P. IV. cap. XVI. *A feſtis vero follorum, ubi baculus accipitur, omnino abſtineatur. Idem fortius monachis & monialibus prohibemus.* Videtur hic imprimis ludus indigitari, in feſto *Innocentum* fieri ſolitus, puerorum cum baculo paſtorali, ſeu pedo epiſcopali: de quo concilium *Salisburgenſe* an. 1274. hunc habet canonem 17. „Ad hæc quidam ludi no„xii, quos vulgaris elocutio *Eptus puor.* (q. Epiſcopatus puerorum) ap„pellat, in quibusdam eccleſiis exercentur adeo inſolenter, quod non„nunquam enormes culpæ & damna gravia ſubſequuntur. Ex ipſis hos „ludos in eccleſiis, & a perſonis eccleſiaſticis de cætero fieri prohibemus, „niſi forte parvi ſexdecim annorum & infra fuerint, qui huiusmodi lu„dos exercent, quibus alii ſeniores ipſis nullatenus ſe immiſceant, aut „interſint." Inſcriptio, ſeu titulus *de epiſcopis puerorum* manifeſtat, quid verborum illa contractio innuat. Habebant quippe proprium epiſcopum, chorum regebant cum proprio cantore, cui in eccleſia S. Martini *Turonenſis*, teſte *Ed.* Martenio, locum & baculum cedebat cantor presbyterorum, cum ad illum cantici *Magnificat.* verſiculum *Depoſuit potentes.* deveniſſent: chori ſedes occupantes, antiphonas & reſponſoria canebant. Neſcio an alicubi etiam, quam in *Anglia*, magis adhuc ridiculi, indecentes, importunique ludi obtinuerint, qui prohibentur in concilio *Wigornienſi* an. 1240. c. 55. *De vigiliis circa corpora defunctorum* hac ſententia: „Quod etiam idem ſtatuit in choreis, & cantilenis, ſæcula„ribus ludis, & aliis turpibus & fatuis declinandis, in vigiliis, quæ fi„unt circa corpora mortuorum, præcipimus inviolabiliter obſervari: „nec ad dictas vigilias aliqui veniant, niſi cauſa devotionis, & qui ab „huiusmodi... voluerint abſtinere."

T. XI. Conc. edit. Labb. P. I. p. 79.

Ibid. p. 1004.

De ant. eccl. diſcip. c. 13.

T. XI. Conc. ed. Labb. P. I. p. 589.

XIV. Excidit hic animo illud *Eccli* XXII. 6. *Muſica in luctu importuna narratio*, dum forte ludrica hæc ad leniendum dolorem opportuna eſſe

Effectus muſicæ, ac piarum cantionum.

eſſe putabantur. Ea tamen cauſa fuerit, quod aliquid moderatius primum indultum fuerit, donec nimium, ut plerumque fit in rebus humanis, excederetur. Semper enim mirus habitus fuit muſices effectus. „Aſſentior PLATONI (ait CICERO lib. 2. de Leg.) nihil tam facile in animos teneros, atque molles influere, quam varios canendi modos: quorum dici non poteſt, quanta ſit vis in utramque partem; namque & incitat languentes, & languefacit excitatos; & cum remittit animos, tum contrahit.“ ARISTOTELES hic aliquem *furorem divinum* agnoſcit, lib. VIII. Polit. c. 7. „Ope autem, inquit, ſacrorum cantuum videmus quosdam, cum uſi fuerint cantibus, qui vim habent animum deliniendi, ſedatos & compoſitos, tanquam nactos medicinam & purgationem.“ Ex noſtris etiam attigerunt ſtupendos, quos veteres narrant, muſices effectus, veluti CASSIODORUS lib. II. variarum epiſt. 40. BOETIUM citat *Petrus* ABAELARDUS lib. I. Theologiæ chriſtianæ, muſices vim deprædicans apud *Ed.* MARTENIUM: „Nihil quippe eſt, quod ita oblectet, & nimia ſui ſuavitate alliciat animos, ſicuti melodia. Nihil eſt ita pronum ad eos componendos, vel commovendos, vel pacandos, ut iuxta illud primi capituli *Boëtianæ* muſicæ ſcirent philoſophi, quod noſtra tota animæ corporisque compago muſica coaptione coniuncta ſit: adeo quod, ut iracundias, inſaniasque melodia ſedaret, & graviſſimarum infirmitatum dolores curari animadverterent, atque efficerent.“ Pluribus tum rem agit exemplis, quæ paſſim circumferuntur; ad nos vero nihil attinent. Unum eſt, quod ad hanc ætatem, neque tamen ad noſtrum inſtitutum, pertinet ERICI, *Daniæ* regis, exemplum, ope citharœdi in furorem acti, uti ex *Saxone Grammatico* narrat CAUSINUS, & alii paſſim.

Apud Conring. T. III. Opp. p. 716.

T. V. Theſ. novi Anecd. p. 1179. A.

Vid. Io. Bapt. Martini ſtoria della muſica. T. II. diſſ. 3.

Alii prorſus ſunt, quos habere debet cantus & muſica ſacra effectus. Gravis equidem eſt EVAGRII ſententia apud COTELERIUM: *Magnum quidem eſt ſine diſtractione orare; ſed maius eſt pſallere ſine diſtractione.* At *Qui Deum diligunt*, ſunt verba *Io.* CLIMACI ſcalæ gr. 15. *ad hilaritatem & divinam dilectionem, atque ad lacrimas, & ex mundanis, & ex ſpiritualibus canticis ac melodiis excitari ſolent; qui vero voluptatibus addicti ſunt, ſibi colligunt materiam perditionis.* Idem vero gradu 13. funeſtos acediæ effectus enumerans, *Eſt*, inquit, *pſalmodia invalida, in oratione imbecillis, in miniſterio ferrea, in opere manuum impigra, in obedientia improba.* In vita S. ANSBERTI, monachi & epiſcopi *Rothomagenſis*, legitur, eum muſicam etiam profanam ad cœleſtia erexiſſe, cum adhuc laicus in aula regis diverſa muſica inſtrumenta audiret; dicebat enim ſibi: „O bone conditor! quale erit te diligentibus canticum indeficiens in „cœleſtibus audire angelorum: quamque ſuave & delectabile Sanctorum

T. III. Monum. Eccl. Gr. p. 80.

T. VI. Bibl. PP. Colon. p. 265.

„choris

„ choris concinentibus intereſſe! ſi tantam mortalibus præbes induſtriam, „ ut peritia artis, ac ſuavitas cantilenæ provocet animos audientium, ut „ te Deum creatorem omnium devote collaudent!“ S. Bernardus de modo bene vivendi ad ſororem: „ Bonum eſt (inquit) ſemper orare Deum mente. Bonum eſt, etiam cum ſono vocis, & hymnis, & pſalmis, & canticis ſpiritualibus glorificare Deum. Sicut orationibus iuvamur, ita pſalmorum modulationibus delectamur. Uſus cantandi conſolatur triſtia corda. Cantus in eccleſia mentes hominum lætificat, faſtidioſos oblectat, pigros ſollicitat, peccatores ad lamenta invitat; nam quamvis dura ſint corda ſæcularium hominum, ſtatim ut dulcedinem pſalmorum audierint, ad amorem pietatis convertuntur. Sunt multi, qui ſuavitate pſalmorum compuncti peccata ſua lugent. Oratio tantummodo in hac vita effunditur in remiſſionem peccatorum, pſalmorum autem decantatio ſignificat perpetuam laudem Dei in æterna gaudia.“ *Multi*, inquit S. Isidorus *Hiſpalenſis*, *reperiuntur*, *qui cantus ſuavitate commoti ſua crimina plangunt*, *atque ex ea parte magis flectuntur ad lacrimas*, *ex qua pſallentis inſonuerit dulcedo ſuaviſſima . . . Cuius operis miniſterium quicunque fideliter intentaque mente exequitur*, *quodammodo angelis ſociatur.* Idem tamen alibi propter carnales in eccleſia, non propter ſpirituales, conſuetudinem eſſe inſtitutam canendi vult: *ut qui a verbis non compunguntur*, *ſuavitate modulationis moveantur . . . omnes enim affectus noſtri pro ſonorum diverſitate vel novitate*, *neſcio*, *qua occulta familiaritate excitantur magis*, *cum ſuavi & artificioſa voce cantantur.*

T. II. Opp. p. 867.

Lib. III. ſent. c. 7.

Lib. I. de offic. eccl. c. 5.

Iam meminimus S. Hilarii *Arelatenſis*, cuius in elogio Honoratus *Maſſilienſis* hæc inter alia habet: *Qui cum pſalmorum modulatione flumina lacrimarum iunxiſti.* Sic S. Adelardus abbas *Corbeienſis*, ut in eius geſtis apud Bollandum legitur, cum dulciorem muſicam inter divina officia audiret, a lacrimis ſibi temperare non poterat. Osbertus in vita Dunstani, archiepiſcopi *Cantuarienſis* narrat, ſanctum adhuc adoleſcentem, & ſe & alios muſicis modulis a turbulentis mundi negotiis avocaſſe, & in meditationem cœleſtis harmoniæ erexiſſe. Ven. Beda monachi *Angli* meminit, qui cœleſti quodam afflatu extemporanea fundebat carmina de rebus ad religionem ſpectantibus, eaque ipſemet modulabatur: cuius carminibus multorum ſæpe animi ad contemtum ſæculi, & ad appetitum ſunt vitæ cœleſtis accenſi. Id de S. Adhelmo conſtat, nec non S. Augustino & ſociis *Angliæ* apoſtolis, eos ſacris cantionibus uſos eſſe ad conciliandos religioni pietatique animos: quod etiam de S. Adelberto *Pragenſi* memoravimus. Legitur apud Bollandum S. Ladislaus, ex Ordine *Minorum*, piis cantilenis delectatus, hymnos & carmina, certis ligata

In append. Opp. S. Leonis P. p. 103.

T. I. Ianuarii ad diem 11.

Lib. IV. hiſt. c. 24.

T. I. Maii ad diem 4.

gata numeris, & rhythmico concentu concluſa, latino & vernaculo idiomate in eccleſia ante & poſt concionem, & in ſcholis cani & addiſci curaſſe. Quam rem auctor vitæ *optimam inventu, ſanctam ſucceſſu, eventu etiam fructuoſam & utilem* deprædicat.

Divinam pſalmodiam qualem eſſe voluerint ſacrorum præſules.

XV. Id vero præprimis curæ fuit eccleſiæ præſulibus, ut officium divinæ pſalmodiæ in eccleſia recte & ordinate fieret: quam in rem in ſuis conventibus ſtudioſe egerunt, articulatimque, quæ ad rem ſunt, præſcripſerunt in utraque eccleſia occidentali, & orientali: ubi ſtatim occurrit canon LXXV. *Trullanus*, concilii, quod *quiniſextum* etiam vocari ſolet, eoquod coactum fuerit an. 692. ad canones conciliorum generalium quinti & ſexti ſupplendos. Eſt vero hic ad rem canon: *Eos, qui in eccleſiis ad pſallendum accedunt, volumus, nec inordinatis vociferationibus uti, & naturam ad clamorem urgere, nec aliquid eorum, quæ eccleſiæ non conveniunt, & apta non ſunt, adſciſcere, ſed cum magna attentione, & compunctione pſalmodias Deo, qui eſt occultorum inſpector, offerre. Pios enim & ſanctos fore filios Iſrael, ſacrum docuit oraculum.* Hodieque apud *Græcos*, quos ſæpe pſallentes audivi, indiſcriminatim maiorem vocis concinnitatem moderationemque audire eſt, quam apud nos in Occidente; unde etiam magis præcavendum fuit ab inordinatis vociferationibus. In concilio *Cloveshoviæ* in *Anglia* an. 747. celebrato canone 12. ſancitum eſt: „Ut presbyteri ſæcularium poetarum modo in eccleſia non „garriant, ne tragico ſono ſacrorum verborum compoſitionem ac diſtinctionem corrumpant, vel confundant, ſed ſimplicem ſanctamque „melodiam ſecundum morem eccleſiæ ſectentur: qui vero id non eſt „idoneus aſſequi, pronuntiantis modo ſimpliciter legendo, dicat atque „recitet, quidquid inſtantis temporis ratio poſcit; & qui epiſcopi ſunt, „non præſumant &c.“ Ex ſequenti canone 15. colligitur, in cantilena horarum canonicarum a monaſteriis normam eſſe aſſumtam iuxta ritum & præſcriptum *Romanæ* Eccleſiæ: „Ut ſeptem canonicæ orationum diei „& noctis horæ diligenti cura cum pſalmodia & cantilena ſibi convenienti obſerventur, & ut eamdem monaſterialis pſalmodiæ parilitatem ubique ſectentur, nihilque, quod communis uſus non admittit, præſumant cantare aut legere, ſed tantum quod ex ſacrarum ſcripturarum „auctoritate deſcendit, & quod *Romanæ* Eccleſiæ conſuetudo permittit, „cantent vel legant, quatenus unanimes uno ore laudent Deum.“ Idem apud nos dici poteſt de regula Canonicorum CHRODEGANGI, ex qua paullo ante, quod cantores ſpectat, retulimus, nunc quoad pſalmodiam reliquum proſecuturi ex eodem cap. L. „Pſalmi namque in eccleſia non „curſim,

T. VI. Conc. ed. Labb. p. 1176.

Ib. p. 1577.

T. I. Conc. Germ. p. 111.

„ curſim, aut in excelſis, atque inordinatis, ſeu intemperatis vocibus, „ ſed plane & lucide cum compunctione cordis recitentur: ut & recitan„ tium mens illorum dulcedine paſcatur, & audientium aures illorum „ pronuntiatione demulceantur: quoniam quamvis cantilenæ ſonitus in a„ liis officiis excelſa ſoleat fieri voce, in recitandis tamen pſalmis huius„ modi vitanda eſt vox." Sequens canon quinquageſimus primus in eadem verſatur materia, uti etiam canones 133. & 137. concilii *Aquisgranenſis* an. 816.

Quod vero ad monaſticos cœtus attinet, peculiaria decreta a ſancta ſynodo in *Francia* an. 803. ſunt edita, quæ ad præſens argumentum ſic habent: *Pſalmi ordinate, absque ulla feſtinatione, diviſionibus in verſibus cuſtoditis, pſallantur &c.* Pertinet huc etiam conſtitutio BENEDICTI P. XI. *Quod in eccleſiis, monaſteriis, ſive locis aliis conventualibus, cum modeſtia, humilitate, & devote, horis nocturnis & diurnis, ad divina officia univerſi & ſinguli canonici ſtudeant convenire, ipſaque non transcurrendo, aut ſyncopando, ſed tractim, & diſtincte pſallant, & celebrent, ac devote.* Prætereo alia eiusdem ſententiæ Pontificum & conciliorum decreta; etſi non fruſtra hodie iterum inculcentur, atque gravis etiam illa concilii *Rothomagenſis* querela haud abs re repetatur, mox primo capitulo ſub eodem Pontifice BENEDICTO XI. an. 1335. facta: „ Primo, quia plerumque cathedralium eccleſiarum, & collegiatarum ſæcularium & regularium eccleſiarum perſonæ (quæ in puritate conſcientiæ, & animi devotione, ſacrificium laudis Altiſſimo, cuius, utpote peculiaris populus, ſunt mancipati obſequiis, iugiter offerre deberent) ſacra Miſſarum ſolemnia, aliasque horas canonicas, transcurrendo, & ſyncopando, variaque & otioſa, & inhoneſta intermiſcendo colloquia, & multipliciter alias indevote pſallere non verentur; tarde quoque ad eccleſias conveniunt, & ad chorum, & inde absque cauſa rationabili, ſed currendo potius poſt ſuas voluntates illicitas, non expletis divinis officiis, diſcedendo: ideo ſtatuit præſens concilium, quod conſtitutio ſuper his edita in concilio generali *Viennenſi*, quæ ſic incipit: *Gravi nimirum &c.* (*Item concilium præcipit*) inviolabiliter obſervetur &c. "

T. I. Conc. Germ. p. 379.

Ib. T. XI. P. II. pag. 1831.

Ibid. p. 1836.

Clement. de celebratione Miſſarum.

XVI. Conſpirant huc omnes, qui de divinis officiis ſcripſerunt medio hoc ævo. S. ISIDORUM *Hiſpalenſem*, & RHABANUM *Maurum* iam audivimus. *Abſit*, inquit AMALARIUS, *ut muſica vigorem chriſtiani animi in mollitiem caducam poſſit convertere, quod genus etiam ipſi gentiles vitabant.* Quibus vero id incumbebat muneris, exemplo potiſſimum & facto id agebant.

Sanctique Doctores.

De eccl. offic. L. III. c. 11.

AMALARIUS.

Inter

S. Bernardus. Inter tot ſcriptores, quos edemus, de re muſica, promotoresque eccleſiaſtici cantus, unum præcipue nominamus S. Bernardum, de quo alio loco exponemus, quantum ille in ordinando cantu ſui ordinis, correctioneque antiphonarii, præſtiterit, eo ſucceſſu, ut ipſe in vita S. Malachiæ vir tantæ humilitatis nihilominus fateatur, eundem virum ſanctum *plurimum ſeſe illo cantu delectari* dixiſſe, quem in monaſterio *Clarevallenſi* audierat. Audiamus vero, quomodo ſuos hortetur, ut canant, & divinis pure ſemper & ſtrenue interſint laudibus: „Strenue quidem, ut ſicut re„verenter ita & alacriter aſſiſtatis, non pigri, non ſomnolenti, non oſci„tantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non in„tegra tranſilientes, non fractis & remiſſis vocibus muliebre quiddam bal„ba de nare ſonantes; ſed virili (ut dignum eſt) & ſonitu & affectu vo„ces ſancti ſpiritus depromentes.“ Idem ſanctus abbas ad Guidonem abbatem & fratres *Arremacenſes*, rogatus, ut officium de S. Victore componat, „cantus ipſe (inquit) ſi fuerit, plenus ſit gravitate, nec laſciviam reſonet, nec ruſticitatem. Sit ſuavis, ut non ſit levis: ſic mulceat aures, ut moveat corda. Triſtitiam levet, iram mitiget, ſenſum litteræ non evacuet, ſed foecundet. Non eſt levis iactura gratiæ ſpiritualis, levitate cantus abduci a ſenſuum utilitate; & plus ſinuandis intendere vocibus, quam inſinuandis rebus.“

Serm. 47. in Cant. n. 8.

T. I. ed. Maurianæ p. 337.

Anonymi. Auctor de interiore domo ſeu de conſcientia ædificanda, inter opera S. Bernardi cap. 28. egregie etiam in eandem rem ſcribit: „Sunt qui„dam voce diſſoluti, qui vocis ſuæ modulatione gloriantur ... tumentes „elatione aliud cantant, quam libri habeant: tanta eſt levitas vocis, for„ſitan & mentis. Cantant, ut placeant populo, magis quam Deo. Si „ſic cantas, ut ab aliis laudem quæras, vocem tuam vendis, & facis eam „non tuam ſed ſuam.“ Habentur præterea inter opera S. Bernardi a Mabillonio edita T. V. p. 319. Meditationes piiſſimæ de cognitione humanæ conditionis, quæ S. Bernardo in omnibus fere Mſc. tribuuntur, & quidem ſæpe de interiore homine inſcriptæ. Extant nihilominus apud *Hugonem* Victorinum ſub titulo libri quarti de anima, quamquam nec illius eſſe videantur Mabillonio; nec Bernardo indignæ. Sic vero ſe c. 10. accuſat aſceta ille, quisquis eſt: „Sæpe ad ſacrum myſterium vo„cem meam fregi, ut dulcius cantarem: magis delectabar in vocis mo„dulatione, quam in cordis compunctione. Deus vero, cui non ab„ſconditur, quidquid illicitum perpetratur, non quærit vocis lenitatem, „ſed cordis puritatem. Nam dum cantor mulcet populum vocibus, De„um irritat pravis moribus.“ Auctor libri de modo bene vivendi ibidem

T. V. p. 357.

dem p. 867. cantus eccleſiaſtici, divinæ præſertim pſalmodiæ, effectus & utilitatem pluribus deprædicat, deque eo rite ac devote inſtituendo modum præſcribit.

Singuli aliqui ex aliis etiam ſunt audiendi religioſis ordinibus. S. Bernardo familiaris erat Hugo de *S. Victore*, is Prior cognominis monaſterii, quod celebre eſt *Pariſiis*, acriter invehitur in eos, qui ſacrum deturpant cantum: „Quotidie tamen (inquit) ſe obſequium præſtare Deo arbitrantur, verba divinæ laudis ululant, aut certe ſibilant, & audientes „& intuentes ſono vocis & motu corporis ſcandaliſant, non ædificant." Hugo a S. Victore. *Lib. II. Allegor. in Math. c. 2.*

S. Bonaventura novitios inſtituens ſui ordinis S. Francisci: „Non vocem (inquit) curialiter frangas in cantando, quia, ſi quæris Deo placere, quanto cantabis ſimplicius, tanto magis ei placebis; ſi quæris auditoribus placere, inanis eſt gloria tua; ſi tibi placeas, vana levitas eſt. Si ædificationem auditorum in cantando quæris, quanto magis cantando vanitatem fugis, tanto magis ædificas . . . intentio in divino officio debet magis eſſe ad hoc, ut ex verbis ſacræ ſcripturæ elicias ſpiritualem intellectum, & devotionis affectum, quam ut curialitatis exprimas notas, & cantando vocem exaltes." S. Bonaventura. *De Inſtitut. Novit. P. I. c. 33.*

S. Thomas *Aquinas* in ſua ſumma 2. 2. quæſt. 91. art. 2. *utrum in divinis laudibus ſint cantus aſſumendi?* ſic reſpondet: „Quod ſicut dictum eſt (art. præc.) laus vocalis ad hoc neceſſaria eſt, ut affectus hominis provocetur ad Deum. Et ideo, quæcunque ad hoc utilia eſſe poſſunt, in divinas laudes congruenter aſſumuntur. Manifeſtum eſt autem, quod ſecundum diverſas melodias ſonorum, animi hominum diverſimode diſponuntur, ut patet per *Philoſophum* in VIII. Politic. & per Boetium in prologo muſicæ. Et ideo ſalubriter fuit inſtitutum, ut in divinas laudes cantus aſſumerentur: ut animi infirmorum magis provocarentur ad devotionem." Ad obiectionem autem quintam reſpondet: „Quod per cantum, quo quis ſtudioſe ad delectandum utitur, abſtrahitur animus a conſideratione eorum, quæ cantantur. Sed ſi quis cantet propter devotionem, attentius conſiderat, quæ dicuntur: tum quia diutius moratur ſuper eodem; tum quia, ut Augustinus dicit in X. Confeſs. omnes affectus ſpiritus noſtri pro ſua diverſitate habent proprios modos in voce atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur. Et eadem etiam eſt ratio de audientibus, in quibus etſi aliqui non intelligant, quæ cantantur, intelligunt tamen, propter quid cantantur, ſcilicet ad laudem Dei: & hoc ſufficit ad devotionem excitandam." S. Thomas. *Cap. 33. in princ.*

Ut voci concordet mens, devotioque animi.

T. VI. Conc. ed. Labb. p. 1582.

XVII. Conveniunt hæc illis, quæ multis retro ſæculis Patres concilii *Cloveshovienſis* II. an. 747. ſciſciverunt. „Vigeſimo ſeptimo multa de his, qui ſive ſanctam pſalmorum ac ſpiritualem cantilenam utiliter, ſive de his, qui negligenter præſumunt agere, multa differentes in hunc modum: Pſalmodia, inquiunt, opus divinum ſpiritu & mente agentibus, magnum eſt ac multiplex animarum medicamentum ſuarum. Voce hanc ſine ſenſu cordis canentibus, ſonitum (ita in editis, ſatis obſcure) ad cuivis rei facere ſimillimum eſt: unde, quamvis pſallendo latina quis neſciat verba, ſuas tamen cordis intentiones ad ea, quæ in præſenti poſcenda ſunt a Deo, ſuppliciter referre, ac pro viribus detinere debet. Nam pſalmi, ſancto ſpiritu iam olim ad ſolatium generi humano per os prophetæ prolati, cum intima intentione cordis & corporis congrua humiliatione, ad hoc canendi ſunt, quatenus per divinæ laudis oracula, & noſtræ ſalutis ſacramenta, & humillimam quoque confeſſionem delictorum, ſive eorundem ſuppliciter imploratam remiſſionem, de quacunque re digna, divinæ pietatis exorantes pulſaverunt aures, eo digniores exaudiri mereantur, quo ipſi Deo appropinquare vel placere geſtiunt, per ea, quæ prædixi, tam ſacroſancti ac divini ſpecialiter famulatus officii ſervitium, ſive dum pro ſe ut faciant, in illa ſancta modulatione, Deum multiplici modo & laudant & orant: ſive etiam pro aliis &c. "

Lib. I. in Ezech. hom. 1. n. 15.

Lib. II. c. 9. n. 6.

Hic nobis pſallentibus unicus ſemper præ oculis mentis eſt ponendus ſcopus; idque ſolummodo per cantus ſuavitatem eſt quærendum, ut hac contentione vocis Deus laudetur, animi vero durities emolleſcat, & colliqueſcat. *Dum per pſalmodiam*, ſunt verba S. Gregorii, *compunctio effunditur, via nobis in corde fit, per quam ad IESUM pervenitur.* Sine interna unctione ſpiritus evanida eſt cantillatio vocis, veluti omne aliud, quod extrinſecus quæritur, ſive in humano conſortio, ſive etiam in ſacra lectione ſolamen & refocillatio. *Sive enim adſint homines boni*, iuxta aureum de Imitatione Chriſti libellum, *ſive devoti fratres, vel amici fideles; ſive libri ſancti, vel tractatus pulchri; ſive dulcis cantus, & hymni; omnia hæc modicum iuvant, modicum ſapiunt, quando deſertus ſum a gratia, & in propria paupertate relictus.* Obſervanda ſunt ea, quibus poſtea lib. III. c. 31. n. 5. perſtringitur multorum vanitas, atque perverſitas, qui inter alia peritiam canendi potius, quam chriſtiana ac religioſa animi decora in exiſtimatione habent: *Si fuerit fortis, dives, pulcher, habilis, vel bonus ſcriptor, bonus cantor, bonus laborator, inveſtigatur; quam pauper ſit ſpiritu, quam patiens, & mitis, quam devotus & internus, a multis tacetur.*

Probe

Probe hæc congruunt illis, quæ in brevi capitulorum Caroli M. leguntur, quibus fideles ſuos epiſcopos & abbates alloqui voluit & commonere; „Quam utilitatem conferat Eccleſiæ Chriſti, quod is, qui paſtor vel magiſter, nec cuiuscumque venerabilis loci eſſe debet, magis ſtudet in ſua converſatione habere multos, quam bonos, & non tantum probis, quam multitudine hominum delectatur: plus ſtudet, ut ſuus clericus, vel monachus, bene cantet, quam iuſte & beate vivat. Quamquam non ſolum minime in eccleſia contemnenda ſit cantandi vel legendi diſciplina, ſed etiam omnimodis exercenda. Sed ſi utrumque cuilibet venerabili loco accedere non poteſt, tolerabilius tamen ferenda nobis videtur imperfectio cantandi, quam vivendi.“ Concilium, in quo ſub Ludovico *Pio*, Caroli filio, edita eſt forma inſtitutionis Canonicorum & monachorum, in *Aquisgranenſi* palatio an. 816. c. 132. exponit, quomodo utrumque officium & oris & mentis impleatur, atque concordet cantantibus & pſallentibus in præſentia angelorum: „Pſallentium in eccleſia in Domino mens concordare debet cum voce, ut impleat illud apoſtoli: *Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* Quoniam quamvis ubique Dominum per potentiam Divinitatis noverimus eſſe; præcipue tamen eum, cum divino aſſiſtimus officio, per gratiam nobis credimus adeſſe. De qua re Beda venerabilis, presbyter, in expoſitione evangelii Lucæ ita dicit: “ Non latet, angelos crebro electis inviſibili adeſſe præſentia, ut eos ab hoſtis callidi defendant inſidiis, vel maiori cœleſtis deſiderii gratia ſuſtollant, apoſtolo atteſtante, qui ait: *Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis?* Maxime tamen angelici nobis ſpiritus adeſſe credendi ſunt, cum divinis ſpecialiter mancipamur obſequiis, id eſt, cum eccleſiam ingreſſi, vel lectionibus ſacris aurem accommodamus, vel pſalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus; vel etiam miſſarum ſolemnia celebramus. Unde ait propheta: *In conſpectu angelorum pſallam tibi.* Nec dubitari licet, ubi corporis & ſanguinis dominici geruntur myſteria, ſupernorum civium adeſſe conventus. Unde ſtudendum ſolerter eſt, ut cum eccleſiam vel ad divinæ laudis debita ſolvenda, vel ad agenda miſſarum ſolemnia intramus, ſemper angelicæ præſentiæ memores, cum timore & veneratione competenti, cœleſte compleamus officium: ne ſi (quod abſit) id negligenter, aut inhoneſte, vel tepide expleverimus, & ad perficiendum pigri advenerimus, in ſententiam, qua dicitur, *Maledictus homo, qui opus Dei fecerit negligenter*, miſerabiliter labamur.“

T. VII. Conc. ed. Labb. p. 1187.

Ib. p. 398.

S. Bernardus idem argumentum copioſe tractat, quomodo cum cœ-

Serm VII. in Cant. n. 4. & 5.

leſtibus civibus nos coniungere reverenter ac devote, menteque & ſpiritu, ſuaviter pſallere debeamus. „Eapropter (inquit) attendite principes veſtros (angelos) cum ſtatis ad orandum vel pſallendum, & ſtate cum reverentia & diſciplina: & gloriamini, quia angeli veſtri quotidie vident faciem Patris. Nimirum miſſi in miniſterium propter nos, qui hæreditatem capimus ſalutis, devotionem noſtram in ſuperna ferunt, referunt gratiam. Uſurpemus officium, quorum ſortimur conſortium, ut in ore infantium & lactentium perficiatur laus. Dicamus eis, *Pſallite Deo noſtro, pſallite*; atque audiamus eos viciſſim reſpondentes: *Pſallite regi noſtro, pſallite.* Laudem ergo cum cœli cantoribus in commune ducentes, utpote cives Sanctorum, & domeſtici Dei *pſallite ſapienter.* Cibus in ore, pſalmus in corde ſapit. Tantum illum terere non negligat fidelis & prudens anima quibusdam dentibus intelligentiæ ſuæ, ne ſi forte integrum glutiat, & non manſum, fruſtretur palatum ſapore deſiderabili, & dulciori ſuper mel & favum. Offeratur cum apoſtolis in cœleſti convivio, & in dominica menſa favus mellis. Mel in cera, devotio in littera eſt; alioquin littera occidit, ſi absque ſpiritus condimento glutieris. Si autem cum apoſtolo pſallas ſpiritu, pſallas & mente; cognoſces & tu de illius veritate ſermonis, quem dixit IESUS: *Verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Et item, quem legimus, dicente ſapientia: *Spiritus meus ſuper mel dulcis.*“ Breviter vero complexus eſt idem omnia in ſermone XIII. ſuper Cantica, in divinis, uti condecet, concinendis laudibus rite obſervanda. „Immolantes hoſtiam laudis iungamus ſenſum verbis, affectum ſenſui, exultationem affectui, gravitatem exultationi, humilitatem gravitati, libertatem humilitati, quo interdum liberis purgatæ mentis paſſibus procedamus.“

Non hic prætererim penitus *Petrum* Abaelardum, qui in epiſt. VIII. ad Heloiss. illud pſalmi 106. *Non in tibiis viri beneplacitum erit ei,* interpretatus, „Tibia quippe (inquit) ſonitum emittit ad delectationem voluptatis, non ad intelligentiam mentis. Unde bene in tibiis cantare, nec in hac Deo placere dicuntur, qui melodia ſui cantus ſic oblectantur, ut nulla hinc ædificentur intelligentia... Nihil vero de doctrina vel ſtudio cantus admonet Benedictus, cum ipſe plurimum de lectione præcipiat, & ipſa legendi tempora, ſicut & laborandi diligenter aſſignet, & in tantum de ipſa ſcribendi doctrina provideat, ut inter neceſſaria, quæ ab abbate monachi ſperare debeant, tabulas etiam & graphium non prætermittat.“

Quia vero ad monachos S. Bernardo, Abaelardo vero ad He-

LOISSAM

LOISSAM ſermo eſt, nihil opus fuit in illam invehi muſices corruptelam, quæ forte in *Gallia* tanta necdum fuit, qualem coævi ſcriptores *Angli* Io. *Sarisberienſis*, & AELREDUS, abbas *Rhievallenſis* deſcribunt. „Cum hæc quidem (ſunt verba Io. *Sarisberienſis* in *Polycratico*) modum exceſſerint, lumborum pruriginem, quam devotionem mentis, poterunt citius excitare. Si vero moderationis formula limitantur, animum a curis redimunt, exterminant temporalium ſollicitudinem, & quadam participatione lætitiæ, & quietis, & amica exultatione in Deum, mentes humanas traiiciunt ad ſocietatem angelorum. Sed unde hanc moderationis formulam tenes? *Exultabunt*, inquit, *cum cantavero tibi, labia mea.* Si ergo ex abundantia cordis os tuum laudem Domini moduletur, ſi ſpiritu pſallis & mente, pſallis denique ſapienter; etiam citra articulatæ vocis intelligentiam, rectiſſimam modeſtiæ regulam tenes, & non tam vocis, quam mentis, iubilo aures mulces Altiſſimi, & indignationem eius prudenter avertis. Qui autem voluptatis aut vanitatis affectus exprimit, qui vocis gratiam proſtituit concupiſcentiis ſuis, qui lenociniorum clientulam muſicam facit, ignorat quidem canticum Domini, modis *Babyloniis* feſtivus in terra aliena.“ Ex his coniicere eſt, falli viros doctos, qui IOANNEM *Sarisberienſem* muſicam haud attingere putarint, quæ tunc in ſacris obtinebat; etſi ultro fatear, præludia hæc fuiſſe tantummodo, & forte in eccleſia rarius audita, parciusque admiſſa.

De nugis curialium lib. I. c. 6.

XVIII. Abuſum hunc & corruptelam muſicæ ſacræ duobus poſt ſæculis IOANNES XXII. in decretali, *Avenione* an. 1322. data, deſcribit, & damnat; quam hic recenſere inſtituti mei eſt. Primo autem oſtendit, qualem ex Patrum auctoritate ſancitam, quamque fini ſanctiſſimo, laudi nempe divinæ, convenientem eſſe deceat divinam pſalmodiam ac cantum, ita exorſus: „Docta ſanctorum Patrum decrevit auctoritas, ut in divinæ laudis officiis, quæ debitæ ſervitutis obſequio exhibentur, cunctorum mens vigilet, ſermo non ceſpitet, & modeſta pſallentium gravitas placida modulatione decantet. *Nam in ore eorum dulcis reſonabat ſonus.* Dulcis quippe omnino ſonus in ore pſallentium reſonat, cum Deum corde ſuſcipiunt, dum loquuntur verbis, in ipſum quoque cantibus devotionem accendunt: inde etenim in eccleſiis Dei pſalmodia cantanda præcipitur, ut fidelium devotio excitetur: in hoc nocturnum, diurnumque officium, & Miſſarum celebritas aſſidue clero ac populo ſub maturo tenore, diſtinctaque gradatione cantantur, ut eadem diſtinctione collibeant, & maturitate delectent.“

Abuſus muſicæ, recens medio ævo in eccleſiam inductæ.

Extrav. commun. lib. III. Tit. I. de vita & honeſtate Clericorum cap. unum.

Et hactenus quidem bene, recteque genuinum pſalmodiæ, ac cantus eccleſiaſtici finem ac uſum explicat. Iam vero progreditur ad deſcribendum novum illud figuratæ & polyphonæ muſicæ genus, quod tunc iam nimium quantum inficiebat ſacram muſicam. „ Sed nonnulli (pergit) novellæ ſcholæ diſcipuli, dum temporibus menſurandis invigilant, novis notis intendunt, fingere ſuas, quam antiquas cantare malunt, in ſemibreves & minimas eccleſiaſtica cantantur, notulis percutiuntur: nam melodias hoquetis interſecant, diſcantibus lubricant, triplis & motetis vulgaribus nonnunquam inculcant, adeo ut interdum antiphonarii & gradualis fundamenta deſpiciant, ignorent, ſuper quo ædificant, tonos neſciant, quos non diſcernunt, imo confundunt: cum ex earum multitudine notarum aſcenſiones pudicæ, deſcenſionesque temperatæ plani cantus, quibus toni ipſi ſecernuntur, ad invicem obfuſcentur: currunt enim, & non quieſcunt: aures inebriant, & non medentur: geſtibus ſimulant, quod depromunt, quibus devotio quærenda contemnitur, vitanda laſcivia propalatur. Non enim inquit fruſtra ipſe Boetius, laſcivus animus vel laſcivioribus delectatur modis, vel eosdem ſæpe audiens emollitur & frangitur. Hoc ideo dudum nos, & fratres noſtri correctione indigere percepimus: hoc relegare, imo prorſus abiicere, & ab eadem Eccleſia Dei profligare efficacius properamus. Quocirca de ipſorum fratrum conſilio diſtricte præcipimus, ut nullus deinceps talia, vel his ſimilia in dictis officiis, præſertim horis canonicis, vel cum Miſſarum ſolemnia celebrantur, attentare præſumat. Si quis vero contra fecerit, per Ordinarios locorum, ubi iſta commiſſa fuerint, vel deputandos ab eis in non exemptis, in exemptis vero per Præpoſitos vel Prælatos ſuos, ad quos alias correctio & punitio culparum & exceſſuum huiusmodi vel ſimilium pertinere dignoſcitur, vel deputandos ab eisdem, per ſuſpenſionem ab officio per octo dies auctoritate huius canonis puniatur. Per hoc autem non intendimus prohibere, quin interdum, diebus feſtis præcipue, ſive ſolemnibus in Miſſis, & præfatis divinis officiis aliquæ conſonantiæ, quæ melodiam ſapiunt, puta octavæ, quintæ, quartæ, & huiusmodi ſupra cantum eccleſiaſticum ſimplicem proferantur: ſic tamen, ut ipſius cantus integritas illibata permaneat, & nihil ex hoc de bene morata muſica immutetur: maxime cum huiusmodi conſonantiæ auditum demulceant, devotionem provocent, & pſallentium Deo animos torpere non ſinant.“

T. I. opp. pag. 2746. *Io. Bapt.* Donius diſſert. *de Muſica ſacra* quatuor diſtinguit quaſi gradus, quibus eccleſiaſticus cantus apud *Latinos* proceſſerit; quorum primus pſalmorum tantum atque hymnorum melodias continuiſſe videtur; ſecun-

dus

dus multas alias ſimplicis cantus ſpecies, quæ hodieque rei divinæ adhibentur, ut antiphonas, introitus, reſponſoria, ſequentias, præfationes, aliaque, quæ magnas ſucceſſu temporis mutationes ſuſceperunt. Quæ quidem recte ſe habere, ex dictis Tomo priori palam fit; ex dicendis vero eluceſcet, appoſite eundem in perſcrutandis muſicis antiquitatibus verſatiſſimum alteros duos eccleſiaſtici cantus gradus conſtituiſſe, ſi unum medium inter ſecundum & tertium non omiſiſſet, ad ſæculum uſque duodecimum a ſeptimo inde vel octavo; quo cantores *Romani* erudierunt cantores *Francorum* in arte organandi, ut ſuis locis oſtendimus; organum autem hic accipitur pro vocum humanarum concentu ſecundum muſicas conſonantias: in quo forte muſicæ genere verſati fuerunt cantores, qui in Vita B. Notkeri *Balbuli* apud Goldastum, obſervante etiam Donio *Vitaliani* dicuntur a Vitaliano Pontifice *Romano* poſt medium ſæculi VII. Oſtendemus poſtea, quam rudis & ſimplex hic concentus adhuc fuerit ad ſæculi IX. finem aut initium X. paullulum emollitus & variegatus ſæc. XI. a Guidone *Aretino;* quin tamen illa concinnitas huic concentui tribui poſſit, quem Donius in tertio ſuo gradu notat.

„Tertius gradus eccleſiaſtici cantus (inquit) adieciſſe videtur concentum, quem vocant extemporaneum (contrapunto a mente) in quo ſuper dictiones, ſive ſyllabas, antiphonasque, earum potiſſimum, quæ ad introitus pertinent, chorus ſymphonetarum variis conſonantiis, ſecundum cuiusque partes, ut vocant, ſaltuatim quodammodo, accinit grato quidem auribus murmure, ſed parum, ita me Deus amet, apto ad ſententiarum expreſſionem. Eius origo inter duodecimum ac trigeſimum (decimum tertium) Chriſti Domini ſæculum, ut apparet, incurrit; nec tam publicæ cuctoritati, quam privatæ muſicorum licentiæ tribuenda. Quartus denique gradus ſequenti, ut videtur, ſæculo operoſiores concentus, ac magis artificioſos (contrapunctum fugatum vocant) eccleſiaſticæ modulationi ſuperaddidit conſimili muſicorum laſcivia, in Odea, atque ambones templorum ſubinductos. Laxatis enim ſemel, ſive nimia Patrum indulgentia, ſive prava artificum καινοτομία, atque ambitione, veteris illius muſicæ clauſtris; mirum dictu eſt, quot novæ modulationum ſpecies; quam fractarum & mollium; quot multiloquiorum, ac repetitionum portenta; quot mutilationes verborum; quot κυκεῶνες, battologiæ, hyſterologiæ catervatim irruperint: ut vetus illud *Græcorum* adagium vero verius quotidie appareat, quo muſicam quotannis aliquod novum monſtrum inſtar *Lybiæ* progignere dictitant; novisque indies ſanctionibus (quod in primis ſacrum concilium *Tridentinum* præſtitit) hanc effrenem licentiam

cohibere

cohibere neceſſe fuerit. Eo igitur tempore cœperunt non pſalmi ſolum atque hymni, antiphonæque, verum & proſodia quædam (Mottetos ipſi barbaro vocabulo adpellant) ex ſacræ ſcripturæ verbis quoquo modo conſarcinatis concini, vocibus modulatis, ac μέλεσι multifariam contextis."

His veluti in pugno complexus eſt Donius, quæ nos toto hoc opere explicatius ediſſerimus, exoriente potiſſimum labe ab eo tempore, a quo ille tertium gradum cantus eccleſiaſtici conſtituit, ſæculo duodecimo nimirum, quo iam citati auctores deplorarunt malum, Io. *Sarisberienſis* imprimis, eo vel maxime, quod divinum invaſerit cultum. „Ipſum quoque (inquit l. c.) cultum religionis inceſtat, quod ante conſpectum Domini in ipſis penetralibus ſanctuarii, laſcivientis vocis luxu, quadam oſtentatione ſui, muliebribus modis notularum articulorumque cæſuris ſtupentes animulas emollire nituntur. Cum præcinentium, intercinentium, & occinentium præmolles modulationes audieris, ſirenarum concentus credas eſſe, non hominum; & de vocum facilitate miraberis, quibus philomela vel pſittacus, aut ſi quid ſonorius eſt, modos ſuos nequeunt coæquare. Ea ſiquidem eſt aſcendendi, deſcendendique facilitas, ea ſectio vel geminatio notularum, ea replicatio articulorum, ſingulorumque conſolidatio, ſic aucta vel auctiſſima, gravibus & ſub gravibus temperantur, ut auribus ſui iudicii fere ſubtrahatur auctoritas: & animus, quem tantæ ſuavitatis demulſit gratia, auditorum merita examinare non ſufficit."

Speculum charit. lib. II. c. 23.

Hæc Io. *Sarisberienſis.* Iam coævum gentilemque B. Aelredum addamus: „Ad quid illa vocis contractio, & infractio? Hic ſuccinit, ille diſcinit, alter ſupercinit, alter medias quasdam notas dividit, & incidit. Nunc vox ſtringitur, nunc frangitur, nunc impingitur, nunc diffuſiori ſonitu dilatatur. Aliquando, quod pudet dicere, in equinos hinnitus cogitur, aliquando virili vigore depoſito in feminæ vocis gracilitates acuitur, nonnunquam artificioſa quadam circumvolutione torquetur, & retorquetur. Videas aliquando hominem aperto ore, quaſi intercluſo halitu exſpirare, non cantare, ac ridiculoſa quadam vocis interceptione quaſi minitari ſilentium, nunc agones morientium, vel extaſin patientium imitari. Interim hiſtrionicis quibusdam geſtibus totum corpus agitatur, torquentur labia, rotant oculi, ludunt humeri, & ad ſingulas quasque notas digitorum flexus reſpondet. Et hæc ridiculoſa diſploſio vocatur religio, & ubi hæc frequentius agitantur, ibi Deo honorabilius ſerviri clamatur." Iam medio inter hos ſcriptores & Joannem XXII. ſæculo decimo tertio nimirum ſub Nicolao III. *Guilielmo* Durando in tractatu

de

de modo concilii generalis celebrandi c. 19. *Videtur valde honeſtum eſſe, quod cantus indevoti, & inordinati motetorum, & ſimilium, non fierent in Eccleſia.* S. ANTONINUS propior noſtræ ætati in ſua Summa *Cantus quidem firmus,* ſcribit, *in divinis officiis a ſanctis Doctoribus inſtitutus eſt, ut* GREGORIO *magno,* AMBROSIO, *& aliis. Biscantus autem in officiis eccleſiaſticis quis adinvenerit, ignoro; pruritui aurium videtur magis deſervire, quam devotioni, quamvis pia mens etiam in his fructum referat audiendo.* *P. III. tit. 8. c. 4. §. 12.*

Monaſticos quoque tum cœtus ea labes invaſerat: unde opus fuit in ipſis antiquis ſtatutis *Carthuſianorum* præcavere P. I. c. 39. apud MARTENIUM: „Quia boni monachi officium eſt plangere potius, quam cantare, ſic cantemus voce, ut planctus, non cantus delectatio ſit in corde: „quod gratia præveniente poterit fieri, ſi ea, quæ cantando delectationem „afferunt, amputentur, ut eſt fractio & inundatio vocis, & geminatio „puncti, & ſimilia, quæ potius ad curioſitatem attinent, quam ad ſimplicem cantum." *Petrus* BLESSENSIS circa finem ſæc. XII. *Carthuſianum* monachum, ne ad *Cluniacenſes* tranſeat, abſterriturus, numeroſam, inter alia, usque ad nauſeam, confuſamque pſalmorum iterationem, atque farſuram ob oculos ponit. De ornatura ſeu farcitura, epiſtolis nempe farcitis, diximus T. I. p. 388. &c. exemplis allatis modulatioris cantus. Iam etiam paullo iterum ſupra induximus *Ciſtercienſem Cluniacenſi* obiicientem voces tennulas, eviratas & graciles, qualibus utantur, *cum novis & laſcivis melodiis in novis & uſurpatis feſtis contra veneranda canonum decreta.* Poſtea ſecunda parte primum etiam illud caput pluribus exprobrat. *De ant. eccl. rit. T. III. c. 3. p. 23.* *Apud Ed. Marten. Theſ. nov. Anecd. T. V. p. 1586. It. pag. 16. 99. &c.*

Lente in noſtris partibus templisque invaluit muſica, quam proprie ſic dicimus, a cantu plano ſeu chorali diſtinctam. In chronico ANDREÆ presbyteri *Ratisbonenſis* ad an. 1277. de HENRICO epiſcopo *Ratisbon.* notatur: *Item per duos monachos de Halzbrum edoceri fecit muſicam in ſua eccleſia, cantu uſuali in muſicam permutato.* Circa ea tempora muſica menſurata, ſeu figurata excoli cœpit, ut poſtea videbimus. IOANNES huius nominis *S. Eremi* in *Helvetia* abbas primus, ut narrat *Chriſt.* HARTMANNUS in chronico eius monaſterii p. 303. *in odæum, chorum nunc vocant, cantum per ſacrorum officiorum celebrationem muſicum introduxit, accitis magnis ſalariis e diverſis regionibus magiſtris, & multa pecunia coëmtis* (muſicorum) *libris, cum hactenus cantum, quem dicunt uſualem, ſolum uſurpaviſſent.* Leſſum vero muſici IOANNI abbati anno 1327. cecinerunt. Refert hoc P. ZIEGELBAUR in hiſtoria litteraria O. S. BENED. dumque addit porro, muſicam figuralem ſæculo XV. ex *Italia* in *Germaniam* translatam, atque in multis monaſteriis in fidium vocumque cantibus rem ſi- *T. IV. Theſ. Anecd. P. III. p. 546.* *P. II. c. 3. Sect. 6. p. 344.*

tam eſſe creditum; IOANNEM etiam I. abbatem nominat, qui primus in monaſterium noſtrum *S. Blaſii* muſicam introduxerit, e vivis ſublatus an. 1413. Id quod ex *Gallia Chriſtiana* didicit T. V. p. 1026. Extant eam in rem apud nos verſus quidam barbari de hoc abbate IOANNE:

Nam hic milleno Domini contulerat anno
His quadringentos ſimul & novem ſociando
Miſſales libros, & plures correquiſitos,
Per quos, ut fertur, primus fuit procurator
Hoc in cœnobio muſices cantum recitando,
Quod, ut narratur, prius non operabatur.

Inſtrumentorum etiam muſicorum, campanarum, cymbalorum. *De nugis curial. L. I. c. 6.*

XIX. Videtur Io. *Sarisberienſis* ſequentibus verbis uſum etiam inſtrumentorum muſicorum in cultu divino agnoscere. „Ad mores itaque „inſtruendos (inquit) & animos exultatione virtutis traiiciendos in cultum Domini, non modo concentum hominum, ſed & inſtrumentorum modos cenſuerunt ſancti Patres Domino applicandos, cum templi reverentiam dilatarent.“ Sed expendendam eſſe hanc ſententiam ex locis non paucis SS. Patrum, quos de hac re lib. I. p. 210. attuli, mox etiam in *Sarisberienſi* ſequentia declarant verba: „Et ſi militantis Eccleſiæ tibi parva videtur auctoritas, vel triumphatrix illa præconia muſicæ non tacebit, cuius ſeniores vidit, & tibi monſtravit tonitrui filius, & voces eorum ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis. Quodſi illos nondum audiſti, regem audias exultantem, qui te regni, & exultationis ſuæ vult eſſe participem. Ait enim: *Sumite pſalmum, date tympanum, pſalterium iocundum cum cithara.* Ad quid, inquis? ut laudetis *Dominum in tympano & choro, in chordis & organo.* Hic eſt enim uſus muſicæ, aut ſolus, aut præcipuus.“ Hæc quidem ut aliarum omnium rerum, ita etiam ſonoræ muſicæ finem præcipuum deſignant; ſed publicum in eccleſia uſum, qualis nunc eſt, non æque demonſtrant: de privato non diſputo, qualem etiam in ipſis monaſteriis deprehendimus. Equidem iam anno 747. in concilio *Cloveshovienſi* in *Anglia* decretum eſt, c. 20. ut ex monaſteriis cithariſtæ, aliique fidicines expellerentur. Circa ea nihilominus tempora CUTHBERTUS in epiſtola ad LULLUM S. BONIFACII in ſede *Moguntina* ſucceſſorem, quæ eſt inter *Bonifacianas* a *Nic.* SERRARIO editas 89. citharœdum ſibi his expetit verbis: *Delectat me quoque citariſtam habere, qui poſſit citariſare quam nos appellamus rotæ, quia citharam habeo, & artificem non habeo. Si grave non ſit, & iſtum quoque*

meæ

meæ diſpoſitioni mitte. Obſecro, ut hanc meam rogationem ne deſpicias, & riſioni non deputes. Fuit CUTHBERTUS hic illuſtris *Ven.* BEDÆ diſcipulus ac *Girwenſis* poſtea abbas.

Sæculo dein X. S. DUNSTANUM legimus, inter cætera ſtudia imprimis muſica inſtrumenta magna cum dexteritate tractare didiciſſe. Apud EKEHARDUM in libro *de caſibus monaſterii S. Galli* c. 2. ſingulariter celebratur TUTILO *muſicus, ſicut & ſocii eius, ſed in omnium genere fidium & fiſtularum præ omnibus (nam & filios nobilium in loco ab abbate deſtinato, fidibus edocuit) nuncius procul & prope ſolers.* Refert quidem GOLDASTUS in notis, ex margine vitæ NOTKERI c. 7. hæc verba. *Iubilus, id eſt neuma, quem quidem in organis iubilant &c.* ſed non addit, qua ætate additio illa facta ſit. Organorum quidem nomine alia etiam inſtrumenta veniebant, quæ tamen nec NOTKERI aut TUTILONIS, nec quidem Io. *Sarisberienſis* ætate, id eſt ſæc. XII. in eccleſiaſtica muſica audita leguntur. Taceo CASSIODORUM, qui ita in pſalm. 98. ſcribit: *Sonus & modulatio tibiarum a ſacris myſteriis noſtra nihilominus ætate diſceſſit.* AMALARIUS ſæc. IX. *Noſtri cantores*, inquit, *non tenent cymbala, neque lyram, neque citharam manibus, neque cætera genera muſicorum, ſed corde. Quanto cor maius eſt corpore, tanto Deo devotius exhibetur, quod per cor fit, quam per corpus; ipſi cantores ſunt tuba, ipſi pſalterium, ipſi cithara, ipſi tympanum, ipſi chorus, ipſi chordæ, ipſi organum, ipſi cymbala.* IOANNES *Ægidii* ſcriptor ſæc. XIII. *de arte muſica*, de organo agens *ex multis* compoſito *fiſtulis ſeu cannis, cui folles adhibentur: & hoc ſolo*, addit, *muſico inſtrumento utitur eccleſia in diverſis cantibus, & in proſis, in ſequentiis, & in hymnis, propter abuſum hiſtrionum, eiectis aliis communiter inſtrumentis.* Quis fuerit hic abuſus hiſtrionum, paullo poſt eluceſcet. S. THOMAS *Aquinas* IOANNI *Ægidii* coævus diſerte concludit 2. 2. q. 91. art. 2. „Inſtrumenta muſica, ſicut citharas, & pſalteria non aſſu„mit eccleſia in divinas laudes, ne videatur iudaizare.“ Et in reſponſione ad obiect. 5. „Huiusmodi enim muſica inſtrumenta magis animum „movent ad delectationem, quam per ea formetur bona diſpoſitio. In ve„teri autem teſtamento uſus erat talium inſtrumentorum: tum quia po„pulus erat magis durus & carnalis, unde erat per huiusmodi inſtru„menta provocandus, ſicut & per promiſſiones terrenas: tum etiam, quia „huiusmodi inſtrumenta corporalia aliquid figurabant.“ Non facit mentionem organorum, quæ, ut ſuo loco videbimus ex profeſſo de muſica inſtrumentali tractaturi, dudum in eccleſiis audiebantur; ut ex IOANNE

Ap. Goldaſt. Aleman. rer. T. I. P. I. p. 24.

Ibid. p. 116.

T. II. Opp. p. 312.

Lib. III. de Offic. c. 3.

Ægidii modo audivimus, atque iam integro ante D. Thomam ſæculo B. Aelredus exceſſum in uſu organorum in eccleſiis notare potuit. „Unde ceſſantibus iam typis & figuris, unde in eccleſia tot argana, tot cymbala? Ad quid rogo, terribilis ille follium flatus, tonitrui potius fragorem, quam vocis exprimens ſuavitatem? (Et paullo poſt) ſtans interea vulgus ſonitum follium, crepitum cymbalorum, harmoniam fiſtularum tremens attonitusque miratur; ſed laſcivas cantantium geſticulationes, meretricias vocum alternationes, & infractiones non ſine cachinno riſuque intuetur, ut eos non ad oratorium, ſed ad theatrum, nec ad orandum, ſed ad ſpectandum æſtimes conveniſſe: nec timetur illa tremenda maieſtas, cui aſſiſtitur, nec defertur myſtico illi præſepio, cui miniſtratur, ubi Chriſtus myſtice pannis involvitur, ubi ſacratiſſimus eius ſanguinis calix libatur, ubi aperiuntur cœli, aſſiſtunt angeli, terrena cœleſtibus iunguntur, ubi angelis homines ſociantur. Sic quod SS. Patres inſtituerunt, ut infirmi excitarentur ad affectum pietatis, in uſum aſſumitur illicitæ voluptatis. Non enim ſenſui præferendus eſt ſonus, ſed ſonus cum ſenſu, ad incitamentum maioris affectus, plerumque admittendus. Ideoque talis debet eſſe ſonus, tam moderatus, tam gravis, ut non totum animum ad ſui capiat oblectationem, ſed ſenſui maiorem relinquat portionem." Hæc maxime in ea valent inſtrumenta, *quæ ſine anima ſunt vocem dantia*, niſi ita eorum ſonus ſit comparatus, ut animum ad ſuperna excitet, extollatque: *ut qui delectabiliter*, rem exprimere licet verbis S. Augustini, *audiunt organum, delectabilius audiant vocem Dei.* Qua de cauſa etiam in uſum ſacrum ſucceſſu temporis exemplo veteris teſtamenti ad Deum laudandum aſſumta ſunt. *Notandum*, inquit Honorius *Auguſtodunenſis* in pſalm. 80. *quod muſicis inſtrumentis iubemur Deum laudare. Antiqui enim ſolebant in ſacrificiis his uti artibus: unde & nos in divinis officiis utimur organis.* Scripſit autem eodem ſæculo duodecimo, ſolorumque organorum meminit, quibus infra cymbala & campanas iungit: *Ideo hac arte inſtructi, divina verba in hac laude modulamur, uti hymnos & cætera, & inſtrumentis huius artis, ut organis, cymbalis & campanis Deo ſerviamus, quia & pſalmos per muſica inſtrumenta prolatos ſcimus.*

Lib. II. Spec. charit. c. 23. T. XXIII. Bibl. PP. Lugd. p. 118.

1. Cor. XIV.

In Pſal. 98.

Apud Bern. Pez. T. V. Theſ. anecd. p. 1635.

Ita autem ex uſu medii ævi accepit eccleſia hæc inſtrumenta, ut ea quandoque luctus cauſa ceſſare iubeat, quemadmodum iam T. I. de triduo ante paſcha agens p 531. oſtendi de campanis, & organo p. 533. quod tamen vocabulum organi, ut poſtea videbimus de polyphonia ſeu cantu plurium vocum tractaturi, hoc haud raro muſicæ genus medio

Vid. Ed. Marten. de antiq. eccleſ. ritibus. T. III. lib. IV. c. 22. p. 306. &c.

ævo

ævo denotat. Eodem ſacro tempore cantus etiam figuratus ſæc. adhuc XVI. niſi in die Iovis ſancto, *Romæ* vetitus erat, ut conſtat ex ordine *Romano*, auctore PARIDE *Craſſo* apud MARTENIUM. Apud eundem in ſtatutis factis *Pariſiis* in concilio provinciali tempore etiam interdicti *Organa ſuſpenſa legimus.* In actis capituli generalis Ord. *Prædic. Ferrariæ* an. 1290. celebrati inhibetur: „Ne in conventibus noſtris organa aut duæ campanæ ſimul ad horas pulſentur, præterquam *Bononiæ*, ubi ob reverentiam beati Dominici Patris noſtri, hoc permittatur: ita tamen, quod hoc cum decentia & honeſtate debita obſervetur.“ BUSCHIUS de reformatione monaſteriorum id etiam ex ſtatutis quibusdam Canon. regul. recenſet, quod inter cætera *nec organa retinere* velint; mox tamen ſtatutum capituli provincialis de *Windeſem* affert anni 1471. quod permittit *campanas magnas & organa in divinis officiis* retinere. In dialogo inter *Cluniacenſem* & *Ciſtercienſem* hic etiam illi iſtud obiicit: „Multas diverſi ſoni, & tam diverſi ponderis campanas, ut aliquam earum propter nimium pondus eius vix duo monachi pulſare poſſint, non requirit uſus neceſſarius, ſed aurium curioſitas. Quidam monachi, ſicut ipſi mihi teſtati ſunt, in pulſando tantum laboraverunt, quod rupti, ponderoſi facti ſunt. Hæc eſt utilitas, quæ conſequitur illam magnam impenſam, & illum magnum laborem, cum quibus tales campanæ fiunt.“ Conſtitutio IOANNIS XXII. quæ habetur Extrav. commun. lib. I. tit. 5. *de officio cuſtodis*, religioſis mendicantibus, in urbibus cathedralium eccleſiarum degentibus, modum hic ponit ob querelas contra eos factas, ordinatque: „Quod religioſi dictorum ordinum mendicantium in nullo conventu ſuo, ſeu loco, plures campanas habeant, ſine ſedis apoſtolicæ licentia ſpeciali, ſed una tantummodo pro loco quolibet ſint contenti. Quodſi forſan communitas ſeu univerſitas aliqua eccleſiaſtica vel mundana, ſeu iidem religioſi pro illis, in aliquo ipſorum locorum campanam aliam habuerint, vel nunc habent, non illam, ſed aliam ſolam eorum ſpecialiter uſibus deputatam pulſare valeant horis diurnis & nocturnis, miſſis & aliis conſuetis.“ Qua de re videri poteſt Card. BONA, quod alios ſpectat ordines. Sub LUDOVICO *Pio* an. 817. id iam ſaltem in conventu *Aquisgranenſi* ſtatutum eſt, ut duo tantum ſigna ad tertiam, ſextam, nonamque pulſentur. In ſynodo *Exonienſi* an. 1287. presbyteri illi amoveri iubentur, qui *quamvis fuerint abſentes, forte ex illicita cauſa, tanquam præſentes eſſent, ad horas canonicas faciunt campanas pulſari &c.*

De ant. eccl. diſcipl p. 603. T. IV. theſ. novi anecd. p. 915.

Ibid. p. 1837.

Apud Leibniz ſcript. rer. Brunſvic. T. II. p. 947. 948.

Apud Ed. Marten. theſ. nov. anecd. T. V. p. 1586.

Rer. liturg. lib. I c. 22. circa fin.

T. II. Conc. Germ. p. 6.

T. XI. conc. ed Labb. pag. 1286.

Supra locuti ſumus de ludis illis, qui fiebant feſtis natalem Domini proxime inſequentibus: „Et non ſolum (ut queritur concilium *Wormatienſe* an. 1316.) in eccleſia introducuntur monſtra larvarum, verum etiam presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi inſaniæ ſuæ ludibria exercere præſumunt, facientes prandia ſumtuoſa, & cum tympanis, & cymbalis ducentes choreas per domos & plateas civitatis." Id quod non ſolum vetatur, verum etiam diſtricte inhibetur: „ne ſacerdos, qui, ut in feſto S. IOANNIS more ſolito Miſſam celebret, aſſumetur, aliquam perſonam eccleſiaſticam vel mundanam, mimos, vigellatores, vel tympanatores ad cœnam, vel ad prandium invitet; vel illos, aut alios, qui muſicis inſtrumentis canere conſueverunt, in eccleſia vel extra, in domo vel platea, eundo, vel corizando, ſequatur." Graviori, ſeveriorique pro merito ſtringuntur cenſura in concilio *Eyſtettenſi* anni 1354. „Clerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, ſe iocolatores ſeu hiſtriones faciunt in publicis ſpectaculis per inſtrumenta muſicalia, vel per quemcumque alium modum exquiſitum ſpectaculum ſuorum corporum in publico faciant; ſi per duos menſes artem illam ignominioſam exercuerint, ut prædicitur, ab ingreſſu eccleſiæ, & a Divinis noverint ſe ſuſpenſos."

T. IV. Conc. ed. Labb. p. 258.

Ibid. p. 371.

Contra ſaltationes & ballationes.

XX. Quem hodiernum adhuc notatum apud ſcriptores reperias *Abiſſinorum* morem ad cymbala ſaltandi, a priori eccleſiæ antiquitate eſſe poteſt; ut ſubinde libro primo de *Meletianis* obſervavimus, eos cum plauſu manuum & quadam ſaltatione cum cymbalis hymnos conciniſſe. Pervagatior vero mos fuit manus pedesque movendi, quem PAMBO abbas alienum a monachis eſſe duxit, *ut aſſiſtentes Deo vocem modulentur cantus, & concinnent ſonos, ac manus, pedesque moveant.* Quin imo promiſcue aliquid eiuscemodi moris fuiſſe, iam ex CLEMENTE *Alexandrino* colligimus: *Idcirco*, inquit, *& caput & manus in cœlum extendimus, & pedes excitamus in ultima acclamatione orationis* τοὺς τε πόδας ἐπεγείρομεν κατὰ τὴν τελευταίαν τῆς εὐχῆς συνεκφώνησιν. Videntur inſultus iſti cito in abuſum veniſſe. Saltandi conſuetudinem non ſolum apud fanaticos pſallianiſtas, carchitas, choreuiſtas damnavit antiquitas, ſed, ut vidimus libro primo, efficere penitus non potuerunt piorum paſtorum monita, quam vehementer etiam declamarunt contra inolitum nimis ſaltandi tripudiandique ſtudium in ſacris gentilium antiquiſſimis, a) etſi diabolicas cho-

pag. 71. 213.

Vid. Lib. I. p. 207.

Lib. VII. Stromat.

pag. 212. &c.

a

a) Iam PLATO lib. II. de Leg. 6. ſingulis Diis choreas conſecratas dixit. Et „religionum diverſis obſervationibus (ſunt verba APULEII) de Deo Sacratis, & ſacrorum variis ſuppliciis

choreas eſſe venditaverit, unaque ſimul diabolum ſaltare S. CHRYSOSTOMUS.

Nemò non videt, quam turpe ſit inter chriſtianos, audire ſaturnalia, Bacchique orgia, & calendarum tripudia: in quæ non ſolum invehebantur paſtores, verum etiam luctum indicebant ac ieiunia triduo calendarum *Ianuariarum*, litanias item, ut videre eſt in canonibus conciliorum medii huius ævi. Generatim etiam inſurgebant contra ballationes, & ſaltationes, canticaque turpia & luxurioſa, & illa *luſa diabolica*, quæ verba notantur in Capitul. CAROLI M. & apud BENEDICTUM *Levitam*. Sic in ſynodo *Romana* ſub LOTHARIO c. 31. cavetur: *Ne ballando & turpia verba decantando, choros teneant, & ducant.* Qui ex canone 53. *Laodiceno* expreſſus videtur de nuptiis chriſtianis: οὐ δεῖ χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ubi vox βαλλίζειν occurrit, quam BALSAMON & ZONARAS explicant: τὰ κύμβαλα κτυπεῖν καὶ πρὸς ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι, *cymbala pulſare, & ſecundum modulos ſaltare.* Inde eſt Italicum *ballare*, Gallicumque *baller*. a) Eſt ad rem canon 23. Concilii *Toletani* III. *Quod ballimathiæ & turpia cantica prohibenda ſunt a Sanctorum ſolemniis* In concilio *Copriniacenſi* an. 1260. conſtitutiones PETRI, archiepiſcopi *Burdegalenſis* pro diſciplina eccleſiaſtica factæ primo cavent, *ut in eccleſiis vel cœmeteriis vigiliæ non fiant;* deinde ſecundo *de balleatione in feſto Innocentum.* Explicatius autem, quoad materiam præſentem c. 43. conc. *Budenſe* an. 1279. præcipit ſacerdotibus, *ut divino officio celebrato, & populo regreſſo ad propria, eccleſias ſuas firmare debeant diligenter. Prohibeant etiam ſacerdotes ſub pœna excommunicationis choreas in cœmeteriis, vel in eccleſiis duci: quia, ut ait* AUGUSTINUS, *melius eſt feſtivis diebus fodere, vel arare, quam choreas ducere.* Ex quo patet, in ipſis eccleſiis choreas fuiſſe ductas; veluti etiam ex concilio *Bituricenſi* anno 1286. quo *choreas in omnibus eccleſiis fieri penitus* inhibetur. Multa modo allatis conſtitutionibus *Burdegalenſibus* ſuperaddit ſynodus *Baiorenſis* an. 1300. c. 31. choreæ aliis etiam in locis ne fiant, eadem S. AUGUSTINI ſententia abſterrendo: „Prohibeant ſacerdotes ſub pœna excom-
„ muni-

Vid. Marten. de antiq. eccl. diſc. c 13. p. 104. 105.

Lib. VI. c. 19.

Lib. VI. c. 193.

a

T. XI. Conc. ed. Labb. p. 799.

Ib. p. 1089.

Ibid. P. II. p. 1257.

Ib. p. 1454.

fides impertienda eſt. Etſi nonnulli ſunt ex hoc divorum numero, qui nocturnis vel diurnis, promtis vel occultis, lætioribus vel triſtioribus hoſtiis, vel cæremoniis, vel ritibus gaudeant: uti *Ægyptia* numina ferme plangoribus, *Græca* plerumque choreis, *Barbara* autem ſtrepitu cymbaliſtarum, & tympaniſtarum, & choraularum "

a) *Frid. Adolph.* LAMPE de cymbalis veterum fluxiſſe, ait, inde Gallorum *baller*, quod ſaltare innuit, & *bal*, quo ſolemnem ſaltationem deſignant. SCIPIONE *Claramont.* apud CONRINGIUM T. III. Opp. p. 162. atteſtante „ antiquitus etiam noſtri iungebant rhythmum & cantum illarum odarum, quas ob id *ballate* Italica voce dixerant, quas & ſono eguiſſe aſſerit *Dantes:* nempe eas aliquo ſonante ſaltabant, ſimulque cantabant."

„municationis choreas in eccleſiis vel cœmeteriis duci. Moneant et„iam, & ne alibi fiant, quia, ut dicit Augustinus: *Melius eſt feſtivis* „*diebus fodere, vel arare, quam choreas ducere.* Quam grave ſit pecca„tum choreas & ballationes in ſacro loco ducere, perpendi poteſt ex „pœnitentia ſecundum rigorem canonum talibus iniungenda: *Si quis* „*ballationes ante eccleſias Sanctorum fecerit, emendatione pollicita, tribus* „*annis pœniteat.*“ Unde colligitur, choreas & ballationes eandem penitus rem eſſe. *Ed.* Martenius de antiqua Eccleſiæ diſciplina c. 28. refert, in feſto Aſcenſionis Domini quibusdam in eccleſiis fieri ſolitas poſt veſperas in pratello choreas, ut in *Lemovicenſi;* & ex ordinario *Cabillonenſi* de huiusmodi chorea hæc affert: „Poſt Completorium fit chorus in prato. „Decanus cantionem primam *Veni Sancte Spiritus,* cæteri ſuas dicant, „qui voluerint, latine tamen.“



LIBER III.

DE MUSICA POLYPHONA SEU PLURIUM VOCUM, FIGURALI ITEM AC INSTRUMENTALI.

CAPUT I.

De muſica ſeu concentu plurimum vocum.

I.

Omnia, quæ nobis adhuc exponenda ſuperſunt de cantu & muſica eccleſiaſtica medii ævi, a prima eccleſiæ ætate aliena prorſus erant, partim etiam primum hac ætate media excogitata, veluti muſica polyphona, ac figurata. Vix quidem id credi poſſit, de *Græcis* præſertim, quibus prope omnia in ſcientiis & artibus debemus, apud quos tanto in pretio, uſuque adeo frequenti fuit muſica tam vocalis, quam inſtrumentalis, perinde ac apud pleraſque omnes alias gentes, præſertim *Romanos*, ad quos a *Græcis* omnis ſcientiarum cultura pervenit. Diſputatum de hac re multum eſt noſtra ætate, malamque gratiam apud Bonnetum auctorem *Gallum* hiſtoriæ *de muſica & eius effectibus* iniit *Claudius* Peraltius, quod hanc muſicæ partem antiquis denegaſſet; quamvis is plus etiam, quam aſſertum ire poſ-

Polyphonia veteribus incognita.

T. III. p. 230. &c. Traité de la muſique anciens.

Vid Pet. Ioh. Buretti diß. de vet ſymphon. ap. Hugolin. Theſ. ant. eccl. Vol. XXXI. P. II. p. 747.

Lib. V. c. 4.

ſet, conceſſerit, ex quodam ATHENÆI loco ſaltem tertiæ conſonantiam antiquis illis uſitatam fuiſſe coniectatus. Eo de loco dum BURETTUS a PERRALTIO recedit, aſſentitur tamen ei in eadem opinione, explicando locum quemdam HORATII ingenioſe magis, quam ſolide, mea ſententia: cum nulla unquam apud antiquos illos ratio ditoni ſeu tertiæ ſit habita, ſola quarta & quinta, ſeu diateſſaron & diapente, inter conſonantias cum diapaſon computatis. VITRUVIUS expreſſis verbis etiam de ſexta id edicit, tam de voce aſſa, quam de inſtrumentis: „Non enim (inquit) inter duo intervalla, cum chordarum ſonitus, aut vocis cantus factus fuerit, nec in tertia, aut ſexta, aut ſeptima poſſunt conſonantiæ fieri. Sed ut ſupra ſcriptum eſt, diateſſaron & diapente ex ordine ad diapaſon convenientes, ex natura vocis congruentius habent definitiones." Adduxi VITRUVII verba ex *Ger. Ioh.* VOSSII addendis ad librum *de mathematicis ſcientiis* p. 439. prout ea correxit *Guilielmus* PHILANDER *Caſtilionius* editione *Torneſiana* anno 1552. poſteaque *Andreas* PAPPUS lib. I. *de conſonantiis* cap. 3. Nihilominus *Iſaacus* VOSSIUS *de Poematum cantu & viribus Rhythmi* p. 81. &c. indignatur illis, qui concentum plurium vocum prorſus veteribus ignotum fuiſſe contendunt. At vero, quæ profert argumenta, teſtimoniaque SENECÆ, auctoris de mundo, & ÆLIANI, haud magis rem evincunt, quam illud, quod poſtea adducit PLUTARCHI ἐν τῷ περὶ τȣ͂ EI τȣ͂ ἐν Δελφοῖς, cum dicit τριημιτόνιον ϗ δίτονον μελῳδητόν, ut probet, veteres trihemitonium conſonum ſeu ſemiditonum, & ditonum pro conſonantiis agnoviſſe. Aliud quippe eſt μελῳδητὸν & aliud ἀντίφωνον oppoſitum τῷ παραφώνῳ, ut mox videbimus. Uſusque erat antiquis ditoni ſeu trihemitonii in alio, quam diatonico genere παραφωνῶς, ut eſt indubitatum. Illa vero perfectarum aut imperfectarum conſonantiarum diſtinctio ex uſu poſteriore eſt. Mihi hæc ipſa cauſa ac ratio eſſe videtur, quod nunquam antiquis in mentem venerit, alias præter duplas, quadruplas &c. id eſt octavæ ſeu diapaſon ſimplicis aut duplicatæ &c. conſonantiam, ſeu potius homophoniam coniungere: quod aliarum, quas ſtatuebant, conſonantiarum ac diateſſaron quidem ipſa coniunctio, diapente vero conſecutio mutua auribus inſuavis ſit, a noſtra etiam muſica reiecta; veteres vero omnem conſonantiarum theoriam revocabant ad ſolam melodiam noſtro uſu, quam illi harmoniam vocabant, eo nomine paſſim eorum de muſica inſcriptis libris, in quibus nullæ unquam de polyphonia ſeu harmonia, ac ſymphonia noſtro ſenſu ac uſu occurrunt regulæ. Id quod aperte confitetur *Io.* WALLISIUS, eorum ſcriptorum editor poſt MEIBOMIUM; apud quos omnes nihil, quod ad rem ſit, reperitur, perinde ac apud alios auctores, quorum loca nonnulla levius divinando, vel etiam retorto collo

huc

huc a patronis contrariæ ſententiæ trahuntur; cum tamen potius ex illis ſcriptoribus res decidenda ſit, qui ex inſtituto rem egerunt, harmonicorumque libros ediderunt.

Igitur apud *Græcos* ea etiamnum ætate, qua apud nos iam efflореſcere, imo adoleſcere cœpit muſica noſtra, ſeu homophonia plurium vocum, nihil ad rem occurrit, præterquam quæ ſuapte natura emergit vox & conſonantia ſeu ſymphonia octavæ, iam Aristoteli nominata antiphonia octavæ, *quæ a voce*, inquit, a) *iuniorum puerorum voci adultorum hominum intermixta reſultat : quæ voces tantum a ſe invicem diſtant reſpectu toni, quantum nete chorda ab hypate diſſita eſt;* id eſt octava. Sic *Michael* Psellus, theologus & hiſtoricus *Græcus* ſæc. XI. iam vergente, & *Manuel* Bryennius, qui ſub Palæologo circa an. 1320. floruit, ſuum *παράφωνον* & *ἀντίφωνον* diſtinguunt iiſdem ambo verbis. „Eoquod paraphonum inæquali tempore conſonat . . . Antiphonum autem, quando æquali tempore acutus gravi identidem conſonat : puta quando octavus primo, nonus ſecundo, duodecimus quinto, decimusquintus octavo; ſimul aſcendentibus vel ſimul deſcendentibus (in intenſionibus vel remiſſionibus) gravibus cum acutis, acutisque cum gravibus proportionaliter &c.“ Hæc *Manuel* Bryennius libro primo ſectione quinta, qui poſtea libro ſecundo ſectione ſecunda pag. 401. &c. ſpeciatim agit de antiphonis, paraphonis, ſymphonis, concinnis & inconcinnis intervallis: ubi omnia breviter ſic colligit: *Quotquot autem ex phthongis* (ſonis) *conſpiciuntur in ratione dupla aut quadrupla, hi vocantur generatim ſymphoni* (conſoni) *ſed ſpeciatim antiphoni, aut homophoni* (una ſonantes) *Quotquot iterum ſunt in ratione ſeſquialtera, & tripla, hi vocantur generatim ſymphoni* (conſoni) *ſpeciatim vero paraphoni* (iuxta ſonantes) *Quotquot autem in ratione ſeſqui-tertia aut dupla ſeſqui-bitertia, hi vocantur tum generatim tum ſpeciatim ſymphoni* (conſoni) *generi cognomines; quotquot autem in aliis ex prius enumeratis quindecim ſuperparticularibus, hi generatim dicuntur diaphoni* (diſſoni) *ſpeciatim vero concinni; quotquot autem in reliquis omnibus, hi generatim diaphoni* (diſſoni) *ſpeciatim vero aphoni, aut cacophoni, aut ecmeles* (inconcinni) *nominantur.*

a

Apud Walliſ. Man. Bryennius p. 382.

II. Obſervanda eſt hic notio vocis diaphonia, quam etiam apud Isidorum reperias; deinceps vero huius vocis ſignificatus immutatus eſt, ut id ſignificaret, quod *Græci* antiphonum appellant: „Symphonia eſt, (inquit)

Medio ævo inventa diaphonia organum dicta. *Lib. III. Etimol.*

O 2

a) Ἐκ παίδων γὰρ νέων ϗ ἀνδρῶν γίνεται τὸ ἀντίφωνον, οἳ διεστᾶσι τοῖς τόνοις ὡς νήτη πρὸς τὴν ὑπάτην.


(inquit) modulationis temperamentum ex gravi & acuto, concordantibus ſonis, ſive in voce, ſive in flatu, ſive in pulſu. Per hanc quippe voces acutiores, gravioresque concordant, ita ut, quisquis ab ea diſſonuerit, ſenſum auditoris offendat, Cuius contraria eſt diaphonia, id eſt, voces diſcrepantes vel diſſonæ.“ Haud equidem diffiteor, rem miram videri, hoc muſicæ polyphonæ genus tamdiu latere potuiſſe, cum tamen nihil frequentius olim fuerit apud cultas gentes, quam muſica, eaque apud *Græcos* præſertim exculta adeo ſit, tantoque in pretio habita. Cur vero quis non magis miretur, illud, poſtquam in Occidente in uſu eſſe cœpit medio ævo, a *Græcis* tamen ſemper neglectum fuiſſe toto etiam medio ævo, quo adhuc orientale imperium utcumque ſtabat, ac ſic ingenio vigebant *Græci*, ut terris poſtea pulſi exules culturam ingenii ſcientiarumque *Latio* inferrent? Quodſi tamen rem propius ſpectemus, qualis nimirum muſica illa, de qua nunc agimus, fuerit in ſuis incunabulis medio hoc ævo, per duas conſonantias, quas perfectas dicimus, progrediens (unde diaphonia nominari potuit, recte quidem iudicio aurium, ac rationis etiam ſecundum veterem muſices theoriam) mirari deſinemus, cur hoc muſicæ genus inculto medio ævo demum originem ſuam debeat; maxime ſi definitionem ac primas eius conſideremus regulas, quas in HUCBALDI Enchiridio reperimus cap. 13. *de proprietate Symphoniarum* inſcripto: „Nunc id (inquit) quo „ propriæ ſymphoniæ dicuntur, & ſunt, id eſt, qualiter eædem voces ſe „ ſe in unum canendo habeant, proſequamur. Hæc namque eſt, quam „ diaphoniam cantilenam, vel aſſuete organum nuncupamus. Dicta autem „ diaphonia, quod non uniformi canore conſtet, ſed concentu concordi- „ ter diſſono: quod licet omnium ſymphoniarum ſit commune, in dia- „ teſſaron tamen, ac diapente hoc nomen obtinuit.“ Sic GUIDO iisdem ac ODDO, verbis, cap. 18. micrologi definit: *Diaphonia vocum disiunctionem ſonat, quam nos organum vocamus, cum disiunctæ ab invicem voces concorditer diſſonant, & diſſonanter concordant.* Eſt hoc, quod monachus *Engoliſmenſis* in vita CAROLI M. adnotavit ad an. 787. *Similiter erudierunt Romani cantores ſupradicti cantores Francorum in arte organandi.* Id quod probe obſervandum eſt in monumentis medii ævi: in quibus frequenter occurrit hoc ſenſu vox *organum*, *organiſare*. Plura exempla collecta reperies apud LEBEUFIUM, DUCANGIUM, CARPENTIER, uſu tam communi, ut *organi* nomine (hoc notante) ſignificaretur Miſſa, aliaque, quæ ad cultum divinum ſpectant, officia.


T. II. Ducheſnii.

Traité hiſtorique ſur le chant eccleſ. p. 74. &c.

Diſcantus item.

III. Haud minus eodem ſignificatu frequens fuit vox *diſcantus*, *biscantus*, cuius non pauca in ſuperioribus ex MS. *San-Blaſiano* retulimus exempla, quibus unum hic ex eodem cod. adiicimus: Quem


Q
uem e the ra & ter ra at que ma re
uem e the ra & ter ra at que ma re
non præ va lent to tum ca pta re. A ſi ne pre-
non præ va lent to tum ca pta re. A ſi ne pre-
ſe pe in fans im ple ce los re gens u be ra
ſe pe in fans im ple ce los re gens u be ra
ſu gens. Fa ctor ma tris na tus ho di e eſt de
ſu gens. Fa ctor ma tris na tus ho di e eſt de



Pluribusque teſtimoniis apud laudatos auctores, præſertim Lebeufium explicatur. Rem vero deſcriptam habes apud *I. I.* Rousseau h. v. verbis *Io.* de Muris : *Diſcantat*, inquit, *qui ſimul cum uno vel pluribus dulciter cantat, ut ex diſtinctis ſonis ſonus unus fiat, non unitate ſimplicitatis, ſed dulcis, concordisque mixtionis unione.* Gravis ac vehemens ſequitur apud eundem eiusdem *Io.* de Muris, ex MS. inedito locus, dignus proinde, qui hic deſcribatur : „Heu proh dolor! His temporibus aliqui ſuum defectum inepto proverbio colorare moliuntur. Iſte eſt, inquiunt, novus diſcantandi modus, novis ſcilicet uti conſonantiis; offendunt

dunt ii intellectum eorum, qui tales defectus agnoſcunt, offendunt ſenſum: nam inducere cum deberent delectationem, adducunt triſtitiam. O incongruum proverbium! O mala coloratio, irrationabilis excuſatio! O magnus abuſus, magna ruditas, magna beſtialitas, ut aſinus ſumatur pro homine, capra pro leone, ovis pro piſce, ſerpens pro ſalmone! ſic enim concordiæ confunduntur cum diſcordiis, ut nullatens una diſtinguatur ab alia. O ſi antiqui periti muſicæ doctores tales audiſſent diſcantare, quid dixiſſent? quid feciſſent? Sic diſcantantem increparent, & dicerent: Non hunc diſcantum, quo uteris, a me ſumis. Non tuum cantum unum & concordantem cum me facis. De quo te intromittis? Mihi non congruis, mihi adverſaris, ſcandalum tu mihi es; O utinam taceres! ſed deliras & diſcordas."

IV. Mirum haud eſt, ſuſpectum reprobatumque id muſicæ genus, quo nihil pronius eſt, quam ut corrumpatur, ut ſupra vidimus, acresque retulimus querelas gravium virorum, paſtorumque; per expanſum imprimis Ioannis XXII. P. decretum, de quo *Gobelinus* Persona in coſmodromio æt. 6. c. 71. *Item prohibuit fieri cantum in horis canonicis, & in Miſſis cum diſcantu, triplis & mottetis vulgaribus*, a Ducangio citatus: qui in voce *Decentum*, quæ vox etiam huc pertinet, ex regula ordinis *Sempringhan.* locum ad rem affert: *In monaſterio officium Clericorum in Miſſis & horis teneant, organum tamen & Decentum, Fauſethum & Pipeth omnino in divino officio omnibus noſtris utriusque ſexus prohibemus*; cuius iam T. I. p. 318. meminimus, recurretque poſtea iterum memoria; veluti etiam de eo, quod apud Carpentier refertur V. *Diſcantus* ex annalibus regni S. Ludovici, qua ratione devote cantari curarit divinum officium *a chant, & a dechant, a ogre & a treble.* Quæ alibi explicat, utinam etiam, quæ alia poſtea affert peregrina linguæ *Gallicæ* nomina ex MS. Mirac. B. M. V. Alia, quæ huc pertinent nomina.

En l'orgener, & verbloier,

Ou Dechanter ou quintoier.

Auctor de muſica quadrata ſeu menſurata huius modi nomina explicat prout ad ſuum argumentum pertinent: „Tria (inquit) tantummodo ſunt „genera, per quæ tota menſurabilis muſica tranſcurrit, ſcilicet diſcantus, „hocetus, & organum. Diſcantus vero eſt aliquorum diverſorum gene„rum cantus duarum vocum ſeu trium, in quo termino conſonantia ſci„licet diateſſaron, diapente, diapaſon per compoſitionem longarum, bre- *T. I. Opp. Bedæ p.* 354.


„viumque

„viumque figurarum, ſecundum dulcem menſuram naturaliter proportio-
„nata manet.“ Huic opponitur, quod eodem tenore procedat *Falſum bordonum*, Italis *Falſo bordone*, Gallis *Faux-bourdon*; quam tamen vo-
a cem in ſcriptoribus medii ævi nusquam me legiſſe recordor. a)

Qualis primum fuerit conſonantiarum uſus in Polyphonia.

V. Iam ex HUCBALDO audivimus, eum Diaphoniam ſuam in diateſſaron & diapente potiſſimum ponere. Rigeſcent vero non ſolum aures, ſed etiam dentes obſtupeſcent, puto, muſurgi, dum in primo, quod habet, exemplo in diateſſaron nil niſi continuas ſe ſe inſequentes quartas animadvertet.

b




Et


a) Muſique (iuxta ROUSSEAU h. v.) a pluſieurs Parties, mais ſimple & ſans meſure, dont les notes ſont presque toutes egales, & dont l'harmonie eſt toujours ſyllabique. C'eſt la pſalmodie des Catholiques *Romaines* chantée a pluſieurs parties. Le chant des nos pſeaumes a quatre parties, peut auſſi paſſer pour une eſpece de *Faux-bourdon*; mais qui procede avec beaucoup de lenteur et de gravité.

b) Schema hoc facile intelligitur, ſi loco ſyllabarum, notæ ita ponantur:



Et tamen ſubdit hæc verba: *Sic enim duobus aut pluribus in unum canendo modeſta dumtaxat & concordi moroſitate, quod ſuum eſt huius meli, videbis naſci ſuavem ex hac ſonorum commixtione concentum.* A riſu vero quis ſe contineat, dum artificium pandentem intelligit, qua ratione duplicando has conſonantias in octava ſubito ad quatuor aptetur voces: „Si (inquit) ambas per diapaſon duplicaveris, ſenties huiusmodi proportionum voces ſuaviter ad invicem reſonare ad ſubiectam deſcriptionem:






Hæc poſuiſſe ſufficiat; cætera enim non niſi diapaſon ſive octavæ ſunt, ex his facile metiendæ.

Ex-

Exhibito poſtea cap. XV. huiusmodi auctioris diaphoniæ exemplo etiam in diapente, iam liberalior deinceps in principio & fine coire facit principalem vocem & organum ad uniſonum, in hunc modum:


a a)




Quin plus veluti auſus peculiari capite 18. id agit: *quomodo altiora, modo ſubmiſſiora loca organum petat*, quod eo redit, ut ſubinde, una voce in eodem hærente tono, altera diſcurrat:


Te


a)



a)  a)
famu \
S les/ \li du \
T mi / \ / lis \ ne\
T Te hu mi les famu li mo/ ve/ \ran
T \ \do
S \du lis /ne \ \ is
T \ve/ \ran \pi/
T do/

Se

a) 
Te hu mi les fa mu li mo du lis ve ne-
Te hu mi les fa mu li mo du lis ve ne-
ran do pi is.
ran do pi is.



In ſecunda ſcholiorum parte eadem ſimplicitate res retractatur, conveniuntque codices omnes Mſſ. quos plures contuli, excepto uno regio *Pariſienſi*, ubi res admodum obſcure ſine exemplis agitur, primis forte curis & conatibus qualibuscunque demum, ſæculo illo decimo dignis; nihilominus videtur HUCBALDO diaphonia hæc ſeu organum *in eccleſiaſticis canticis honeſtiſſime* aſſumi.

Tractu nonnullorum ſæculorum.

VI. Mirum eſt, aliquamdiu ingratam hanc ac inſulſam, auribus ſaltem, non fuiſſe animadverſam ſymphoniam. Haud videtur abludere ſæculo adhuc XIV. IOANNES XXII. ab eo muſicæ genere, quod *Falſo bordonum* dicimus, in decretali *Docta SS. Patrum*, in qua multa vitia muſicæ illius ævi damnat, ſubque gravibus pœnis vetat; ut per hoc tamen non intendat prohibere, „quin interdum, diebus feſtis præcipue ſive ſolemnibus, in miſſis & præfatis divinis officiis aliquæ conſonantiæ, quæ melodiam ſapiunt, puta octavæ, quintæ, quartæ, & huiusmodi ſupra cantum eccleſiaſticum ſimplicem proferantur.“ Ipſiſſima HUCBALDI methodus eſt, quam



quam Engelbertus *Admontenſis* ſcriptor ſæculi XIII. ad finem operis ſui de muſica probatam habet. „Quoniam (inquit) omnes diſcantus bene ordinati taliter ſe habent, quod cantui directo reſpondent conſonando, vel in diapaſon, vel ad medium diapaſon, ſcilicet ubi diateſſaron & diapente coniunguntur in una voce."

Guidone Aretino tamen ditoni uſum agnoſcente iam ſæc. XI.

VII. Nihilominus Guido *Aretinus* iam ſæculo undecimo, etſi ex communi uſu & opinione fateatur cap. 6. micrologi *diapente & diateſſaron diaphoniæ*, *id eſt*, *organi iura* poſſidere; capite deinde decimo octavo ex profeſſo de *diaphonia* agens, poſtquam abſurdam auribus priorem illam rationem explicaſſet per diapente & diateſſaron, hic etiam, quod res eſt, quoad ditonum conſonantiam primus agnovit, ut tamen quartæ, ſeu diateſſaron principatum relinquat per motum, quem vocant, rectum in ea conſonantia libere progrediendo: „Superior nempe (inquit) diaphoniæ modus durus eſt, noſter vero mollis, ad quem ſemitonium & diapente non admittimus; tonum vero & ditonum & ſemiditonum cum diateſſaron recipimus, ſed ſemiditonum in his infimatum, diateſſaron vero obtinet principatum." Operæ pretium ducimus, ut quibus exemplis utatur regulisque, hic exſcribamus, quæ quidem cruda adhuc ſunt, atque id etiam paradoxum produnt, quod quartæ ſervans principatum, diapente ſeu quintam noſtram ſtudioſe refugiat; præter bicinia vero nihil in exemplis habet.

Dictæ diaphoniæ per exempla Probatio.

Igitur a trito non deponimus organum, ſive in eo, ſive in ſequentibus finiatur, hoc modo:

F F G G F F D E F E D C
Ip ſi ſo li
C C D D C C C C C C C C

Ecce finis diſtinctionis in trito C. a quo non deponimus organum, quia non habet ſub ſe tonum vel ditonum, quibus fit occurſus, ſed habet ſemiditonum, per quem non fit occurſus.

F G G a G G F
ſer vo ſi dem
C D D E D D C.

Ecce alia diſtinctio in trito F. in quo & quartis a ſe vocibus per diateſſaron ſubſequimur, & diateſſaron ſuccentus plusquam occurſus placet:

F F ED F GF
Ip ſi me to ta
C C CC C DC

Ecce alia eiusdem modi triti in F.

F F FFEG F E D D D
De vo tio ne com mit to.
C C C C CD C C C C D

Ecce alia diſtinctio in proto D. in qua & toni occurſus ad finem patet.

C D C F F F F D E
Item: Ho mo erat in lhe ru ſa lem. aut ita
C C C C C C C D E
F FE D E
Hieruſalem.
D DD D E

Ecce diſtinctio in deutero E. in qua ditoni occurſus vel ſimplex vel per intermiſſus placet.

C F F D F CD D CDF E C ED
Ve ni ad do cen dum nos viam pru den tiæ.
C C C C C CC A CCC C C CD

Diſtinctio in proto A. In hac diſtinctione in inferiore trito C, qui fini proxime ſubeſt D, voces admiſſæ ſunt, & locus prior finita gravitate repetitus eſt, ubi diximus *viam prudentiæ.* Et in hac ſimiliter:

F Ga aF GF F G a G F D F EDCFGGGF
Sexta hora ſedit ſuper puteum.
C DE EC DC C D E D C C C FFFFFFFF

Ecce ut aſcendit organum, ne in ultima diſtinctione ſuccineret cavens.

F FG G F F DD CF G a G F G FFEDC
Sexta hora ſe dit ſuper puteum
F FFF F F F F FF FF F F F F F FFFFF

Ecce quomodo admittente cantore graviores voces organum ſuſpenſum tenemus in trito.

c c d d c a c b c a G F GG
Victor aſcendit cœlos unde deſcendet
GG a a G G G G G F F F FG

Ecce

Ecce ut ad G & a in fine ſubſequitur F. Idem in plagali trito invenies uſurpatum, ut ad C & d ita ♮ ſubſequatur, ſicut ad G & ad a ſequitur F. hoc modo:

e c d   d e d c d d c
Ve ni te Ad ore mus
c c c   c c c c b ♮ c

VIII. Huc uſque Guido. Dum ergo rem omnem colligimus, palam eſt, fieri non potuiſſe, ut veteres hi ad agnitionem triadis noſtræ harmonicæ pertingerent: unde iudicium ferri poteſt, quam inconditi illi cantus fuerint, quos haud raro in triplo vel quadruplo organiſaſſe ſeu decantaſſe leguntur, uti videre eſt apud Lebeufium & Ducangium v. *organum*. Regulæ, ſed admodum imperfectæ, de triplo, quadruplo, imo quintuplo *operando* afferuntur a magiſtro Francone *Pariſienſi* in arte cantus menſurabilis, etſi ad rem aptam teneat theoriam conſonantiarum perfectarum, quas ſolum cenſet uniſonum & octavam, & imperfectarum, quas facit ditonum, & ſemiditonum. Mediæ eidem ſunt diapente & diateſſaron: quod mirum haud eſt, cum etiam ad noſtram ætatem de hac re, ſc. diateſſaron conſonantia, diſputatum ſciamus ex præiudicio veteris theoriæ conſonantiarum, quæ haud rectius ad praxin noſtræ muſicæ pertinet, quam conſonantia ditonus ad veterem muſicam. Quam in rem recte Wallisius „quod autem (inquit) tertias & ſextas pro conſonantiis habeant, cum bona quidem ratione factum cenſeo, ſed præter omnium veterum auctoritatem; de „quarta quidem dubitarunt recentiores aliqui (contra quos *Andreas* Papius *Gandenſis* ante centum annos peculiari tractatu diſputavit) ſed contra omnium veterum ſententiam.“

Tardius cæteris conſonantiis imperfectis in uſum aſſumtis ad fixam cum perfectis regulam.

Traité hiſt. ſur le chant eccl. p. 74. &c.

Append. ad Ptolomæum, p. 182.

Recte vero mutato muſicæ genere, etiam ſententia veterum hic immutata eſt: unde in opuſculo *Ioannis* de Muris, quod MS. teneo, ubi de diſcantu agitur, quarta inter conſonantias omittitur, etſi Rousseau, qui maiora *Pariſiis* huius auctoris opera MSS. evolvit, in ſuo lexico muſico vocem barbaram *diateſſaronare* illi uſitatam teſtetur. Plures autem *Ioannes* de Muris, quam Franco, ac eas omnes agnoſcit conſonantias, quas hodierna recipit muſica; ex regulis etiam principaliores, primam imprimis, quam in veteribus hactenus maxime deſideravimus, ut nempe duæ perfectæ conſonantiæ immediate ſe ſe conſequantur. „Perfectam (inquit) uniſonus, diapente & diapaſon faciunt conſonantiam, & aliæ ſpecies, videlicet ſemiditonus & ditonus, & tonus cum diapente, faciunt conſonantiam imperfectam, quia tendunt aſcendere vel deſcendere in ſpeciebus prædictis perfectis, ſcilicet ſemiditonus in uniſono, ditonus

in

in diapente, tonus cum diapente in diapaſon, aſcendendo vel deſcendendo ſeriatim. Et quod ordinavi de ſemiditono, ditono, & diapente ſuper uniſonum, ſic ſupra diapaſon intendatis. Sciendum eſt etiam, quod diſcantus debet habere principium & finem per conſonantiam perfectam. Debemus etiam binas conſonantias perfectas ſeriatim counitas aſcendendo vel deſcendendo, prout poſſumus, evitare. Sciendum eſt notabiliter, quod non poſſumus duas notas ponere in rota, videlicet in una linea, vel in uno ſpatio, & eodem modo duas octavas. Item duas ſextas eodem modo, ſi octava ſequatur ultimam. Item ſciendum eſt, quod ſexta nullo modo poteſt poni in diſcantu ſimplici, niſi quod octava ſequatur immediate. Item ſciendum eſt, quod nos poſſumus aſcendere per unam tertiam, vel per duas, vel per tres ſicut placet cum tenore. Et etiam poſſumus licentialiter ponere duas tertias in rota, id eſt in una linea vel in uno ſpatio. Item poſſumus ponere duas quintas cum una tertia in rota, & duas octavas ſimili modo, & duas quintas cum octava, & tertia; & duas octavas cum quinta & tertia per aſcenſum vel deſcenſum tenoris. Et iſtud ſupradictum non debet poni in diſcantu, niſi dum evitari non poteſt. Item ſciendum, quod nos optime poſſumus aſcendere cum tenore de tertia in quintam: & ſic de omni imperfecta ſpecie in ſpeciem perfectam, & e contrario; eodem modo deſcendere cum tenore, & eſt valde pulcrum in diſcantu. Item ſciendum eſt, quod *mi* contra *fa* non concordat in ſpeciebus perfectis, utpote in quinta, & octava, & decima & duodecima, ac in uniſono, ſed in ſpeciebus imperfectis ſtat in tertia ſexta, in decima unum licentialiter poteſt poni contra aliud. Item notandum eſt diligenter, quod quando ſimplex cantus ſive tenor, quod idem eſt, vadit in ſummo paſſu, utpote in paſſum tertii, ſi velimus diſcantare illum ſimplicem cantum, fingimus voces ipſi concordabiles in exteriori parte manus, utpote quintas & octavas, & ſic de aliis ſpeciebus, ſecundum quod bene licitum eſt. Item ſciendum, quod quando velimus cantare per falſam muſicam, oportet, quod diſcantando accipiamus iſtam vocem ut in d. *la ſol re*, & *re*; in e. *la mi re*, & *mi*; in F. *fa ut*, & *fa*; in g. *ſol re ut*, & *ſol*; in a. *la mi re*, & *la*; in b. *fa* ♮ *mi*. Unde bene poſſumus per totam manum diſcantare per falſam muſicam, dum tenor non ſit concordabilis veræ muſicæ; ſed quando per veram diſcantare poſſumus, per falſam illicitum eſt diſcantare.“ Muſica falſa hic nihil aliud eſt, quam ſcala noſtra dura D F ✳ &c. *ut re mi* loco Dorii diatonici *re mi fa*.

CAP. II.

CAPUT II.

De Muſica menſurata, ſeu figurata medio ævo inventa.

I.

Aliud novum muſicæ genus, quod menſuratum, ſeu figuratum dicitur, vergente demum medio hoc ævo ſic recens invectum, conformatumque eſt: ut tamen ſemper in ſuis principiis ab antiquiſſimis temporibus quodam obtinuerit uſu, alteram modulandi partem conſtituens; *quæ*, ut loquitur *Martianus* Capella de Nuptiis Philolog. lib. IX. *rhythmicis*, *& melicis aſtructionibus continetur.* Sic & Aristoteli quædam videtur cognatio eſſe harmoniis cum rhythmis. Hinc inter primas ſemper muſicæ ſpecies poſt harmonicam, rhythmica & metrica venit. *Rhythmus*, iuxta Suidam in lex. h. v. *ordo metri particeps*, *harmoniæ comes*, *cantus ſuavis commixtio. Pater metri eſt rhythmus*, *atque antiqua eſt metrorum ac rhythmorum doctrina.*

Muſica rhythmica, metrica.

Ap. Meibom. ant. muſ. ſcr. Vol. II. pag. 179.

L. X. Polit. T. III. Opp. Conringii p. 712.

Antiquiſſimo iam abhinc tempore ſociata erat utraque diſciplina, poeſis & muſica. *Nam hæc duo*, iuxta Ciceronem, *muſici*, *qui erant quondam poetæ*, *machinati ad voluptatem ſunt verſum & cantum*: *ut & verborum numero*, *& vocum modo*, *delectatione vincerent auream ſatietatem.* Conſtat, Homeri, Hesiodi, aliorumque celebrium *Græcorum* poetarum carmina cantata fuiſſe. Facit huc *Iſaaci* Vossii liber *de poematum cantu & viribus Rhythmi*, quo in libro nihil non in muſicæ effectibus rhythmo tribuit: „Nam certe (inquit pag. 71.) cum tota muſicæ „poteſtas in rhythmo conſiſtat, & abſque eo omnis cantus ſit inconditus, illud omnino demonſtrandum erat, non in ſimplici ſono ſitam eſſe vim iſtam, quæ animos & affectus moveat: ſed ſoli propemodum „rhythmo hanc ineſſe efficaciam; & verum eſſe, quod iam ſuperius monuimus, rhythmum eſſe τὸ πᾶν παρὰ μȣσικοῖς, nec poſſe muſicum dici, qui rhythmum ignoret.“ Paſſim libro primo prodidimus, quod no-

Lib. III. de orat. n. 95.

ſtratium in prima Eccleſiæ ætate fuerit ſtudium & contentio in ſacris pangendis hymnis, qui ut potiſſimum metrici generis erant rhythmicique: μελῳδοῦσιν ᾄσματα καὶ ῥυθμίζουσιν ἤχους, ut in PAMBONIS *Gerontico* res exprimitur.

Noſtrum vero, in quo verſamur, medium ævum attingunt, quæ in
Sirmondi Opera varia T. V. p. 37. vita S. THEODORI *Studitæ* leguntur: „ Alii rurſus hymnis eccleſiaſticis, canticis, pſalmis, cæteriſque id genus dabant operam, qua licebat; quod ex his quoque magnam percipi utilitatem compertum ſit; ſiquidem rhythmo, & ordine, & concinna voce, & modulatione omnis prope cœtuum in eccleſia dignitas conſtat. Quocirca non tantum ſibi ipſis utiles fuerunt, ſed & alios omnes utilitatis eiusdem participes fecere. “ Admodum quidem elanguit hoc medio ævo ſacræ poeſeos metrique ſtudium, atque genuina etiam rhythmi notio evanuiſſe viſa eſt apud noſtros, alioquin multo opere & labore detentos in ſequentiis, quas vocarunt, proſis ſtilo quodam poetico componendis, iam antequam muſica figurata obtineret. Factum id præſertim in monaſterio *S. Galli* ex diſciplina B. NOTKERI; de quo tamen ſuisque ſyncellitis ECKEHARDUS in eius vita, NOTKERI ſcilicet
T. I. Rer. Alem. P. II. p. 236. *Balbuli*, apud GOLDASTUM narrat NICOLAUM P. „ non ſolum ea, quæ „ beatus vir NOTKERUS dictaverat, verum etiam ea, quæ ſocii & fratres „ eius in eodem monaſterio *Sancti Galli* compoſuerant, omnia *Canonizaſſe*: „ videlicet hymnos, ſequentias, tropos, letanias, omnesque cantilenas rhyth- „ mice, metrice, proſaice, quas fecerant, & diſciplinas, quas docuerant. “ De altero vero NOTKERO, eiusdem cœnobii monacho, qui *Medicus* dictus fuerat, id ſingulare humilitatis exemplum profert ECKEHARDUS iu-
Ib. P. I. p. 55. nior in libro de caſibus monaſterii *S. Galli*; quod, cum in pangendo hymno *de quodam uno verbo*, *quod metro congrueret*, *diutius hæſitaret*, ECCHARDO Decano, ut id de ſuo adderet, ſupplicaverit.

Eius tenuia veſtigia in cantu chorali, ſeu plano medii ævi. *pag.* 269. *&c.* II. Opus vero haud fuit in poëtica, ut ita dicam, muſica tarditatem aut velocitatem cantus ſignorum ſeu notarum varietate deſignare ac diſcernere, cum ex metricis pedibus colligerent, quantum temporis in qualibet ſyllaba impendendum eſſet; id quod in muſica ἄρσει & θέσει, elatione nimirum & poſitione fiebat, veluti apud MEIBOMIUM in notis ad ARISTIDEM, QUINTILIANUM, pedes diſtinctos definitosque videre licet. Pluribus etiam ſingulorum proprietates expoſuit P. *Io. Bapt.* MARTINI in
T. II. diſſ. II. hiſtoria muſica, quam amice inter nos ita diviſimus, ut mihi ſacra hæc elaboranda relinqueretur; in qua, cum (pleriſque ex pſalmis aliisque divinis canticis ſacræ ſcripturæ deſumtis) cantus hic metricus locum non habeat, alia quadam arte ſuccurrendum fuit, ne muſica noſtra omnino

expers

expers eſſet eius concinnitatis. Eo artificio excelluiſſe videntur cantores illi *Romani* ſub Carolo M. in *Franciam* miſſi, a quibus didicerunt *Franciæ* cantores notam *Romanam*, teſte monacho *Engoliſm.* in vita Caroli M. *excepto quod tremulas, vel vinnulas, ſive colliſibiles, vel ſecabiles voces in cantu non poterant perfecte exprimere;* ut iam ſuperiore libro de notis muſicis notavimus, veteres etiam notas muſicas, antequam uſuvenirent notæ illæ quadratæ, quibusdam lineolis apicibusque deſignaſſe in cantu ac muſica plana flexiones quasdam ac morulas vocis; de quibus T. I. p. 253. in nota quadam prolixum Guidonis *Aretini* locum ex *Micrologi* cap. 15. retulimus, *ut quaſi metricis*, ut rem proſequitur „pedibus cantilena plaudatur, & aliæ voces ab aliis morulam duplo longiorem vel duplo breviorem aut tremulam habeant, id eſt, varium tenorem, quem longum aliquotiens appoſita litteræ virgula plana ſignificat: ac ſummopere caveatur talis neumarum diſtributio, ut cum neumæ, tum eiusdem ſoni repercuſſione, tum duorum aut plurium connexione fiant, ſemper tamen quod aut in numero vocum aut in ratione tenorum neumæ alterutrum conferantur, atque reſpondeant, nunc æquæ æquis, duplæ, vel triplæ ſimplicibus . . . proponatque ſibi muſicus, quibus ex his diviſionibus incedentem faciat cantum, ſicut metricus, quibus pedibus faciat verſum; niſi quod muſicus non ſe tanta legis neceſſitate conſtringit, quia in omnibus ſe hæc ars in vocum diſpoſitione, rationabili varietate miſceri permittit."


Hucbaldus cap. 4. muſicæ diſcipl. explicat, quod ſpecialiter attinet rhythmos illos, qui in ſacris noſtris hymnis frequentantur: facta diviſione muſicæ in harmonicam, rhythmicam, metricam, ut plerique noſtri ex Cassiodoro & Isidoro *Hiſpalenſi.* Auſpicatur a rhythmi definitione, quæ iisdem verbis apud laudatos ſcriptores legitur: „Rhythmica eſt, quæ incurſionem requirit verborum, utrum ſonus bene an male cohæreat. Rhythmus namque metris videtur eſſe conſimilis: quæ eſt modulata verborum compoſitio, non metrorum examinata ratione, ſed numero ſyllabarum, atque a cenſura diiudicatur aurium, ut pleraque *Ambroſiana* carmina. Unde illud: *Rex æterne Domine, rerum creator omnium.* ad inſtar metri iambici compoſitum; nullam tamen habet pedum rationem, ſed tantum concentus eſt rhythmica modulatione. Qui ſcintillam vel perparvam habet metrorum, hic cognoſcere valet noſtrum de hac re ſermonem. Etenim metrum eſt ratio cum modulatione; rhythmus vero eſt modulatio ſine ratione, & per ſyllabarum diſcernitur numerum."

Muſica menſurata.


III. At vero muſica noſtra menſurabilis ſeu figurata, nulla ratione ſyllabarum habita, ſuapte menſuram temporum variam in ſe habet, recteque a FRANCONE definitur: *Muſica menſurabilis eſt cantus longis brevibusque temporibus menſuratus.*

Paullatim medio ævo exculta.

a *Ven. Bedæ T. I. Opp. p.* 372.

IV. Auctor pſeudonymus *de muſica quarta* (ut vitioſe ſcribitur in editione operum Ven. BEDÆ *Colonienſi* an. 1688. pro *quadrata ſeu menſurata* a) breviter, quid in hoc genere muſicæ conſiderandum ſit, exponit: „qualitates, & quantitates, ſimilitudines & diſſimilitudines, diverſorum ſonorum proportiones, tempora & menſuram, nec non & diſtinctiones longarum breviumque figurarum & ſemibrevium.“ Tot notarum figuras, a quibus etiam nomen muſicæ figuratæ eſt, agnoſcit & deſcribit FRANCO in arte cantus menſurabilis cap. IV. *de figuris ſive ſignis cantus menſurabilis* his verbis: „Figura eſt repræſentatio vocis in aliquo modorum ordinate: per quod patet, quod figuræ debent ſonare modos, & non e contrario, *quemadmodum quidam poſuerunt.* Figurarum aliæ ſimplices, aliæ compoſitæ. Compoſitæ ſunt ligaturæ. Simplicium tres ſpecies, ſcilicet longa, brevis, & ſemibrevis: quarum prima in tres dividitur, in longam perfectam, imperfectam & in duplicem longam.“ *Io.* de MURIS iam quartam ſpeciem ſeu figuram agnoſcit, *minimam* ſcilicet *quæ figuratur ut ſemibrevis, niſi quod ſurſum eſt caudata, ut hic* . Coniicere hinc etiam licet, *Ioannem* de MURIS eſſe FRANCONE ætate poſteriorem, quem vel ideo quidam perperam primum inventorem diverſi valoris notarum muſicarum, ſeu auctorem muſicæ menſurabilis faciunt, ut iam a P. MERSENNO recte demonſtratum agnoſcit *I. I.* ROUSSEAU in lex. V. *Meſure.* Is Mſc. *Io.* de MURIS præ oculis *Pariſiis* habuit, locumque profert, qui rem extra dubium ponit: *& moderni nunc moroſa multum utuntur menſura.* Sic etiam FRANCO his verbis *quemadmodum quidam poſuerunt*, alios ante ſe agnoſcit auctores muſicæ menſuratæ. FRANCONEM citat MARCHETUS de *Padua* in epiſtola dedicatoria *Pomerii in arte muſica* ad ROBERTUM *Ieruſalem* & *Siciliæ* regem, qui patri CAROLO II. ſucceſſit an. 1309. ut adeo ad ſæculum duodecimum referendus ſit FRANCO: quod inter & ætatem GUIDONIS, qui floruit adoleſcente ſæc. XI. reponenda ſunt muſicæ menſuratæ primordia. Recte igitur hanc laudatus ROUSSEAU GUIDONE recentiorem facit, cuius quippe notan-

a) Animadvertere autem editor ex primis ſtatim verbis potuiſſet, diverſum eſſe ſcriptorem præcedentis operis *de Muſica theorica.* Quid, quod hic poſterior ex GUIDONE referat exordium rhythmorum de muſica: *Muſicorum & Cantorum magna eſt diſtantia &c.*

tandi ratio, quam conſtantem in eius operibus deprehendimus, nullum notarum valorem agnoſcit, tantum quod ex eius ſententia paullo ante allata valorem ſeu *tenorem longum aliquoties litteræ virgula plana appoſita ſignificat.* Non capio, quam KIRCHERUS hic tribuit GUIDONI inventionem *taſtaturæ polyplectræ*, quam deinde *Ioannes* de MURIS, inventionem *Guidonianam* ad incudem revocando, artificium muſicum omnibus numeris compleverit. Magis ingenioſa nihilominus eſt, excogitata a KIRCHERO potius ad ſui ſæculi uſum, quam *Io.* de MURIS, notarum figuratarum geneſis. „Nam (inquit) ex b & ♮, quibus ſignis GUIDO lineas phonotacticas ſive voces ſignare ſolebat, per continuam additionem vel ſubtractionem notas eruit, quarum ſingulæ ad præcedentem duplæ ſunt quoad temporis prolationem. Atque notas per b. ſignificatas vocavit minimas: notas vero per b nigrum indicatas ſemiminimas, easdem cum cauda fuſas, cum duabus caudis ſemifuſas denominavit, prodieruntque ex uno b quatuor diverſæ notarum ſpecies, minimæ, ſemiminimæ, fuſæ, ſemifuſæ: reliquas vero longioris temporis notas ex ♮ duro ſive quadrato formavit, & per ♮ truncatum utraque parte truncatam formavit hanc notam , quam brevem appellavit: ſemibrevem vero deduxit b rotundo cauda privato,  longam formavit ex ♮ perfecte quadrato & cauda oblonga . Maximam denique ex producta cauda & quadrati duplo maioris productu, ut e latere patet .

L. VII. Muſurg. c.

p. 556.

Quæ cuiusmodi ſint, ex modo dictis patet: uti etiam, quid de eo tenendum, quod a GOLDASTO profertur in notis ad ECKEHARDI iunioris de caſibus monaſterii *S. Galli* c. 4. ex *Petri* HERP *Dominicani* chronico *Francofortenſi* ad annum 1360. *Muſica ampliata eſt. Nam novi cantores ſurrexere, & componiſtæ & figuriſtæ inceperunt alios modos aſſuere.* De profectu nimirum artis & ampliatione hæc intelligi debent: id quod *Ioanni* de MURIS tribui poteſt, qui floruit adoleſcente ſæculo decimo quarto, amicus *Ioannis* de LIGNERIIS, teſte TRITHEMIO, qui eum temporibus LUDOVICI *Bavari* Imp. IV. & IOANNIS Papæ XXII. an. 1330. claruiſſe dicit. Huius pontificis iam audivimus an. 1323. factas querelas contra nonnullos *novæ ſcholæ diſcipulos, dum temporibus menſurandis invigilant,*

Rer. Aleman. T. I. p.117.

De ſcriptor. eccl. c. 580. Lib. VII.

invigilant, novis notis intendunt, fingere ſuas, quam antiquas cantare malunt, in ſemibreves & minimas eccleſiaſtica cantantur, notulis percutiuntur. Novellæ ſcholæ diſcipulos figuriſtas ſui ævi appellat, ad regulas artis iam tunc revocata ea diſciplina, quam, ut ſolet, paullatim enatam efformatamque fuiſſe, ex iis, quæ modo de origine muſicæ menſuratæ diximus, palam fit. Atque ſic accipi poſſunt, quæ iam ex Io. *Sariſberienſi* & Aelredo ſæculi duodecimi ſcriptoribus *Anglis* attulimus, dum ille muſicos ſui ævi inceſſit, qui „ante conſpectum Domini in ipſis penetralibus ſanctuarii laſcivientis vocis luxu, quadam oſtentatione ſui, muliebribus modis notularum, articulorumque cæſuris ſtupentes animulas emollire nituntur." Aelredus vero. „Hic (inquit) ſuccinit, ille diſcinit, alter ſupercinit, alter medias quaſdam notas dividit, & incidit. Nunc vox ſtringitur, nunc frangitur, nunc impingitur, nunc diffuſiore ſonitu dilatatur." Referat huc etiam forte quisquam antiquorum ſtatutorum *Carthuſianorum* ſententiam a Martenio & a nobis ſupra allatam. Prævetur autem, ne imitatione quadam figuriſtarum, numeroſum monachi illi ſeu metricum (vel etiam compoſitum, ut tunc frequens fuit in perieleſibus ſaltem ad finem, quas notavit Lebeuf) ſectentur cantum *fractione & inundatione vocis & geminatione puncti.*

De nugis curial. lib. I. c. 6.

Specul. charit. lib. II. c. 23.

De antiq. eccleſiæ ritib. lib. IV. c. 3. T. III. in fol. 23.

Poſterius hoc, ſi de perieleſibus accipi collubeat, primam contrapuncti denominationem innuere videtur, quam tamen nullibi in monumentis huius medii ævi reperi. Multo certe minus nomen iſtud derivandum exiſtimo a notis illis, quas ex ſolis punctis compoſitas profert Kircherus, aut a punctis illis, quæ muſicæ menſuratæ ſunt propria, vocatque *Augmentationis* Imbertus de *Francia*; ex ſententia *Io.* de Muris vero tria ſignificant, perfectionem temporis, ſignificationem perfectionis, & modi diviſionem quandam.

L. V. Muſurg. c. 2.

Explicatur notarum valor.

V. Varia ſunt, quæ difficillimam reddiderunt theoriam ac praxin muſicæ menſuratæ. Supra inter ſpecimina notarum muſicarum recenſuimus ſchema (Tab. XVIII.) notarum huius muſicæ ad valorem ſigni prolationis brevioris ſeu minoris temporis, perfecti & imperfecti, nec non per diminutionem. Eſt autem prolatio duarum vel trium minimarum vel valoris eiusdem contra ſemibrevem poſitio, ut infra notatur; ita ut prolatio maior tres, prolatio vero minor duas tantum haberet minimas ſemibrevi correſpondentes: prout nimirum tunc obtinebat, ut modus maior & tempus perfectum ſimiliter tres, modus autem brevior & tempus imperfectum duas ſibi ſortiretur reſpondentes, uti in eodem ſchemate cernere licet cum appoſitis etiam ſignis, quæ cantui præfigebant, uti hodieque fit; etſi ad

noſtram

noſtram usque ætatem ſemper decreverit menſuræ illa traditas, quam hic etiam in ſchemate cernere eſt, maxime ubi infra ponitur cum ſuo ſigno modus maior & brevior in maximis, & in longis, per totum vero ſchema numeris arabicis valor cuiusque notæ a maxima usque ad minimam: quas partes prolationis quinque deſignat *Io.* de Muris; ſunt nempe maxima, longa, brevis, ſemibrevis & minima; ita ut poſtremæ duæ ſemibrevis & minima in noſtra muſica maximæ ſint.  quæ ipſæ rarius uſurpantur, ad tempus quadrageſimæ vel lugubrem maioris hebdomadæ paſſionis Dominicæ cantum fere relegatæ.

Quid iam ad noſtram muſicam decerneret Ioannes XXII. qui tunc in ſemibreves & minimas invehitur, quæ ultimæ reſpondent tempori ſeu menſuræ cantus plani, quem ille ſic infuſcari & confundi dolebat: „Adeo ut interdum antiphonarii & gradualis fundamenta deſpiciant, ignorent, ſuper quo ædificant, tonos neſciant, quos non diſcernunt, imo confundunt: cum ex earum multitudine notarum aſcenſiones pudicæ, deſcenſionesque temperatæ plani cantus, quibus toni ipſi ſecernuntur ab invicem, obfuſcentur: currunt enim, & non quieſcunt: aures inebriant, & non medentur: geſtibus ſimulant, quod depromunt, quibus devotio quærenda contemnitur, vitanda laſcivia propalatur.„ Quam gravis vero ad noſtram muſicam figuratam comparata tunc fuerit, quotisque partibus tardior, ex numeris palam fit, qui in ſchemate noſtro notis inſcribuntur, valoremque notarum maximarum, longarum &c. ac normam deſignant usque ad duodecuplum, imo octdecuplo maiorem.

Extravag. commun. lib. III. tit. I. de vita & honeſtate Cleric. cap. un.

VI. Superſunt demum in eadem Ioannis XXII. decretali conſideranda peregrina quædam alia, etiam novæ melodicæ diſciplinæ nomina, quam perſtingit: *Nam melodias*, inquit, *hoquetis interſecant*, *diſcantibus lubricant*, *triplis & motetis vulgaribus nonnunquam inculcant &c. Hoquetus* Ducangio & Carpentierio ſingultus eſt ex *Gallico Hoquet.* Iuxta auctorem de muſica menſurata inter opera V. Bedæ *tria tantummodo ſunt genera, per quæ tota menſurabilis muſica transcurrit, ſcilicet diſcantus, hocetus & organum.* Aſpiratione tamen poſtpoſita Franco, poſtquam mox cap. 2. diviſiſſet diſcantum in ſimpliciter prolatum, truncatum, qui *& ochetus dicitur*, & copulatum, ad finem operis ſeu artis muſicæ menſuratæ cum egiſſet de copula, quam dicit eſſe velocem diſcantum ad invicem copulatum, de *ochetis* peculiari capite tractat. „Ochetus, (inquit) truncatio

Variæque ſpecies muſicæ figuratæ. *Ibid.*

T. I. Opp. pag. 354.

catio eſt cantus, rectis omiſſisque vocibus truncate prolatus. Et eſt ſciendum, quod truncatio tot modis poteſt fieri, quot longam in brevem, vel ſemibrevem contingit partiri. Longa partibilis eſt multipliciter: primo in longam & brevem, & brevem & longam; & ex hoc fit truncatio vel ochetus, quod idem eſt, id quod in uno omittatur brevis, in alio vero longa. "

Poſtquam locutus fuerat de aliis eiusmodi truncationibus in tres breves vel duas, vel etiam in plures ſemibreves, interiectis etiam pauſis (*ita quod quando unus pauſat, alius non pauſat, vel e contrario*, ex quibus creentur *ocheti vulgares*) ſingularem quæ ad rem eſt, organi deſcriptionem affert: *Organum*, inquit, *proprie ſumtum eſt cantus non in omni parte ſua menſuratus.* De notione organi pro humana voce ſeu cantu, qua nihil frequentius fuit medio ævo, paſſim aliqua in hoc opere notata reperies. Eadem forte eſt ratio vocis lira, quam in FRANCONE reperimus. Integrum hic exſcribere locum iuvat, ſi forte ad hanc potius, quam ad ſequentem de inſtrumentis muſicis pertineat tractationem. „Diſcantus autem fit cum lira, aut cum diverſis, aut ſine lira & cum lira: ſi cum lira hoc dupliciter; cum eadem aut cum diverſis. Cum eadem lira fit diſcantus in cantilenis, & rodellis & cantu eccleſiaſtico. Cum diverſis liris fit diſcantus, ut in motettis, qui habent triplum, vel tenorem, qui tenor cuidam liræ æquipolleat. Cum lira & ſine lira fit diſcantus in conductis, & in cantu aliquo eccleſiaſtico, qui proprie organum appellatur. Et nota, quod in his omnibus idem eſt modus operandi, excepto in conductis, quia in omnibus aliis primo accipitur cantus aliquis prius factus, qui tenor dicitur, eo quod diſcantum tenet, & ab ipſo ortum habet. In conductis vero non ſic, ſed fiunt ab eodem cantus & diſcantus &c. "


Rodellus idem eſt, ac apud DUCANGIUM *Rondellus*, quem ſic deſcribit: *Muſicis noſtris Rondeau Intercalaris cantilena;* affertque locum *Io.* de MURIS ſequentem: *Notulæ rubeæ aliquando ponuntur in elegiis, & rondellis huc & illuc, ut ad invicem poſſint cum aliis perfectionibus computari.* Addit DUCANGIUS: *Poetæ noſtrates etiam Rondeau vocant rhythmum orbicularem, & Hiſpani Rondelet circularem cantilenam.* De conductu vero quæ adhuc leguntur apud FRANCONEM, indicant modulatum admodum fuiſſe cantum: „Quia (inquit) qui vult facere conductum, primo cantum invenire debet pulchriorem, quam poteſt, deinde uti debet illo, ut de tenore faciendo diſcantum, ut dictum prius. " DUCANGIUS Voce *conductus* ex HENRICO a *Gandavo* refert, GERARDUM monachum S. QUINTINI in *Inſula* edidiſſe antiphonas & reſponſoria pro feſto S. ELISABETHÆ *Turingiæ*, iisque hymnos adieciſſe PETRUM canonicum S. AUTBERTI


Ca-

Cameracenſis, & compoſuiſſe etiam *cantica*, *quæ vulgo Conductus vocant. Conductus*, quod ad præſens attinet argumentum, Ducangii continuatori eſt canticorum ſpecies, *Gallis* etiam *Conduis* dicta; quam in rem locum habet ex MS. libro II. *Mirac. B. M. V.* alium vero *Reg. viſitat.* Odonis archiepiſcopi *Rotomagenſis* ab an. 1248. ad an. 1259. ex cod. reg. ſequentem: *In feſto S. Ioannis & Innocentium nimia iocoſitate & ſcurrilibus cantibus utebantur* (moniales monaſterii *Villaris*) *utpote farſis*, *conductis*, *motulis*: *præcepimus*, *quod honeſtius & cum maiori devotione alias ſe haberent.* Motuli idem hic videntur eſſe, ac motelli apud pſeudonymum Bedam, qui eandem etiam conductis coniungit vocem, practicæ *Pag.* 353.
muſicæ definiendo partes, ſcientiam ſcilicet de gravi, medio, & acuto ſono &c. & *quomodo ex his componuntur motelli, ſeu conducti vel organa.* Et poſtea de figuris, ſeu notis figuratis cantus menſurabilis agens dicit, eas aliquando poni cum littera, aliquando ſine illa. Cum littera vero, ut in motellis, & ſimilibus; ſine littera, ut in neumis conductorum & ſimilibus &c. Exiſtimo, motula ſeu motella hæc eadem eſſe cum motetis, de quibus ſupra quoque locum Durandi retulimus *de modo generalis Concilii celebrandi:* qui iam finiente ſæculo XIII. ſuadet, honeſtum eſſe, quod cantus indevoti & inordinati motetorum & ſimilium non fierent in eccleſia &c. Alium locum profert Carpentier ex MSS. conſtitutionibus *Carmelit.* P. I. Rubr. 3. *Neque motetos*, *neque uppaturam*, *vel aliquem cantum magis ad laſciviam*, *quam devotionem provocantem aliquis decantare habeat*, *ſub pœna gravioris culpæ.* De uppatura non occurrit, quod addam.

Alterius generis cantiones plures habentur in MS. codice *San-Blaſiano* 400. circiter annorum ſub nomine *Mutetus*; quæ eiusmodi ſunt, ut facile originationem ex Gallico *Mot*, vel Italico *Motto*, uti quidam ſtatuunt, admittant: cum enim reliqui omnes diſcantus eius codicis, quibus totus refertus eſt, ordine ſeu nota contra notam, quem contrapunctum nominamus, cantum ſuum ſequantur, ut ex allatis ſubinde ſpeciminibus palam eſt; in his mutetis plerumque vox aliqua pro Tenore notatur, ut in primo ſchemate *Iam.*

Mutetus.




Iam. Iam nu be di-
ſol vi tur. Iam. Iam pa tet ga la xi a. Iam.
Flos de Spi na rum pi tur. Iam. Iam o ri tur Ma ri-
a. Iam ve rum ſum me cer ni tur. Iam. Iam
de mon ſtra tur vi a. Iam. pro no bis pi a. ex
o ret Ma ri a. ut ſum ma fru a tur glo ri a.
I am.
Tenor.
Iam. Iam no-
vum ſi dus o ri tur. Iam Iam pa tet ga la-
xi



In ſecundo *Alleluia*, ut ſequitur ad finem paginæ averſæ, *Tenor* notatur.

Mutetus.






Melodia hic in *Alleluia* nulla deſignatur, quæ eſt in Tenore tertii ſpeciminis: *Tota pulchra &c.* econtra ſine textu, ſeu ullo verbo.

Mute-

Mutetus.


T o ta pul chra es a mi ca me a.
Et ma cu la non eſt in te fa uus di ſtil lans la bi-
a tu a. Mel & lac ſub lin gua tu-
a. O dor un gen to rum tu o rum. Su-
per om ni a a ro ma ta. Iam e nim yemps
tran ſi it. Ym ber a bi it & re ceſ ſit.
Flo res ap pa ru e runt ui ne e flo-
ren tes o do rem de de runt. Et uox tur tu ris au di-



Tenor.



In quarto ſpecimine de Dedicatione nec quidem Tenor aliquis notatur: quam ob varietatem volui omnis generis ſchemata oculis ſubiicere, ne quid deſiderare harum rerum curioſi queant.

De Dedicatione Mutetus.




no mi ni. Et i pſe ſün da vit e am al tiſ ſi-
mus ut in vo ce tur in e a pi iſ ſi mus
Et ac ci pi at Pe tens i bi que rens in ve ni at
Et pul ſan ti por ta pa te at gra ci e. Pe ten ti-
bus eſt lo cus ue ni e. Pre ſtet hoc pa tris ſu pre-
ma po ten ci a. U bi mi ra & im men ſa ſa pi-
en ci a Et pneumatis al ma bo ni tas a men di cat
om ni a.

Benedicat



Retulimus T. I. p. 515. prout proxime ſequitur in eodem codice, mutetum de Dedicatione, *Benedicamus Domino*, cum longo Tenoris uniſono tractu, qualem non raro a *Græcis* hodiernis ex tempore adhibitum in eorum Sacris audivi.

CAP. III.

CAPUT III.

De organis, aliisque inſtrumentis muſicis paullatim in eccleſiam inductis.

I.

Tertium muſicæ genus eſt inſtrumentale, quod prima eccleſiæ ætate inauditum in ſacris chriſtianis, medio demum ævo, ſi quidem illud etiam longius poſt ætatem S. Gregorii M. auſpicari lubeat, parvis initiis, ac lentis progreſſibus in eccleſiam ſe ſe inſinuare cœpit ac intromitti. Vix porro eſt inſtrumentum aliquod muſicum aliud, præter organa, quod ad cultum religionis ſit adhibitum medio ævo in occidentali eccleſia; in orientali quippe teſte Zonara, *ὁ οὐ δι' ὀργάνων γίνεται, ἀλλὰ διὰ ζωῆς φωνῆς ἐναρμονίου τῷ θεῷ ᾄδεται, id non per inſtrumenta fit, ſed viva voce modulando Deo cantatur.* Soli *Armeni Abyſſini* quibusdam etiamnum utuntur inſtrumentis.

Muſica inſtrumentalis medio ævo demum ſacris chriſtianis illata.

II. „Organa (ſcribit S. Augustinus in pſal. LVI. n. 16.) dicuntur omnia inſtrumenta muſicorum. Non ſolum illud organum dicitur, quod grande eſt, & inflatur follibus; ſed quidquid aptatur ad cantilenam, & corporeum eſt, quo inſtrumento utitur, qui cantat, organum dicitur.“ S. Doctorem ſecutus, „Organum (inquit S. Isidorus) vocabulum eſt ge„nerale vaſorum omnium muſicorum; hoc autem, cui folles adhibentur, „hydraulum *Græci* nominant; ut autem organum dicatur, magis ea vul„garis eſt conſuetudo.“ Palam eſt, eum confundere hydraulica & pneumatica organa; cum eo facere videtur Eginardus de tranſlat. SS. MM. Marcellini & Petri, loquens de Georgio *Veneto, qui de patria ſua ad imperatorem venit, & in Aquenſi palatio organum, quod Græce hydraulica vocatur, mirifica arte compoſuit.* Annales tamen *Fuldenſes* ad an. 828. de celebri illo organo *Aquisgranenſi*, de quo mox plura, ſic habent: Gregorius *quidam presbyter de Venetia, cum* Baldrico *comite Foroiulienſe veniens, organum hydraulicum Aquisgrani fecit.* Aurelianus *Reomenſis*, qui poſt ſæculum fere ſcripſit de muſica, dum cap. 3. inſtrumenta muſica percenſet, organa notat, *quæ aqua moventur*; de pneumaticis autem

Organa hydraulica.

Lib. III. Etimol. c. 21.

nihil addit. Ducangius ex Wilhelmo *Malmesbur.* docet, organorum etiam hydraulicorum uſum obtinuiſſe in noſtratibus eccleſiis. Et ſi quidem Wilhelmus de re ſatis comperta ſuo etiamnum tempore loqui cenſendus ſit, ut videtur, organa hydraulica ad ſæculum duodecimum in *Anglia* ſunt ſervata: „Extant etiam (inquit ille) apud illam eccleſiam doctrinæ ipſius monumenta, horologium arte mechanica compoſitum, organa hydraulica, ubi mirum in modum aquæ calefactæ violentiam ventus emergens implet concavitatem barbiti, & per multiforatiles tranſitus æneæ fiſtulæ modulatos clamores emittunt.“ *Iſ.* Vossius vero de Poematum cantu & viribus rhythmi ex Cassiodori loco in pſal. 150. quo organa pneumatica deſcribit, colligit, iam tunc ceſſaſſe organa hydraulica.

Theſ. ant. ſacr. Vol. XXXII. p. 251 & 1095. Deipnoſ. lib. IV. cap. 23. p. 174.

Preface pag. VIII.

a *Hiſtoire de la muſique & des ſes effets T. I. p. 58.*

L. De anima cap. 14.

Habet Vossius, & ex eo *Salomon* van Til apud Hugolinum ectypon ſeu conſtructionem huiusmodi organi, quæ Heronis & Vitruvii, qui hoc inſtrumentum deſcribunt, verbis ex æquo conveniat. Extat etiam apud Athenæum inſtrumenti hydrauli deſcriptio, quam auctor Anonymus ex congreg. S. Mauri in præfatione operis inſcripti (Explication de divers monumens ſinguliers, qui ont rapport a la religion) adaptat ſuo hydraulo, quod in marmore quodam anniverſarium mortis *Bacchi* repræſentante, quid præciſe eſſet, aſſequi non potuit: a Matthæo *Ægyptio* poſtea hydraulum eſſe perſuaſus eſt ſimplex illud inſtrumentum, quod bacchans humero geſtat; quod recte organorum hydraulicorum parentem vocat laudatus Anonymus a). Auctor *hiſtoriæ Muſicæ Gallus* memorat organa hydraulica nuper a P. *Sebaſtiano* Carme, quem mathematicum inſignem deprædicat, compoſita: an votis laudati Anonymi reſpondeant, ignoro. Tertullianus Archimedem, præſtantiſſimum mathematicum, auctorem organi hydraulici facit; alii plerique antiqui ſcriptores Ctesibium inventorem dum faciunt, ex dictis de duplici inſtrumento hydraulico forte conciliari poſſunt. Tertullianus certe grande opus deſcribit, quale non eſt, quod Athenæus & alii Ctesibio tribuunt. „Specta (ſunt verba Tertulliani) potentiſſimam Archimedis munificentiam, hydraulicum organum voco, tot partes, tot compendia ſonorum, tot commercia modorum, tot acies tubarum, & una moles erant omnia. Spiritus ille,

a) Puisque (inquit) c'eſt lui, qui les a enfantées. En effet, l'Hydraule etoit en petit ce, que les orgues ſont en grand; auſſi eſt-ce de la, que vient le nom, qu'elles portent: car on trouve, que les Auteurs tant *Grecs* que *Latins* ne parlent gueres de l'hydraule ſans le deſigner par le nom general & indefini d'organum: je vois meme qu'ils en ont connu rarement la ſtructure. C'eſt pourquoy je voudrois bien ſavoir, ſi les Ctesibius de nos jours pouroient d'abord retrouver le chemin, que l'hydraule a fait jusqu'a l'orgue, & enſuite deſcendant de l'orgue jusqu'a l'hydraule expliquer le mechaniſme de cet inſtrument.

ille, qui de tormento aquæ anhelat, per partes adminiſtratur, ſubſtantia quidem ſolidus, opera diviſus." Adde Porphyrium in *Panegyrico*:

Perque modos gradibus ſurget fœcunda ſonoris,
Ære cavo & calamis pariter creſcentibus aucta.
Quis bene ſuppoſitis quadratis ordine plectris
Artificis manu in numeros clauditque aperitque
Spiramenta?

III. Sed hæc perinde quadrant ad organum, cui folles adhibentur, ut calami ventum concipiant, ſeu *quod grande eſt*, iuxta S. Augustinum, *& inflatur follibus*. Pluribus, prout hodie conſtruitur tractaturque, deſcribit Cassiodorus in pſalm. CL. „Organum itaque (inquit) eſt quaſi turris quædam diverſis fiſtulis fabricata, quibus flatu follium vox copioſiſſima deſtinatur; & ut eam modulatio decora componat, linguis quibusdam ligneis ab interiore parte conſtruitur, quas diſciplinabiliter magiſtrorum digiti reprimentes, grandiſonam efficiunt & ſuaviſſimam cantilenam." Nonnunquam in MSS. quæ de muſica tractant, affabre depictas vidi huiusmodi ſtructuras organi in turris formam: aut prout auctor epiſtolæ ad Dardanum inter opera S. Hieronymi pſeudonyma, deſcribit primo loco inter *diverſa genera muſicorum*, ſcilicet inſtrumentorum. „Primum, (ait) omnium ad organum, eoquod maius eſſe his in ſonitu & fortitudine nimia computatur, clamores veniam: de duabus elephantorum pellibus concavum coniungitur, & per duodecim fabrorum ſufflatoria comprenſatur: per quindecim cicutas æreas in ſonitum nimium, quos in modum tonitrui concitat: ita ut per mille paſſuum ſpatia ſine dubio ſenſibiliter utique & amplius audiatur; ſic apud *Hebræos* de organis, quæ ab *Ieruſalem* uſque ad montem *Oliveti*, & amplius, ſonitu audiuntur, comprobatur." De inſtrum. *Magrepha* vid. Hugolin. *Theſ. ant. ſacr.* T. XXXII. p. 1122. &c.

Organa pneumatica.

T. II. ed. Maur. pag. 477.

T. V. ed. Maur. p. 191.

Ad deſcriptam hic formam exacta ſunt duo organorum ſchemata, quæ æri inciſa repræſentamus. Prius ex Mſc. *San-Emeramenſi* 800. circ. annorum: id, præterquam quod ruditer adeo ſit adumbratum, ut niſi adiecta eſſet deſcriptio, ex lineis nihil minus quam organi imago coniiceretur; duodecim etiam tantum habet cicutas æreas. Recte vero quoad omnia adumbratum eſt alterum ſchema ex cod. *San-Blaſ.* annorum circ. 500. qui tamen iam igne conſumtus eſt; quibus addi poteſt recentius quidem *Ioannis* Keckii doctiſſimi monachi *Tegernſeenſis*, quod adiectum reperi operi eius inedito de muſica. Ubi illud imprimis notabile eſt, quod ad tres octavas non penitus aſcendat organum Keckii. Quam in rem inſignis eſt locus Engelberti *Admontenſis*: „Ad tres autem diapa-

Tab. XXIII. Num. I. Tab. XXVII. Num. I. Tab. XXXV.

Tr. III. c. 12.

ſon extendi numerum vocum, non patitur vox humana: quia nunquam vel rariſſime audiuntur cantores in tertia diapaſon cantantes, vel in ea diſcantu cum aliis inferioribus concinentes. In organis etiam non patiuntur fiſtulæ, nec in citharis aut pſalteriis chordæ, uſque ad tam gracillimum & acutiſſimum ſonum fiſtulas conſtringi, vel chordas ſubtiliari & extendi. " Exhibebimus nihilominus infra citharas viginti quatuor chordarum, ad præſcriptum auctoris epiſtolæ ad Dardanum, ex codice, Engelberto, ſæculo nimirum decimo tertio, haud inferiore. Adiungimus poſt Mabillonium verſus Walafridi *Strabonis*, ex carmine de apparatu templi *Aquisgranenſis*, deſcriptionem percelebris organi *Aquisgranenſis* ſæc. IX. continentes, in qua licentia poetica in eo certe conſpicua eſt, quod fœmina exanimata ex ſonorum ſuavitate vitam amiſerit:

At alia de parte nitens fulgore coruſco
Auratus diſcurrit eques, comitante pedeſtri
Agmine, tintinnum quidam, quidam organa pulſant.
Dulce melos tantum vanas deludere mentes
Cœpit, ut una ſuis decedens ſenſibus, ipſam
Femina perdiderit vocum dulcedine vitam.
Cedant magna tui ſupereſt figmenta coloſſi
Roma; velit Cæſar magnus; migrabit ad arces
Francorum, quodcumque miſer conflaverit orbis.
En queis præcipue iactabat Græcia ſeſe
Organa Rex magnus non inter maxima ponit.

Paullo poſt clarebit, quo poſtremi ſpectent verſus, pariter ac monachi *San-Gallenſis* (quem ſunt qui Notkerum *Balbulum* eſſe putent) verba ſequentia ex lib. II. de vita Caroli M. „Adduxerunt etiam iidem Miſſi (Constantini *Copronymi* ſc. imperatoris) omne genus organorum, ſed & variarum rerum ſecum, quæ cuncta ab opificibus ſagaciſſimis Caroli quaſi diſſimulanter aſpecta, accuratiſſime ſunt in opus converſa: & præcipue illud muſicorum organum præſtantiſſimum, quod doliis ex ære conflatis, follibusque taurinis per fiſtulas æreas mire perflantibus, rugitu quidem tonitrui boatum, garrulitatem vero lyræ vel cymbali dulcedine coæquabat. Quod ubi poſitum fuerit, quamdiuque duraverit, & quo modo inter alia reipublicæ damna perierit, non eſt huius loci vel temporis enarrare."

Inde a ſæculo VIII. in Occidente. *T. II. p. 182.*

IV. Refert hæc Mabillonius tum præfat. I. in ſæculum III. Ord. S. Bened. n. 105. cum in *Annal. Benedict.* ad an. 757. quo magno conſenſu

ſu veteres annaliſtæ primum organa veniſſe in *Gallias* referunt, dono, ut iam memoravimus, CONSTANTINI Imp. miſſa PIPINO. Magnum numerum huiuſmodi teſtium citat *Marq.* FREHERUS ad oram Annal. *Francorum Fuldenſium*; alios item *Carolus le* COINTE in annalibus eccleſiaſt. *Francorum* ad eundem annum, veluti etiam *Centuriatores Magdeburgenſes.* Unus *Annaliſta Saxo* ad annum præcedentem rem refert, & tamen organum ad PIPINUM in *Compendio* villa veniſſe vult, *ubi tunc populi ſui generalem conventum habuit.* Oſtendit vero COINTIUS, anno demum ſequenti necdum inceptum fuiſſe conventum illum, dum munera imperatoris *Cpolitani* ad PIPINUM ſunt delata. Paſſim equidem, qui de vitis ſummorum Pontificum ſcribunt, ad fidem libri pontificalis, VITALIANO circa an. 660. tribuunt, quod organorum uſum in eccleſiam invexerit: *Compoſuit regulas eccleſiaſticas, & inſtituit cantum adhibitis inſtrumentis, quæ vulgari nomine organa dicuntur.* BALLÆUS in teſtem poetam *Ioh. Bapt.* MANTUANUM adducit: ſic vero ſcribit: „VITALIANUS *patria Signinus* vel *Campanus*, inſignis muſicus, cantum in templis circa an. Dom. 660. & organa per conſonantias humanis vocibus adhibuit, iuxta illud *Baptiſtæ* MANTUANI:

Script. rer. German. T. I. p. 9. T. V. p. 559. Apud Eccard. Corpus ſcript. medii ævi T. I. p. 143.

Signius adiunxit molli conflata metallo
Organa, quæ feſtis reſonant ad ſacra diebus.

BALLÆI verba intelligi queant de arte illa *organandi* humanis vocibus, quam ſupra ex monacho *Engoliſmenſi* a cantoribus *Romanis* ſub CAROLO M. in *Gallias* allatam retulimus. Superius divinavimus, cantores *Vitalianos* in libro de vita B. NOTKERI *Balbuli* c. 8. apud GOLDASTUM nominatos, in hoc genere muſices verſatos fuiſſe. Sic autem ibi: *Hic eſt ille* VITALIANUS *Præſul, cuius adhuc hodie cantum, quando apoſtolicus celebrat, quidam qui dicuntur* VITALIANI, *ſolent edere in præſentia eius.* Nomen hoc peculiare cantores hoc ſortitos fuiſſe, niſi ob ſingularem aliquam modulationem, quis afferat? Talis vero eſt cantus ille organicus vocum humanarum ſymphonia, cum de altero illo organorum pneumaticorum uſu in eccleſia, aliquot poſt VITALIANUM ſæculis, nec veſtigium appareat. Notat DUCANGIUM MURATORIUS, dum in gloſſario lat. organa fuiſſe *Veronenſi* eccleſiæ tempore CAROLI M. inde collegit, quod apud UGHELLIUM T. V. *Ital. ſacræ* in duabus chartis circiter ea tempora ſcriptis occurrat *Porta organi.* „Sed (addit MURATORIUS) quod una ex portis *Veronæ* nomen hoc prætulerit, ibique prope etiam conditum fuerit anti-

Uti & cantus organicus.

Rer. Alem. T. I. P. II. p. 230.

Antiq. medii ævi T. II. p. 358.

quiſſimum cœnobium appellatum ſanctæ Mariæ ad organum, non continuo inferre poſſumus, organa pneumatica in uſu *Veronenſibus* tunc templis fuiſſe. Nil rei habet Porta cum templis. Præterea vocabulo organi veteres complectebantur quæcunque muſicorum inſtrumenta."

Venetus fuit Georgius ille presbyter, quem cum Baldrico comite *Foroiulienſi* veniſſe ex annal. *Fuldenſ.* ad an. 826. notavimus. Ad eundem annum narrat Eginardus, veniſſe Georgium de *Venetia, qui ſe organum poſſe facere aſſerebat. Quem imperator Aquisgrani cum* Thencolfo *ſacellario miſit, & ut ei omnia ad id inſtrumentum efficiendum neceſſaria præberentur, imperavit.* De eo organo Ermoldus *Nigellus* de rebus geſtis Ludovici *Pii* lib. IV. hæc ſcribit:

Organa quin etiam, quæ nunquam Francia credit,
Unde pelaſga tument regna ſuperba nimis;
Et quis te ſolis, Cæſar, ſuperaſſe putabat
Conſtantinopolis, nunc Aquis aula tenet.
Fors erit indicium, quod Francis colla remittant,
Cum ſibi præcipuum tollitur inde decus.

Eccardus, qui hæc refert, Ermoldum hunc in aula Ludovici fuiſſe putat. Walafridus *Strabo* organum illud, ut vidimus, inter apparatum baſilicæ *Aquisgranenſis* ponit.

Artem vero fabricandi organa cito *Germaniam* eſſe pervagatam, inde palam fit, quod *Italiæ* ſuppeditare potuerit artificem ſub finem eiusdem ſæculi IX. ut diſcimus ex epiſtola Ioannis VIII. P. ad Annonem epiſcopum *Friſingenſem*: *Precamur autem, ut optimum organum cum artifice, qui hoc moderari & facere ad omnem modulationis efficaciam poſſit, ad inſtructionem muſicæ diſciplinæ nobis aut deferas, aut cum eisdem redditibus mittas.* Viciſſim vero ſequenti ſæculo ex *Italia* organa expeti potuiſſe ac deſiderari, patet ex epiſtolis Gerberti, qui poſtea Sylvester II. Papa
T. IV. p. 34. & 40. fuit appellatus, quas Mabillonius in annalibus *Bened.* ad annum 986, 987. affert. Harum prima ad Geraldum abbatem *Aureliacenſem* ſcripta eſt, a quo rogatus fuerat, ut organa ſibi in *Italia* poſita transmittat; altera mox anno ſequenti ad Raymundum Geraldi ſucceſſorem. In prima dicit, organa, quæ ſibi dirigi poſtulabat Geraldus, in *Italia* conſervari, pace regnorum facta ipſi repræſentanda. Quæ verba clariora ex altera epiſtola fiunt, quam integram affert Mabillonius; ad rem vero hæc habet: „At quoniam domina mea Theophania imperatrix ſemper „auguſta VIII. Kal. *Aprilis* proficiſci me ſecum in *Saxoniam* iubet, eo„que quosdam ex meis monachis ac militibus ab *Italia* convenire iuſſi,

„ nunc

„nunc non habeam, quod certum ſcribam ſuper organis in *Italia* poſi-
„tis, ac monacho dirigendo, qui ea conducat. “

V. Apparet hinc iam tum, vergente nimirum ſæculo decimo, monachos etiam his artibus ac ſtudiis fuiſſe deditos. In rhythmis alphabeticis ADELMANNI apud MABILLONIUM laudatur:

Uſus organorum in monaſteriis. *Analect. ed. nov. in fol. p.* 382. *T. IV. p.* 34. & 40.

Karitate Sigo noſter plenus atque gratia,
Multa præbens ore, manu, advenis ſolatia
Singularis organali regnabat in muſica.

Videtur is eſſe MABILLONIO SIGO abbas monaſterii *S. Florentii Salmurenſis* ad *Ligerim*, vir ſuo tempore, medio nimirum ſæculo undecimo, clariſſimus: hunc in Annalibus dilaudat divinis charismatibus illuſtrem, putatque, eundem forte eſſe cum SIGONE cantore *Carnutenſis* eccleſiæ; quem alibi in analectis memorat, FULBERTI epiſcopi inſignem diſcipulum, ſapientia vitaque clarum. SIGONEM abbatem muſicæ ſcientia excelluiſſe, alias traditur. Quod vero hic *ſingularis organali* regnaſſe *in muſica* dicitur, duplici ſenſu, iuxta ſuperius explicata, accipi poteſt; nimirum vel de organo etiam vocum ſeu arte organandi, ut medio ævo vocabant harmoniam duarum aut plurium vocum per conſonantias muſicas ſimul concinentium, quam polyphoniam appellamus: vel de organali muſica, qua nunc agimus. Quam forte pariter indicare voluit ADELMANNUS, cum iam medio ſæculo decimo ingentia triginta follium, quos ſeptuaginta verſabant viri, organa in *Ventano Angliæ* monaſterio, ab ELFEGO *Ventano* epiſcopo conſtrui curata, a WOLSTANO monacho in prologo ad vitam metricam S. SWITHUNI celebrentur, his verſibus apud MABILLONIUM:

T. IV. 551. 615. 616.

Præfat. in ſæc. III.

Talia & auxiſtis hic organa, qualia nusquam
Cernuntur, gemino conſtabilita ſono.
Biſſeni ſupra ſociantur in ordine folles,
Inferiusque iacent quatuor, atque decem
Brachia verſantes, multo & ſudore madentes.
Certatimque ſuos quisque monet ſocios,
Viribus ut totis impellant flamina ſurſum,
Rugiat & pleno Kapſa referta ſinu.
Sola quadringentas quæ ſuſtinet ordine muſas,
Quas manus organici temperat ingenii.

Addit locum ex BALDRICI *Dolenſis* archiepiſcopi epiſtola ad monachos *Fiſcamnenſes*, quo organorum in monaſteriis uſus ſæc. XII. non ſolum aſſeritur, ſed etiam laudatur: *Illa,* ſunt BALDRICI verba, *in eccleſia unum*

erat,

erat, quod mihi non mediocriter complacuit, quod ad Deum laudandum & excitandum DAVID *canticis ſuis inſervit :* laudate, inquit, Dominum in chordis & organo. *Ibi ſiquidem inſtrumentum vidi muſicum, fiſtulis æreis compactum, quod follibus excitum fabrilibus, ſuavem reddebat melodiam : organa illud vocant, certisque temporibus excitabant.*

Singulariter ſunt notanda, quæ idem MABILLONIUS textui huic interponit verba in *Annal. Bened.* quibus organi uſus etiam ille explicatur, quo altera organi, ſeu organandi ratio ſubintrat, polyphonia ſcilicet, ſeu conſonantiarum unio : *Graves*, inquit, *acutas & medias uniens voces, ut quidam concinentium chorus putaretur.* Recte quidem ex citatis verbis collegit MABILLONIUS, rariora tunc adhuc id genus inſtrumenta fuiſſe, nec omnibus probata; quod ex ſequentibus eiusdem epiſtolæ verbis patet: „Non tamen ignoro, quia ſunt multi, qui tale quid in ſuis non habentes eccleſiis, eos, qui habent, murmurando dilapidant : quos non obloquentes & detrahentes audemus nuncupare, qui, quod organa nobis innuant, neſciunt exponere, nec attendentes chordarum modulatione animi motus mitigari." Quod cum DAVIDIS in SAULEM, & ELISÆI in ſe ipſum exemplis probaſſet : „Non igitur aberramus (ſubdit) ſi tantorum patrum veſtigia, ut poſſumus, imitamur... Ego ſiquidem in modulationibus organicis non multum delector : ſed per hoc ad intelligendum excitor, quod ſicut multimodæ fiſtulæ varii ponderis & diverſæ magnitudinis in unam agitatæ conveniunt cantilenam : ita homines in unam debent convenire ſententiam, a Spiritu ſancto inſpirati, & in unum convenire voluntatem." Demum poſt multa ſimilia, quæ in *Neuſtria pia* legi poſſunt a MABILLONIO citata, ita concludit : *Si igitur organa habemus, eis uti eccleſiaſtica conſuetudine permittimur ; ſin autem, ſine ſacrilegio eis carere poſſumus.* Hæc vero omnia BALDRICI ſilentio prætetit MARTENIUS in commentario ad caput XVIII. regulæ S. BENEDICTI, *de diſciplina pſallendi ;* dum exemplo *Wintonienſis* monaſterii alia etiam, *Rameſienſis* ex chronico *Rameſ.* ſæc. V. *Bened.* p. 756. & *Cavenſis* monaſterii apud BOLLAND. ad vitam S. PETRI Abb. *Cavenſis* 4. *Martii*, addit, ſed cum exceptione ſemper aliqua. a) Supra

T. V. num. XXXIV. pag. 505.

a) Certe (inquit) organorum uſum apud veteres monachos raro invenies. Aliqua in novo *Wintonienſi* monaſterio ELFEGUS conſtruxiſſe dicitur in vita metrica S. ATHELVOLDI ; ſed hoc in cathedrali eccleſia, quæ monachis *Benedictinis* olim *Wintoniæ* commiſſa erat. Similiter *Rameſienſi* baſilicæ comes ALDERMANNUS triginta libras ad fabricandos cupreos organorum calamos erogavit, qui in alveo ſuo ſuper unam cochlearum denſo ordine foraminibus inſidentes, & diebus feſtis follium ſpiramento fortiore pulſati, perdulcem melodiam & clangorem longius reſonantem ediderunt ; ſed hoc comitis liberalitate, non monachorum expenſis. Denique ex MS. chronico *Cavenſis* monaſterii organorum mentionem reperi in Dedicatione eccleſiæ ab URBANO II. facta ; ſed hoc in ſumma feſtivitate, & præſente ſummo Pontifice. Cæterum in noſtris *Galliis*, dubito, an viſa fuerint in monachorum eccleſiis organa ante trecentos, aut ad ſummum quadringentos annos.

Supra laudavimus B. Aelredum *Rhievallenſem* abbatem ſæculi XII. cui improbatur *terribilis ille follium flatus*, *tonitrui potius fragorem, quam vocis exprimens ſuavitatem*; ut adeo exceſſum, ſeu tumultum follium vituperet in organis; quæ eodem ſæculo XII. circa medium Venerabilis Petrus *Cluniacenſis* defendit adverſus *Petrobruſianos* iisdem, quibus laudatus Baldricus, exemplis Davidis & Elisæi: „Deus enim (inquit) „quod voces pie cantantium, & ſonos religioſe organizantium benigne ſuſciperet, & inter alia divina obſequia, hæc quoque devote exhibita approbaret, tantorum prophetarum tam ſublimibus exemplis voluit indicare.“ D. Thomam, qui ſæculo ſequenti XIII. adhuc aſſerebat: *Inſtrumenta muſica non* aſſumere *eccleſiam in divinas laudes*, *ne videatur iudaizare*, ſupra de aliis inſtrumentis, quam de organis ſumus interpretati; quem ferme uſum adhuc finientis decimi quarti, aut ineuntis decimi quinti ſæculi *Io.* Gerson, qui tunc vixit, atteſtatur. „Habet vero (ſcribit Tr. I. de canticis) modernus uſus appropriationem, nec irrationabiliter ad organa ex plumbeis vel ſtanneis fiſtulis, quæ cum follibus, & cum digitis multiplicem & perfectam habent inter aliud quodlibet inſtrumentorum vocalium reſonantiam fiſtularum; quæ fiſtulæ non illiberales appellandæ ſunt, quia non oris deformatione, ſed follis inflatione ſonant. Hoc ſolum vel præcipuum retinuit eccleſiaſtica conſuetudo muſicum genus inſtrumenti, cui vidimus aliquam iungi tubam, rariſſime vero bombardas, ſeu thalemias, ſeu cornemuſas grandes, aut parvas, vel alia. Si qua ſint, quæ nominaverimus inſtrumenta; qualia Danielis liber omnia concludere videtur in adoratione ſtatuæ ſub omni genere muſicorum.“

T. XXII. Bibl. PP. it. in Bibl. Cluniac. p. 1229. §. ult.

2. 2. q. 91. art. 2.

T. III. Opp. P. II. p. 628.

VI. Generalem organi notionem, ita ut, iuxta S. Augustinum, *quidquid aptatur ad cantilenam & corporeum eſt, quo inſtrumento utitur, qui cantat*, *organum* ſit, firmat laudatus *Io.* Gerson ceu receptam: *Cæterum latius adhuc organa recipiuntur a Gloſſis pro muſico qualicunque compingatur inſtrumento.* S. Isidorus tamen, quique eum ſecuti ſunt ſcriptores de re muſica medii ævi, vocabulum reſtringunt ad certum quoddam muſicorum inſtrumentorum, quæ vento inflantur, genus. *Organica eſt*, inquit, *in his, quæ ſpiritu inflante completa, in ſonum vocis animantur, ut ſunt tubæ, calami, fiſtulæ, organa, pandoria, & ſimilia inſtrumenta.* Sequitur tertia ſingulariter adhuc diviſio ſeu notio muſicæ rhythmicæ: „Tertia eſt diviſio rhythmica pertinens ad nervos & pulſus, cui dantur ſpecies cithararum diverſarum; tympanum quoque, cymbalum, ſiſtrum, acitabula ænea & argentea, vel alia, quæ metallico rigore percuſſa red-

Inſtrumentorum muſicorum varia genera.

Lib. III. Etymolog.

dunt cum ſuavitate tinnitum, & cætera huiusmodi. " Breviter Aurelianus cap. 5. *Diſcipl. muſ.* omnia complectitur: „Igitur ad omnem ſonum, qui materies cantilenarum eſt, triformem conſtat eſſe naturam. Prima eſt harmonica, quæ ex vocum cantibus conſtat; ſecunda organica, quæ ex flatu ſubſiſtit; tertia rhythmica, quæ chordarum amminiſtratur intenſione, pulſuque digitorum numeros recipit. " Antea vero capite tertio muſicæ tria genera diſtinguens, 1. mundanam, 2. humanam, 3. quæ quibusdam conſtat inſtrumentis, proſequitur de tertio hoc genere, „ut ſunt organa, citharæ, lyræ, & cætera plura. Sed iſtud, quod in inſtrumentis poſitum eſt, a muſicæ ſcientia intellectuque ſeiunctum eſt, amminiſtraturque aut intenſione, ut nervis; aut ſpiritu, ut tibiis; vel his quæ aqua moventur, ut organa; aut percuſſione quadam, ut in his, quæ ad concava aerea feriuntur, atque inde diverſi efficiuntur ſoni. " Ita nimirum ſemper diſtingui ſolebant inſtrumenta muſica, ut alia dicerentur ἔνπνευστα, quæ ſpiritu inflantur, alia ἔντατα, quæ impulſu feriuntur: quorum alia ἔγχορδα, quæ nervis intenduntur, alia κρέυμενα ſeu κρȣστὰ, quæ pulſantur.

T. II. Opp. p. 556. Cassiodorus de artibus ac diſciplinis liberalium litterarum c. 5. *de muſica*, inſtrumentorum muſicorum tria genera diſtinguit, percuſſionale, tenſibile, & inflatile: „Percuſſionalia, ut ſunt acetabula ænea & argentea, vel alia, quæ metallico rigore percuſſa reddunt cum ſuavitate tinnitum. Tenſibilia ſunt chordarum fila, ſub arte religata, quæ amodo plectro percuſſa mulcent aurium delectabiliter ſenſum: in quibus ſunt ſpecies cithararum diverſarum ... Inflatilia ſunt, quæ ſpiritu reflante completa in ſonum vocis animantur; ut ſunt tubæ, calami, organa, panduria & cætera huiusmodi. " Rem, prout antiquior uſus ad noſtrum etiam propius accommodatur, perſequitur *Iulius* Bartoloccius de muſicis inſtrumentis *Hebræorum.* „Porro inſtrumenta (inquit) quibus cantiones modulari poſſumus, ſunt in triplici differentia. Vel enim ſunt pneumatica, vel fidicina, vel pulſatilia. Primi generis ſunt, quæ inflata, ſeu flatu, ſpiritu, vel vento incitata ſonum emittunt, ut ſunt fiſtulæ, ſampuniæ, cornua, tibiæ, tubæ, litui, ſyringæ & alia polycalama, quæ *Italice* dicuntur *Organi*, & *Regali.* Secundi generis ſunt omnia inſtrumenta, quæ chordis ſeu nervis inſtructa, digitis vel pinnis, vel etiam plectris in harmonicos motus artificioſe incitantur, & ſonum ſuavem reddunt; ut ſunt citharæ, teſtudines, thiorbæ, nablia, harpæ, lyræ, viola ſeu chelys, ſambucæ, pectides, pandoræ, clavicymbala, clavichordæ, ſpinettæ, barbita, aliaque his ſimilia, & omnis generis citharæ, vulgo *chitarre.* Tertii generis ſunt, quæ digitis aut bacillis, vel ferrea lingua pulſantur, & ſonum reddunt,

Ap. Hugolin. Theſ. antiq. ſacr. Vol. XXII. p. 458.

dunt, ut ſunt crotula gnaccari, ſyſtra, tympana, cymbala, campanæ. "

VII. Supra ad finem Libri ſecundi iam quædam prælibavimus de muſicæ inſtrumentalis diſciplina medii ævi; quo a tempore demum eccleſias noſtras intrare eſt auſa, prima Eccleſiæ ætate inaudita in Sacris chriſtianis; exiſtimabant quippe SS. Patres, etiam *Iudæis* ſolum per œconomiam quandam eorum eſſe indultum uſum: in Gentilium ſacris autem eorum frequentia vitio dabatur: *Vos*, lib. VII. adverſus Gentes ſcribit ARNOBIUS, *æris tinnitibus & tibiarum ſonis, vos equorum curriculis & theatralibus ludis, perſuaſum habetis, Deos & delectari & affici, iraſque aliquando conceptas eorum ſatisfactione molliri.* De ſacris *Ægyptiorum* & *Græcorum* id conſtat; apud *Romanos* vero antiquiſſima erat XII. tabularum lex, a CICERONE lib. II. de Legibus allata: *Popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis moderanto, eamque cum divum honore iungunto.* Res hæc plurimum negotii fecit doctoribus, paſtoribusque eccleſiæ primæ etiam ætatis, in antiquandis huiusmodi ritibus, quibus aſſueti, e Gentilium ſacris ad noſtra tranſeuntes, tripudiis choreisque feſtis celebritatem, lætitiamque conciliare geſtiebant; quam tamen cum muſica ſacra ſeu eccleſiaſtica nunc non confundimus; ac iam libro primo locum *Venantii* FORTUNATI ex ſententia graviorum ſcriptorum explicatum dedimus T I. p. 217. quem, ſunt etiamnum, qui putent, poſſe de uſu inſtrumentorum muſicorum in eccleſia accipi. Addit MURATORIUS, IONÆ *Bobienſis* monachi teſtimonium, qui eodem ſæculo ſexto ante FORTUNATUM in præfatione ad vitam S. COLUMBANI ſic loquitur: *Pleroſque organi ſcilicet, pſalterii, citharæ melos aures oppletas mollis ſæpe avenæ modulamini accommodare.* Hæc eo quidem affert MURATORIUS, ut organa *Italis* tunc iam uſitata comprobet; addit nihilominus, cum exploratum minime ſit, quid organorum voce proprie & vere IONAS & FORTUNATUS deſignent, ſe hærere.

Eorumque uſus.

T. II. Antiq. Ital. medii ævi p. 357.

Idem nobis accidit in loco, qui propius ad rem eſt, ex vita nimirum S. LAMBERTI M. apud CANISIUM ad finem, ubi, dum eiusdem Sancti translatio ſolemnis deſcribitur, hæc leguntur: „ Hinc inde fratrum fideliter pſallentium chori cum cymbalis canoris organisque ſuaviſſima modulatione ſonantibus concinebant. " Adnotat BASNAGIUS, cum organa in *Gallias* allata narrentur ſub PIPINO, non fuiſſe ergo in uſu apud *Traiectenſes* tempore translationis S. LAMBERTI: „ Organa igitur (addit) illa fuerunt fiſtulæ, vel omne inſtrumentum muſicum, eo enim ſenſu accipiebantur apud veteres organa." Iam ſupra attigimus locum, quem GOLDASTUS in margine vitæ NOTKERI adſcriptum reperit in MS. *Iubilus autem,*

T. II. Ant. lection. p. 146.

T. I. Rer. Aleman. P. I. p. 116.

tem, id eſt neuma, quem quidam in organis iubilant, plauſum victorum lætantium commendat. Palam haud eſt, de cuiuscemodi organis intelligi velit; incertius adhuc eſt, an alter locus in eadem NOTKERI vita cap. 22. huc faciat: *Per pſalterium, ſeu per rotam, pneumata inventa dulciora*

Pag. 24. *ſunt.* Apud eundem TUTILO, ſicut & ſocii eius, laudatur *in omni genere fidium & fiſtularum præ omnibus ſolers*, quodque fidibus filios nobilium edocuerit; ſed quod in eccleſia exercuerit, nihil additur. A GALFRIDO in *Poetria* omnis generis, quædam circa an. 1200. potius ad rem videntur commemorari muſica inſtrumenta, *cymbala præcava, concors ſymphonia, dulcis fiſtula, ſomniferæ citharæ, vitulæque iocoſæ.* Vitulæ an violæ? quæ paſſim inter inſtrumenta muſica medii ævi cenſentur, veluti apud pſeudo-BEDAM: *Artificiale vero inſtrumentum eſt, ut organum, viola, & cithara, atola, pſalterium.* IOANNES *Ægidii* in arte muſica viellam cum aliis inſtrumentis recenſet: *Muſica vero inſtrumentalis quædam viva, quæ vivo agitur inſtrumento; alia vero mortua, quæ mortuo agitur inſtrumento, ut patet in viella, & cithara, & organis, & huiusmodi, de quibus in fine dicetur.*

Organa, ut de Oriente etiam aliquid dicam, unde ad nos translata primum ſunt, dicuntur etiam fuiſſe *Cpoli*, ex auro facta, quæ MICHAEL imperator conflarit (forte alterius generis, de quibus poſtea) legimus apud CODINUM *Curopalatam* de officiis *Cpolitanis*, ubi de feſtorum præcipuorum, imprimis Natalis Domini, celebratione agitur c. 6. de impe-

Apud Gretſ. T. XV. Opp. p. 30. ratore ex eccleſia in oratorium redeunte: *Inter hæc autem, clerum, inquam, & flammula, ſtant omnes, qui dicuntur Pægniotæ, nempe tubicines, buccinatores, tympaniſtæ, & ſuruliſtæ: & hi ſoli, nam ex minutioribus inſtrumentis ne unum quidem eſt.* Et paullo poſt: *Ergo ſimul ac ianuæ panduntur, & imperator isque ſolus conſpicitur, ſtatim cantores cantant illud:* Diuturnum faciat Deus imperium tuum &c. *reſonantibus organis, quæ varia ſunt, ut antea dictum.* Palam autem eſt, hæc abeſſe a muſica

a ſacra ſeu eccleſiaſtica, a) a qua arcendi ſunt *Pægniotæ*, Germanice *Spiel-*

T. XII. Opp. P. 2. p. 71. *Leuth*, & *Suruliſtæ* a ſurullio inſtrumento, ut interpretatur GRETSERUS: qui alibi contra *Waldenſes*, inter alia cantum eccleſiæ, ſive organorum, ſive hominum, & aliorum inſtrumentorum muſicalium inceſſentes, edidit tracta-

a) Apud eundem CODINUM de apparatu imperatoris *Græcorum* in publicum prodeuntis hæc cap. V. p. 20. leguntur: „Parato iam & equitante imperatore tympaniſtæ tympana pulſant: tubicines tubis, & buccinatores buccinis argenteis canunt. Hæ vero tubæ huic uſui deſtinatæ, non referunt aliarum tubarum formam, ſed alia quadam figura præditæ ſunt. Indicat hoc ipſe etiam ſonus talium inſtrumentorum: qui eſt, ut ſi quis ex populo aliquid petat, vel iniuria afficiatur, audito hoc ſono accurrat, & ad imperatorem libere referat.“

tractatum Petri *de Pilichorff*; quo in opere inſcribitur caput 27. *de incredulitate cantus eccleſiæ ſeu de cantu, organis, & aliis muſicis.* Sequitur apud eundem refutatio eorundem *Waldenſium* incerto auctore, ubi „dum quarto dicunt eccleſiarum dedicationes eſſe inutiles, & ædificationes turrium, eccleſiarum, campanarum, ornatuum, altarium conſecrationes, & cœmeteriorum, cantus organorum & plurima, ex iisdem refutantur ſcripturis.“ Reinerus inter errores eorundem de ſolo cantu mentionem *Ibid. p.* 90. facit. „Item eccleſiæ cantum ſubſannant, & dicunt, quod in verbis tan- *Ibid. p.* 30. tum, & non in melodia, ſit vis. Item clamores laicorum deridunt. Item proceſſiones feſtivas, ut paſchæ, & lugubres, ut dies Rogationum, & funerum reſpuunt. Dicunt, quod cantus nocturnus & diurnus noviter a Gregorio ſit inſtitutus: quem prius eccleſia non habebat.“

VIII. Ut vero ſingillatim aliquid de inſtrumentis muſicis breviter dica- Pneumatica mus, a pneumaticis ordiri lubet; quæ utpote inter non ſolum principa- inſtrumenta. tum, perinde ac inter cætera omnia inſtrumenta, tenent organa; verum etiam omnia illa inſtrumenta, quorum uſum aliquem in eccleſia reperit ſua ætate *Io.* Gerson, huius generis ſunt, *præter organum, cui,* inquit, *vidi- T. III. Opp.* *mus aliquam iungi tubam, rariſſime vero bombardas, ſeu thalemias, ſeu P. II. p.* 628. *cornemuſas.* Quæ tubæ deſcriptio legitur in epiſtola inter opera pſeu- *T. V. Opp. p.* donyma S. Hieronymi ad Dardanum, convenit omnino ſchemati, quod 191. habetur in cod. *San-Emer.* num. 7. & in *San-Blaſ.* n. 2. inter inſtrumen- Tab. ta muſica. *Tuba autem conſuetudinis apud rerum peritiſſimos hoc modo* xxiv. *intelligitur, tribus fiſtulis æreis in capite anguſto inſpiratur, in capite per* Tab. *quatuor vociductus æreos, qui per æreum fundamentum quaternas voces* xxvii. *producunt, mugitum nimium vehementiſſimumque profert.* Ex vehementia ſonitus bombarda dici poſſet, ut *Hiſt. Ratisbon.* ad an. 1404. apud Oefelium T. II. ſcript. rer. *Boic.* p. 521. de belli *tormentis minaciſſimis* loquitur, *quas a ſono Bombardas nuncupant.* Videtur vero a triplici fiſtula nomen antiquum *Gallicum* apud Carpentier eſſe *Treble* triplum, quod idem & tubam & quidem uſu eccleſiaſtico ſignificat in annal. regni S. Ludovici ed. reg. p. 223. *Comme devotement il ſit chanter la meſſe, & tout le ſervice a chant, & a dechant, a ogre, & a treble:* id eſt *a l'orgue & a trompette*, ut etiam nos *Germani* nominamus. Apud Mont- *T. III. lib.* faucon in antiquitate explicata cernere eſt inſtrumentum in tres exiens *IV. Tab.* 190. tubas ex uno orificio. Simplicem vero deſcribit tubam Ioannes *Ægidii* in arte muſica: „Et dicitur tuba, quod tova, id eſt cava. Interius enim concava, & valde plana propter ampliorem flatus receptionem, exterius autem eſt rotunda, circa tubantis orificium valde ſtricta, ſed in parte an-

 teriori

teriori multum ampla, manu clangentis ad os ponitur, regitur, erigitur, deprimitur, & tenetur." Quod materiam & uſum ſpectat, CASSIODORO in pſalm. 150. *Tuba eſt corneis partibus adunatis, aut aliquo metallo productus tubulus, a patulo circulo inchoans, & deſinens in anguſto foramine. Hæc ſpiritu retracto completa terribili perſonantia dilatatur, quæ aut bellorum temporibus ſumitur, aut regiis adventibus apparatur.* Tubas apud nos celebres fecit (quem quidam monachi in concione convocanda imitati ſunt) veteris teſtamenti uſus, earumque ectypon paſſim habetur ex arcu triumphali imperatoris *Titi* VESPASIANI, qui hodieque conſpicuus eſt. Sunt vero tubæ illæ directæ; ſiquidem eas perinde ac tibias, fiſtulas, calamos, de quibus ISIDORUS lib. III. Etimol. a buccina in hoc diſtinguere lubeat, quod in ſemetipſam reflexa ſit & contorta, veluti lituus, cornua, ac tubæ noſtræ, ſeu ut canit OVIDIUS lib. III. *Metamorph.*

Hugol. Theſ. antiq. ſacrar. Vol. XXXII. p. 343.

Ante Deum matrem cornu tibicen adunco.

Utrumque videre eſt imagine etiam expreſſum & explicatum apud Anonymum ex congr. S. MAURI, de ceremoniis obſervatis in funeribus *Romanis*, in quibus uſus eiuscemodi etiam MATTHÆI IX. 23. legitur. *Ut enim*, inquit, ISIDORUS l. c. *in veneratione divina hymni, ita in nuptiis hymenæi, & in funeribus threni, & lamenta ad tibias canebantur.* a)

Explication des diverſes monumens ſingulieres, qui ont rapport a la religion &c.

Venimus nunc ad ſingulare plane inſtrumentum, quod adumbratum ex cod. *San-Emeramenſi*, & *San-Blaſiano* n. 6. explicatum vero ex epiſtola citata ad DARDANUM damus, obſcurius quidem & confuſius, ut, quodnam genus plane ſit, non ſatis perſpiciatur: verba auctoris exſcribimus, „Fiſtula præterea artis eſſe myſticæ, ſicut fuſores earum affirmant: reperitur ita bombulum æreum ductile quadratum latiſſimumque quaſi in modum coronæ cum fiſoculo (fiſtulo) æreo ferreoque commixto, atque in medio concuſſo, quod in ligno alto ſpatioſoque formatum, ſuperiore capite conſtringitur: alterum altero capite demiſſo: ſed terram non tangi a plerisque putatur, & per ſingula latera duodecim bombula ærea: duodecim fiſtulis in medio poſitis, in catena fixis dependent, ita tria bombula in uno latere per circuitum utique figuntur, & concitatis duodecim bombulorum fiſtulis in medio poſitis clamorem magnum fragoremque nimium ſupra modum ſimul proferunt." Bombula in noſtris ſchematibus bunibula dicuntur, explicaturque corrupta vox *fiſoculo*, ex cod. *San-Emeramenſi*: non auſim tamen aſſerere, fiſtulum hoc, uti & cætera, ad ventum flatu potius concipiendum, quam concuſſu, ad reddendum ſonitum eſſe compoſita. Primi generis certe eſt arbor fuſilis, quam ex cod. *San-Blaſiano*

a Tabb. XXIV. & XXIX.

S. Hieron. Opp. T. V. p. 191.

a) Vid. *Io.* KIRCHNANNUS de funeribus *Roman.* lib. II. c. 4. &c.

Blaſiano n. 4. habemus, *de qua in* Alexandri *geſtis legitur*, *quæ in imis inſpiratur*, *& per ora avium dulces & diverſas emittit voces*, ut habet inſcriptio: legiturque Theophilus Michaelis F. imperator *Iconomachus*, apud Constantinum *Manaſſem* & Michaelem *Glycam*, eiusmodi arbores duas ex auro fieri curaſſe, ſeu μέγιςα ὄργανα ὁλόχρυσα μετὰ διαφόρων λίθων ϗ δένδρων χρύσεων, ἐν ᾧ ςρουθοὶ ἐφεζόμενοι διὰ μηχανῆς τινὸς μουσικῶς ἐκελάδουν τοῦ πνεύματος διὰ κρυφίων πόρων εἰς πεμπομένους, ut ſcribit Simeon *Logotheta*. De Constantino vero *Porphyrogenito* in chronico Alberici apud Leibnitium hæc habentur: „Ante imperatoris oculos ſtabat arbor ærea, ſed deaurata, cuius ramos diverſi generis volucres deauratæ replebant, quæ ſecundum ſpeciem ſuam avium voces edebant. Imperatoris vero huius ſolium ea erat arte compoſitum, ut in momento humile, mox excelſum, tandem ſublime videretur: quod immenſæ magnitudinis leones deaurati quaſi cuſtodiebant, & per artem, qua aves iſtæ canebant, leones iſti mugitum emittebant.“ Tibias utricularias, ſive utriculares, quæ paſtoribus & meſſoribus paſſim adhibitæ, uſu etiam ſacro in natalitiis Domini diebus, præſertim in *Italia*, ab antiquis quoque uſurpatas notat *Fr.* Blanchinius a) apud Causeum in muſæo *Romano*. Sic *Gallis* cornamuſa eſt uter, ſeu buccina ſymphonica, quam etiam *Pipam* dicit Carpentier v. *Pipe*. Forte etiam eo referenda vox *Pipeth* in regula ordinis de *Sempringham* apud Ducangium v. *Decentum*, ubi *organum Decentum*, *fauſetum* & Pipeth *omnino in divino officio omnibus noſtris utriusque ſexus* prohibetur. In ſchemate codicis *San-Blaſiani* uter ſymphoniacus *chorus* appellatur; cuius tamen alia genera inter inſtrumenta pneumatica repræſentantur ex cod. *San-Emeramenſi* n. 13. cui geminus eſt in cod. *San-Blaſ.* num. 12. addita ubique inſcriptione etiam num. 20. & 22. Inſtrumentum hoc paucis nobis deſcribit laudata ad Dardanum epiſtola: *chorus quoque ſimplex*, *pellis cum duabus cicutis æreis*, *& per primam inſpiratur*, *per ſecundam vocem emittit.* Blanchinius eam in rem Scaligerum citat in notis Eusebii ad an. mdcccxcv. p. 169.

Tab. xxviii. — *T. II. p. 286.* — *T. II. ſect. IV. Tab. II.* — Tab. xxxiii. & xxxiv. Tab. xxv. & xxxi.

IX. Nihilominus in utroque codice *San-Emeramenſi* num. 4. & *San-Blaſiano* num. 7. chorus comparet tenſus fidibus, & quidem cum hac in utroque codice inſcriptione *chorus ſecundum quosdam cum quatuor chordis.* „Sic chorus (inquit *Ioan.* Gerson) vocatur a nonnullis vulgaribus inſtrumentum quoddam, inſtar trabis oblongum & vacuum, chordas habens groſſiores multo plus, quam cithara, duas aut tres, quæ baculis erutis percuſſæ varie variant rudem ſonum.“ Sed hæc deſcriptio non ex aſſe congruit ſchematibus noſtris, inter quæ, *cithara ſecundum quosdam* utro-

Enchorda. Tab. xxiii. & xxix. *T. I. de cant. T. III. Opp. P. II. p. 627.*

a) De tribus generibus Inſtrum. muſ. vet. organicæ.

Tab. XXIII. Tab. XXIX. utrobique forma haud abſimili num. 3. in *San-Emeram.* & num. 8. *San-Blaſiano* repræſentatur, cum novem in *San-Emeram.* chordis: prout admodum variavit cithara tam forma quam chordis, ceſſante dudum veterum *Græcorum* hac in re religione, apud quos ſummum piaculum fuit vel unam addere chordam. Apud chriſtianos hoc genus inſtrumentorum muſicorum proſcriptum erat, ut ex iis, quæ primo libro de prima eccleſiæ ætate diximus, eluceſcit. *Fidicinas, & pſaltrias, & huiusmodi chorum diaboli*, deteſtatus S. Hieronymus ad Furiam ſcribens, monet, *quaſi mortifera ſirenarum carmina proturba ex ædibus tuis.* Nam in eccleſia nihil eiusmodi admittebatur, nec ſequiore etiam ætate.

In omni quidem tractatione muſica utramque fere paginam doctrina de monochordo implebat; quod alia forma, quam apud Blanchinium & Causeum repræſentatur in Muſ. *Romano*, diverſis in ſchematibus exhibemus ex codd. *S. Blaſianis*, uno ann. circ. 600. tabula unica n. 1. & 2. qui iam igne conſumtus encyclopædiam quandam continebat ſcientiarum, ac principio ſtatim magno numero ſcriptores de re muſica ineditos; mentemque noſtram deſtinavit a iuvenilibus annis, hoc de muſica pertractare argumentum: alter paullo recentior monochordum cum aliis compluribus, enchordis præprimis, inſtrumentis n. 23. repræſentat; ſed pleraque illa, veluti etiam quæ ex codice *San-Emeramenſi* exhibentur, idealiter tantum, ut ita loquar, facta videntur, prout nimirum in auctoribus deſcripta inveniebantur. Sic in utroque codice exhibetur *cithara, ut* Hieronymo *dicitur, in modum Deltæ litteræ cum XXIIII. chordis*, uti ſcilicet in laudata ad Dardanum epiſtola deſcribitur; in *San-Blaſiano* autem codice XII. tantum chordæ comparent, mentioque de XXIV. omittitur n. 9. Ex ſententia tamen Engelberti *Admontenſis* ſcriptoris ſæc. VIII. non patiuntur in organis fiſtulæ, nec in citharis aut pſalteriis chordæ, ad tres octavas, id eſt 21. chordas, ſeu *ad tam gracillimum, & acutiſſimum ſonum fiſtulas conſtringi, vel chordas ſubtiliari, & extendi.* Nullus chordarum in citharis determinatus legitur numerus apud Isidorum, qui diverſas citharæ ſpecies diſtinguit. „Forma (inquit) citharæ initio ſimilis fuiſſe traditur pectori humano, quo veluti vox de pectore, ita ex ipſa cantus ederetur, appellataque eadem de cauſa. Nam pectus Dorica lingua cithara vocatur. Paullatim autem plures eius ſpecies extiterunt, ut pſalteria, liræ, barbitæ, phenices, & pectides, & quæ dicuntur Indicæ, & feriuntur a duobus ſimul. Item aliæ atque aliæ, & quadrata forma, vel trigonali: chordarum etiam numerus multiplicatus eſt & commutatum genus &c.“

[Margin notes: *T. II. ſect. IV. tab. IV. n. 1. 2.* — Tab. XXVI. — Tab. XXXIV. — Tab. XXIX. — *Tr. III. c. 12.* — *L. III. Etimol.*]

Habes

Habes ſchemata citharæ generis diverſi ex utroque codice, pſalterii item, quod etiam BLANCHINIUS apud CAUSEUM p. 39. deſcribit ex IOSEPHI L. VII. antiq. *Iudaic.* c. 10. „Pſalterium vero (inquit CASSIODORUS in pſal. 150.) eſt in modum citharæ converſa poſitio. Buccas enim quasdam ſonoras ligni geſtat in capite: ubi ab imo venientes chordarum ſonos in altum rapit, & gratiſſima, quantum dicitur, modulatione reſpondet. Cithara enim ligni quodam ventre inferius conſtituto, a ſummo chordarum filis venientibus ſonos recipit, atque in unam gratiam iucunditatis emittit.“ De citharœdo, quem CLODOVÆUS rex *Francorum* petiit a THEODERICO rege, agitur in epiſtolis CASSIODORI lib. II. ep. quadrageſima, quæ eſt ad BOETIUM, & quadrageſima prima, quæ eſt ad ipſum LUDUIN ſeu CLODOVÆUM, de citharœdo ad eum miſſo, *Qui,* inquit, *ore manibusque conſona voce cantando gloriam veſtræ poteſtatis oblectet.* Quæ nihil ad nos.

TABB. XXIII. n. 3. XXIV. n. 8. 9. XXV. n. 10. XXIX. &c. n. 5. 8. 9. 10. 11. 13. 14. 15. 21.

„Eſt autem (proſequitur mox laudatus ISIDORUS) ſimilitudo citharæ barbaricæ in modum Deltæ litteræ; ſed pſalterii & citharæ hæc differentia eſt, quod pſalterium lignum illud concavum, unde ſonus redditur, ſuperius habet, & deorſum feriuntur chordæ, & deſuper ſonant: cithara autem econtra concavitatem ligni inferius habet.“ Eodem modo diſtinguit HONORIUS *Auguſtodunenſis* in pſalmum octogeſimum apud *Bern.* PEZIUM, Io. *Ægidii,* & *Io.* GERSON in ſæpe citato tractatu primo de canticis. RHABANUS *Maurus* diſcrimen in numero chordarum ponit: quod nempe in altero etiam ſchemate *in modum clypei quadrati* comparet. Alterum autem diſcrimen præcipue conſpicuum eſt in cithara *Teutonica* (quæ in cod. *San-Blaſiano* utroque exhibetur; in antiquiore perſona eſt, quæ illam tractat n. 3. in altero ſimilis cernitur n. 17.) & *Anglica,* harpæ noſtræ ſimillima, n. 19. Organiſtrum vero n. 16. trichordum id ſingulare habet, quod in ſchemate litteris alphabeti ſonorum diſtinctio ac dimenſio notetur, quale ſub nomine ODONIS in Mſc. *Vindobonenſi* reperi: *Quomodo organiſtrum conſtruatur.* Lyra n. 18. una tantum chorda tenſa comparet cum pectine, cæteroquin cheli noſtræ in hoc ſimilior, quam lyræ APOLLINIS *Olympi* & TERPANDRI, tribus ſaltem inſtructæ chordis. Trichordis lyræ ectypon cum dichordo, tetrachordo &c. affert BLANCHINIUS Tab. IV. & V. a)

T. V. Anecd. p. 1634. *Io. Gerſon. T. III. Opp. P. II. p.* 622. *Rhab. Maur. de Inſtit. cler. lib. II. c.* 48. TABB. XXVI. & XXXII.

a Supra

a) *De Lyra Barberina* peculiaris commentarius eſt primo inter opera *Io. Bapt.* DONII loco, quam is nempe excogitavit, novum quidem inſtrumentum ad Dei illius Ter opt. maximi gloriam & laudem, inquit in epiſt. dedicat. ad URBANUM VIII. P. *Barberinum:* illuſtravit vero variis veteribus mon umentis, exorſus ab ea tractatione, quid nempe lyra, cithara, chelis, ſeu teſtudo, phorminx citharis diſtent, veteri potiſſimum uſu; qui a noſtro plane diverſus erat, quo inſtrumenta enchorda, lyram imprimis, ſeu chelim tetrachordam tractamus ſtupendo effectu.

Supra Franconis retulimus locum, quo teſtatur, diſcantum fieri tunc circa ſæc. XIV. ſolitum *cum lyra, aut cum diverſis, aut ſine lyra;* ſed addubitavimus, utrum de hoc inſtrumento intelligi velit lyram. Isidorus, & poſt eum alii, *a varietate vocum, quod diverſos ſonos efficiat*, illam dictam eſſe volunt; quod certe in noſtris experimur, quæ cheles, aut violini ab *Italis* vocantur, violæ item uſu antiquiori, ut apud Ducangium videre eſt: apud Macrum in *Hierolexico* idem inſtrumentum *fiala* nuncupatur. Violam iam ſupra ex *Pſeudo*-Beda notavimus, uti etiam viellam, cui *Io.*
T. III. P. II. p. 627. Gerson iungit *Rebecam*, idem, ut videtur, inſtrumentum, quod in eadem editione *Rebella* appellatur paullo poſt, ubi magna copia inſtrumenta eiusmodi enchorda enumerat, illud pſalmi *laudate eum in chordis &*
Ibid. p. 628. *organo* verſans: „Chordæ (inquit) ſecundum gloſſas poſitæ ſunt pro quibuslibet inſtrumentis, aliis a pſalterio & cithara, quæ chordis ſonat repercuſſis, ſit viella, ſit ſymphonia, ſit lyra, ſit rota, ſit guiterna, ſit li-
a tuus, ſit nablum, ſit ſiſtrum, ſit ſcacarum a), ſit rebella: ſit generaliter vel monochordum, vel diachordum &c." Iuxta Ducangium vero & Carpentier *Rebeca* eſt inſtrumentum huius claſſis a veteri Gallico *Rebec.* Ducangius voce *Baudoſa* locum ex Aimerici *de Peyrato* abb. *Moiſiacenſis* vita Caroli M. Mſc. affert, qui hic exſcribi mereatur:

Quidam Baudoſam concordabant
Plurimas chordas cumulantes
Quidam triplices cornu tonabant.
Quædam foramina inclaudentes,
Quidam choros conſonantes,
Duplicem chordam perſtridentes;
Quidam taborellis ruſticabant,
Groſſum ſonum præmittentes.
Quidam cabreta vaſconizabant
Levis pedibus perſaltantes.
Quidam liram & tibiam properabant,
Alios tactu præcedentes.
Quidam harpam alte pulſabant,
Prolixas virgulas ſic gerentes.
Quidam rebecam arcuabant
Muliebrem vocem confingentes &c.

Quæ

a) An idipſum hoc inſtrumentum, quod idem Tr. III. de canticis p. 676. vocat ſcachordum?
Iſte Deus tibi laus, nobis hæc otia fecit,
Ludere cum cithara, pſalterioque dedit.
Exemplar quorum transmiſimus & monochordum
Scachordum quoque mens addere noſtra cupit.

Quæ explicatio haud abludit a cheli noſtra, prout ſubtiliori ſono diſcernitur a viola, ſeu viella, quam idem Gerson tractatu tertio de canticis iungit *rebellæ*, ut iterum legitur: „Canticum cum pulſu (inquit) fit tripliciter: aut in rotatu, ut in ſymphonia: aut tractu, aut retractu; ſicut in viella aut rebella: ſive cum impulſu vel impulſivo quodam tractu cum unguibus vel plectro, cum virgula, ut in cithara & guiterna, lituo, pſalterio quoque & tympano, atque campanulis; cymbala vero ſeſe collidendo tinniunt. *Ibid. p.* 678.

X. Ducunt hæc nos ad tertium inſtrumentorum muſicorum genus, quæ pulſantur, ſcilicet τὰ κρȣςὰ, ſeu percuſſionalia De quibus, ut diſtinctius agamus, ordinatiusque, antequam ad finem huius omnis tractationis progrediamur, iuvat prius, quidquid de illis Isidorus habet, exſcribere. „Tympanum (inquit hic) eſt pellis vel corium ligno ex una parte extenſum. Eſt enim pars media ſymphoniæ in ſimitudinem cribri. Tympanum autem dictum, quod medium eſt: unde & margaritum medium tympanum dicitur, & ipſum ut ſymphonia ad virgulam percutitur. Cymbala & acitabula quædam ſunt, quæ percuſſa invicem ſe tangunt, & ſonum faciunt. Dicta autem cymbala, quia cum ballematica ſimul percutiuntur. Ita enim *Græci* dicunt cymbala ballematica. Siſtrum ab inventrice vocatum. Isis enim, regina *Ægyptiorum*, id genus inveniſſe, probatur Iuvenali:“ Pulſatilia. *Lib. III. Etimolog.*

Iſis & irato feriat mea lumina ſiſtro.

„Inde & hoc mulieres percutiunt, quia inventrix huius eſt generis mulier. Unde & apud *Amazonas* ſiſtro ad bellum feminarum exercitus vocabatur. Tintinnabulum de ſono vocis nomen habet, ſicut & plauſus manuum, ſtridor valvarum. Symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte pelle extenſa, quam virgulis hinc inde & inde muſici feriunt, fitque in ea ex concordia gravis & acuti ſuaviſſimus cantus.“ Ultimi huius inſtrumenti rarior habetur commemoratio apud antiquos, eos præterquam, qui Isidorum exſcribunt. Refert Thom. *Waldenſis* Tit. II. Sacramental. *de orationibus & canticis altis* c. 19. locum epiſtolæ S. Hieronymi *de prodigo*, ſequentem: *Male autem quidam de Latinis ſymphoniam genus organi putant: cum concors in Dei laudem concentus ex hoc vocabulo ſignificetur.* Ex *Io.* Gersonis *Waldenſi* coævi ſententia ſymphonia pertinet ad inſtrumenta enchorda iuxta eam, quam affert, illius deſcriptionem tract. de canticis; ſic autem, ut ſatis prodat, illam ſibi nec ex viſu, nec uſu ſatis cognitam fuiſſe, ac variaſſe etiam de illa aliorum ſenten-

T. III. Opp. P. II. p. 627. &c. tiam. „Symphoniam (inquit) putant aliqui viellam vel rebecam, quæ minor eſt. At vero rectius exiſtimatur eſſe muſicum tale inſtrumentum, quale ſibi vendicaverunt ſpecialiter ipſi cæci. Hæc ſonum reddit, dum una manu reſolvitur rota parvula thure linita, & per alteram applicatur ei cum certis clavulis chordula nervorum, prout in cithara, ubi pro diverſitate tractuum rotæ, varietas harmoniæ dulcis amœnaque reſultat.“ Apud nos hoc inſtrumentum vocatur *eine Leyren*, inſtrumentum familiare mendicis in noſtra *Germania*, feminis ſcilicet: nihilque habet commune cum ſymphonia ISIDORI, præterquam quod ſonum multiplicet, ſeu conſonantiam reddat, ſicut ſymphonia illa ex pelle utraque parte tenſa: unde a tympano diſtinguitur, ex una tantum parte corio ſeu pelle tenſo. T. II. Opp. p. 476. &c. Unde *Tympanum* iuxta CASSIODORUM in pſalm. 150. *eſt quaſi duobus modiis ſolis capitibus convenientibus ſupra eos tenſi corii ſonora reſultatio: quod muſici diſciplinabili menſura percutientes, geminata reſonatione modulantur.*

Rememiniſſe hic iuvat loci S. AUGUSTINI ex libro III. de muſica n. 1. a me libro I. p. 213. allati, de ſymphoniacis antiquis, *qui ſcabella & cymbala pedibus feriunt certis quidem numeris, & his, qui ſibi cum aurium voluptate iunguntur.* Inſtrumentum hoc ſcabillum vel ſcabellum in De re veſtiaria lib. II. c. 17. p. 187. ſacris tibicines pede ſonare conſueverunt, ut apud RUBENIUM legere eſt, ac videre etiam ectypum, perinde ac apud MONTEFALCONIUM a) & anonymum *San-Maurenſem*, qui inter diverſa & ſingularia monumenta ad religionem pertinentia pluribus de hoc inſtrumento, quod latini ſcabilla, *Græci* crupezia appellarunt, agit, idque repræſentat ex antiquo monumento, ubi inter alia ſatyrus cum tympano apparet, noſtris ſimili, rotundæ ſeu orbicularis formæ, prout occurrit in veteribus monumentis. (a Explication des diverſes monumens. §. 18. p. 41.) TABB. XXV. & XXVII. Ab hac forma vero omnino abeunt in codd. *San-Emeramenſi* n. 11. & *San-Blaſ.* n. 3. effigiata oblonga cum manubrio ſeu fiſtulo: unde minoris generis eſſe comperiuntur, quæ manibus tractabantur, virgula, vel manu impulſa. *Tympanum*, inquit auctor epiſtolæ inter opera S. HIERO-T. V. p. 192. NYMI ad DARDANUM, *paucis verbis explicari poteſt: quæ minima eſt res, eo quod in manu mulieris portari poteſt.* Plura genera tympanorum, ac uſum explicat *Io.* GERSON ſæpe laudatus: pag. 628. „Tympanum vulgo *Gallice* dicitur *tambour* vel *bedon*, compoſitum ex pelle deraſa tenſaque, cuiusmodi non eſt una vel magnitudo, vel forma, vel uſus. Sunt tympanula duo Gallice *naquaires*, unum obtuſi ſupra modum ſoni, alterum peracuti ... Sunt alia tympana vulgaribus magis aſſueta, quia faciliora, quia ſonabiliora ad ſaltus inconditos, & alia tripudia, quibus ſolent iungi fi-

ſtulæ

a) BLANCHINIUS apud CAUSEUM affert formas T. VII. deſcribitque p. 42. &c. Sect. IV. T. II. *Romani* Muſæi.

ſtulæ biforaminæ, & triforaminæ; tripos inſuper non grandis calybeus hinc inde percuſſus.

Omnia hæc in noſtris ſchematibus conſpicua ſunt inſtrumenta: neque vero, quod ad ſaltum vel tripudia ſpectent, omnino a noſtro argumento ſunt aliena, ut ex iis conſtat, quæ ad finem tum libri primi, tum ſecundi de ſaltationibus religioſis diximus. Quem autem deſcribit *Ioan.* Gerson, tripodem calybeum hinc inde percuſſum, puto eiusdem uſus fuiſſe duo inſtrumenta, in codice *San-Emeramenſi* orbiculare n. 2. & n. 5. trigonum ab inſtrumento id genus noſtris temporibus haud abludens. Trigonum mulierum genus ſiſtri, plectro pulſandum, exhibet ac deſcribit Causeus l. c. T. VIII. n. 11. p. 48. & *Fr.* Blanchinius n. 11. p. 53. de tribus generibus inſtrumentorum muſicæ veterum organicæ. *Hadriano* Iunio in Nomenclatore ſiſtrum eſt inſtrumentum æneum, ferreumque, trigonum ferme, orbiculis, annuliſque bacillo ferreo comploſis tinnitum edens. Quod *Hier.* Bossius in opuſculo de ſiſtro omnino *Ægyptium* inventum fuiſſe exiſtimat, cum Δ *græcæ* litteræ figuram habeat, ipſa vero *Ægyptus* Δ *Delta* appellata: unde & *Deltatum* vocari poſſe, *Cæſari* Burro eſt viſum; meminitque in diſſertatione in muſica inſtrumenta *Hebræorum*, *Gallis* etiam uſitatum trigonale quoddam e filo calybis inſtrumentum, cui inſerti quinque annuli virgula quadam ferrea agitantur. Simul enim & annuli, & inſtrumentum, quod annulum habens in vertice, dextra manu ſuſtentatum in aere pendet liberum, agitati ſonum edunt. Addit, eiusdem inſtrumenti figuram quandam non trigonalem, ſed in vertice ovalem exhiberi a Pignorio de ſervis p. 88. cui plures annuli virgula metalli iactandi inſerti ſunt. Hæret, an eo ſpectent *ſchaliſchim* S. Scripturæ, quod Septuaginta cymbala reddunt, S. Hieronymus ſiſtra. Siſtrum certe *Ægyptiacum* in ſacris *Iſiacis* frequentatum, ut memorantem Isidorum audivimus, huius generis eſt, cuius imaginem habes in præfatione T. II. *Theſ. novi antiq. Roman. Alberti Henrici* de Sallengre, apud Lampium de Cymbalis Veterum, Caylum in Antiq. *Ægypt.* in muſæo item *Schœpflino* tomo priore, ubi plura citat auctor: explicat vero laudatus *Fr.* Blanchinius de tribus generibus inſtrumentorum veterum organicæ; & *Fr. Adolph.* de Lampe, in laudato de Cymbalis veterum opere, ſimilis uſus inſtrumentum memorat, crotalum rotundum circulo ligneo factum, cum laminis quibusdam ex ære rotundis, numiſmatis magnitudine, ſonum ex colliſione reddentibus. Quod eſt ipſiſſimum in codice *San-Emeramenſi* num. 2. expreſſum, haudque abſimiliter a Io. *Sarisberienſi* deſcriptum: *Crotala*, inquit, *dicuntur ſonoræ ſphærulæ, quæ quibusdam granis interpoſitis pro quantitate ſui, & ſpecie metalli varios ſonos edunt.* Crotala tamen

Tab. XXIII.

Tab. XXIII.

Policr. lib. VIII. c. 12.

Muſ. Rom. T. II. ſect. IV. p. 46. men Sponio apud Causeum proprie eſt ſciſſa arundo, conſtructa ſtudio, ut ſonet, ſi quis ipſam quatiat manibus.

Cymbala. XI. Ioannes *Sariſb.* ibidem, *Croton* (inquit) *Graece pulſus dicitur, & inde cymbala ſic dicuntur.* Notat quoque Lampius de cymbalis veterum, pleroſque, etiam recentiores, crotala cum cymbalis confundere; ipſe autem veram eruit notionem lib. I. c. 5. &c. Irriſerat ante Isidoro, quod cymbala dicta velit, quia cum ballematica ſimul percuntiuntur. Quodſi autem vox *quia* redundare dicatur, recte ſe habet contextus; ex dictis enim a nobis lib. I. p. 213. &c. & ad finem libri II. patet, cymbala ad choreas adhiberi ſolita in ſaltationibus etiam religioſis: cum ſtrepitu certe pedum bene iungi credebantur, perinde ac tympana:

Lucret. L. II. V. 618. *Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum*
Concava.

Tympanum crepitaculis inſtructum exhibetur apud Causeum T. VII. n. 3. ibi Blanchinius cymbalum ſacrum *Armenorum* memorans: „Tympani genus eſt (inquit) cymbalum a concava figura cymbae nomen deducens: alii tamen malunt, pateris metallicis, orbiculari forma praeditis, cymbali nomen commune facere: praeſertim ſi, appenſis crepitaculis, concuſſione tinnitum edant, ut *Armeniorum* in ſacris etiam in urbe praeſtatur." Qua de re plura poſtea de *Abyſſinorum* muſica ſacra tractaturi.

Definitur cymbalum apud laudatum *Ad.* Lampe, qui ex inſtituto *de cymbalis veterum* ſcripſit tres libros, *inſtrumentum muſicum ſemirotundum, cavum, binum, & conflictu motum;* ſimulque ex forma deſcripta rationem reddit, cur acetabula, ſicque *Graece* ὀξύβαφα, ſint appellata; a ſimilitudine nimirum vaſculi, ſeu cotylae, quod acetum continet: atque ita ab Isidoro fuiſſe nuncupata iam meminimus. Sic etiam Cassiodorus lib. IV. epiſt. ad Symmachum: *Quid acetabulorum tinnitus? Quid dulciſſimi ſoni referam varia percuſſione modulamen?* Idem in pſalm. CL. ad id reſpiciens, quod S. Augustinus in pſal. 130. ſcribit: *Cymbala invicem ſe tangunt, ut ſonent, ideo a quibusdam labiis noſtris comparata ſunt;* pulchre alludens, „ut (inquit) cymbala bene ſonantia, labia noſtra debeamus accipere, quae non immerito inter inſtrumenta muſica poſita ſunt: quia & ſimilitudo quaedam eſt cymbalorum, & per ea voces humanae harmoniam reddere ſuaviſſimam comprobantur. Harmonia eſt enim diverſarum rerum in ſe convenientium redacta copulatio; quod & in voce humana conſtat accidere, quando & tempora ipſa & ſyllabae ad unam vocis concordiam perducuntur. Cymbala ergo noſtra ſunt labia percuſſa ad

T. II. Opp. p. 477.

ſonum

ſonum vocis diſtinctiſſime temperandum : quæ tunc ſalutariter ſonant, quando in laudes Domini devotiſſime commoventur. Cymbala quoque bene tinnientia ſunt ex permixtis metallis parviſſimæ phialæ compoſitæ, ventricula ſua in lateribus habentes, quæ artificioſa modulatione colliſæ acutiſſimum ſonum delectabili conſonatione reſtituunt. " Sic ISIDORUS : *cymbala & acetabula quædam ſunt, quæ percuſſa invicem ſe tangunt, & ſonum faciunt.* AMALARIUS lib. III. de off. eccl. c. 3. *cymbala invicem tam tanguntur, ut ſonent, ideo a quibusdam labiis noſtris comparata ſunt.* Sic SALOMON epiſc. *Conſtantienſis* in carmine a CANISIO edito precatur :

Cymbala labrorum, concede, ut recta loquantur.

Equidem adhuc ineunte ſæculo decimo quinto *Io.* GERSON memorat, *cymbala quoque nonnunquam ex ære per mutuam colliſionem tinnitus auctos reddentia.* Schema tamen, quod ex codice *San-Blaſiano* anno 600. damus n. 3. perſonam repræſentat, cymbala malleo percutientem, ex uſu medii ævi. Qua ratione vero ſyſtema illud, ſeu radius, qui in utroque codice *San-Blaſiano* n. 12. *cymbalum* ſingulariter notatur, ad ſonitum movebatur, hic non diſquirimus. Adiungimus quoque tintinnabulum ex ruderibus *Auguſtæ Rauracorum*, ea interiori parte exeſum, qua malleolus ſuſpenſus fuiſſe videtur. Eiusmodi eſſe oportuit cum inſerto malleolo *parvum tintinnabulum*, quod reſti inſeruiſſe ROMANUM monachum, narrat S. GREGORIUS M. lib. II. dialog. c. 1. *ut ad eius ſonum vir Dei* (BENEDICTUS) *cognoſceret, quando ſibi* ROMANUS *monachus panem præberet.* Idem S. pontifex lib. I. dial. c. 9. cymbali meminit, quod ad obitum ſeu mortem percuti uſitatum fuerit.

T. III. Opp. p. 627. TAB. XXVI. TABB. XXV. & XXXI. TAB. XXVI. n. 1.

XII. Quod huiusmodi parva cymbala ſeu tintinnabula *nolæ*, maiora autem *campanæ* dictæ ſint : hinc opinio enata eſt, earum primum uſum in ſacris S. PAULINO epiſcopo *Nolæ* in *Campania* eſſe adſcribendum ; cuius tamen rei nulla in geſtis Sancti huius ac celebratiſſimi epiſcopi reperitur memoria, ut iam a Card. BONA lib. I. rer. liturg. c. 22. eſt annotatum : cui etiam ſcrupulum auxit ipſemet PAULINUS, qui epiſt. 12. ad SEVERUM conditam a ſe baſilicam & ſingulas eius partes deſcribens, nullam tamen campanarum ſeu turris campanariæ mentionem facit, cum alia nihilominus minora ædificia exacte commemoret. a) Addit teſtimonium *Walafridi* STRABONIS rerum eccleſ. c. 5. ſic vero ille : „De vaſis fuſilibus vel etiam productilibus, quæ ſimpliciter ſigna vocantur, quia eorum ſono-

Campanæ. a

a) Æri *Campano* PLINIUS palmam inter cætera tribuit. Sic etiam ISIDORUS lib. XVI. *Etimol.* cap. 24. campanam ab ea regione nomen accepiſſe, ſcribit.

ſonoritate quibusdam pulſibus excitata, ſignificantur horæ, quibus in domo Dei ſtatuta celebrantur officia: de his, inquam, hic dicendum videtur, quod eorum uſus non adeo apud antiquos habitus proditur. Eorum uſum primo apud *Italos* affirmant inventum." A SABINIANO pontifice, qui GREGORIO M. an. 604. in pontificatu ſucceſſit, decretum dicitur, ut ad officium divinum pulſarentur in eccleſia.

Verum *Ed.* MARTENIUS iam ante SABINIANUM campanarum uſum notavit de ant. eccl. diſc. c. 2. & de ant. eccl. rit. T. I. p. 414. ex CUMENEO, qui ſæculo VI. vitam S. COLUMBÆ abb. ſcripſit. Hucque revocat loca S. GREGORII *Turonenſis*, ubi *ſigni* vocabulum, quod etiam in regula S. BENEDICTI habetur, occurrit: certe, addit, campanarum meminit auctor vitæ S. LUPI *Senonenſis* archiepiſcopi, qui anno 623. obiiſſe dicitur, apud SURIUM: ſed Card. BONA, ab eo campanæ nomen ſubſtitutum vult in actis etiam S. ELIGII. Attamen V. BEDA meminit campanæ in funeribus lib. IV. c. 23. *Hiſt. Angl.* qui floruit ineunte ſæculo VIII. quando etiam iam vulgare nomen *Clocca* in vita S. BONIFACII ac epiſtolis *Bonifacianis* legitur; ut tamen molem non magnam fuiſſe inde colligatur, quod GUTBERTUS ex *Anglia* ad S. LULLUM ſcribere potuerit in *Germaniam*: *Cloccam, qualem ad manum habui, tuæ paternitati mittere curavimus.* Eſt ea epiſtola inter *Bonifacianas* LXXXIX. Eadem vox legitur in capitulari CAROLI M. an. 789. his verbis: *Cloccæ non ſunt baptizandæ.* Notaturque a MENARDO in notis & obſerv. ad librum ſacramentorum S. GREGORII M. ex codice *Remenſi* titulus *ad ſignum eccleſiæ benedicendum;* qui etiam in codice RATOLDI & ordine *Romano* habetur. Iubetur autem in laudato codice *Remenſi* erigi *clocca*. Monachus *San-Gallenſis* de geſtis CAROLI M. campanam nominat: *Quæ cum regi placuiſſet, immiſſo ferro pulſatorio iuſſit in campanario ſuſpendi.* Eſt autem ſcriptor CAROLO coævus; unde fallitur *Flav.* BLONDUS qui lib. I. *Romæ inſtauratæ* n. 56. turrim campanariam a LEONE IV. exſtructam, omnium primam in orbe terrarum exiſtimat. In inſcriptionibus campanalium ſæc. XIII. apud *F. Ang.* ROCCA lib. de campanis *opus nolarii, nolare* vocatur. Apud DUCANGIUM vox *clangorium* notatur.

T. III. Opp. p. 438.

Cap. 31.

Aliaque ad convocandum populum inſtrumenta.

XIII. Hoc quidem ad uſum campanarum, convocandorum fidelium ad eccleſiam cauſa, peropportunum fuit. Id per tubas facere iuſſit Dominus MOYSI *Num. XIX.* dum adhuc in tabernaculis degerent *Iſraelitæ.* S. PACHOMIUS MOYSIS exemplo tubæ ſonitu monachos congregari præcepit art. 2. regulæ: *Quando ad collectam tuba inſonuerit per diem, qui una oratione tardius venerit, increpabitur.* CLIMACUS adhuc ſuo tempore

re, id eſt ſæc. VI. ſigno ſacræ tubæ canente coactos fratrum cœtus teſtatur, ſcalæ gradu 18. „Signorum quoque uſus (ut habet Synodus *Atrebat.* an. 1025.) a veteri teſtamento ſumtus eſt. In quo per MOYSEN Dominus iuſſit fieri tubas argenteas ductiles: quas dum *Levitæ* tempore ſacrificii clangerent, ſonitu dulcedinis populus commonitus ad tabernaculum fœderis ad adorandum feſtinaret, quarum etiam clangore hortatus ad bellum tela proſterneret adverſantium, & fortitudo inimicorum eo ſono exterrita in ſe deficeret. Nam legimus, quia ante arcam fœderis per clangorem tubarum muri *Iericho*, quibus adverſantium angebatur exercitus, corruerunt. Ad hunc modum in ſancta Eccleſia hodie tintinnabula fiunt, ut per illorum tactum fideles ad gremium matris Eccleſiæ invitarentur, ut, depoſitis curæ ſæcularis occupationibus, diſcant, ſe armare adverſus ſpirituales incurſus. Et ſicut fit, ut audita bellica tuba milites ad prælium animoſius accendantur, hoſtilis impetus formidine fuſus diſpergatur; ita exterritis turbis nocentibus confortetur ad Dominica bella per ſignum populus evocatus, & procul pulſis aereis poteſtatibus, conventus eccleſiæ manu Angelica ſervetur.“ Tubas videtur a cornibus diſtinguere *Walafridus* STRABO, dum varios convocandi ad cœtus eccleſiaſticos recenſet modos, apud veteres conſuetos, *de exordiis & incrementis rer. eccleſiaſt.* cap. 5. „Apud alios (inquit) devotio ſola cogebat ad ſtatutas horas concurrere, alii prænuntiationibus publicis invitabantur, & in una ſolemnitate proxime futuras diſcebant. Apud quoſdam tabulis, apud nonnullos cornibus horæ prodebantur.“ Et poſt pauca: „Quia vero tubas æreas & argenteas in lege habemus (Num. 10.) & propheta quaſi tuba vocem prædicationis exaltare iubet, congrue his vaſis utimur in convocatione fidelium, ut prædicatio noſtra in eccleſia, pura in argento, in ære ſignificetur durabilis & ſonora.“

T. III. Conc. Germ. p. 82.

XIV. Tabularum lignearum uſus in monaſteriis, perinde ac tubarum, exorſus eſt, aut, ſi AMALARIO credimus, a primis chriſtianis, quando latitabant per cryptas. Pertinet huc *Græcorum* κρȣ̃μα ſeu κρȣ̃σμα, σήμαντρον, σημαντήριον, ἅγιος σίδηρος, (*ſacrum ferrum, ſemanterion*) ferrea lamina, aſſer ferreis manubriis verſatilibus inſtructus. De quibus plura videſis apud DUCANGIUM in gloſſar. *Græc.* T. I. p. 758. V. κρȣ̃σμα, & T. II. p. 1359. V. Σημαντήριον. Hunc etiam LAMPIUS citat, aliqua teſtimonia in eandem rem referendo L. I. c. 8. de cymb. vet. p. 46. BLANCHINIUS Tab. VII. malleum ligneum exhibet, quo *Hebræi* etiam nunc excitant ſuos contribules ad preces antelucanas, & vocant *Sommerim labocher*, vigilias matutinas; *Malleo ligneo*, addit, *quod moris eſt apud nos, contundere tra-*

Tabulæ ſemanteria apud Græcos. *L. IV. de div. offic.* c. 21. *T. II. pag.* 1359.

Apud Cauſeum. *Apud Sallengre nov. theſaur. antiq. Roman. T. II. p. 1190. &c.*

bem in aditu eccleſiæ poſitam, in triduo maioris hebdomadæ. Tum etiam Tab. VIII. n. 10. Semanterion *Græcorum* ab *Italis* dictum ſcrandola, adumbrat, & deſcribit eadem p. 47. Optime autem definitum & deſcriptum habes apud *Hieronymum* MAGIUM de tintinnabulis c. 15. quem librum captivus in *Turcia* ſcripſit, adeoque hodiernum uſum compertum habet Chriſtianorum ſub Turcarum iugo gementium, qui campanas non admittunt. *Græcis* ergo ad antiquam conſuetudinem recurrendum fuit, cum tardius etiam medio ævo campanis uti cepiſſent. Sic BARONIUS ad an. 865. ſcribit: „Ad hunc quoque annum referunt ſcriptores proſecuti res *Venetas*, ærea inſtrumenta, quæ campanas dicimus, uſui eſſe cepiſſe apud *Græcos*, miſſis ipſis a Duce *Venetiarum* URSO *Patriciaco* ad MICHAELEM imperatorem.“ Iuxta SABELLIUM Enne. 9. lib. I. circa annum 874. demum uti campanis ceperunt, beneficio *Venetorum*, qui BASILIO imperatori miſerunt duodenas magni ponderis artificiique non vulgaris campanas. Atque ex tunc iam Κρȣ̃μα *Græcis* campanarum ſonum denotat, ſicque κρȣ́ειν, quod a quibusdam corruptoribus κρȣ́γειν profertur, pulſare campanas ſæpiſſime ſignificat; ut laudatus obſervavit LAMPIUS ex

L. II. c. 6. p. 166. *T. XV. Opp. p. 93.*

DUCANGIO, loca quædam proferendo, quæ ad uſum campanarum noſtrarum, quas attracto fune ſonare facimus, non poſſunt referri. Sic euchologium: ὑπέρχεται ὁ κανδηλάπτης καὶ κρȣ́ει τὰς βαρέας ἐπὶ τὸν σιδηρȣ̃ν κ.τ.λ. Κανδηλάπτης dictus eſt a candelis accendendis: huius enim, ut GRETSERUS annotavit in CODINUM, etiam eſt κρȣ́ειν τὰς βαρέας, ϰ̀ τὸ σιδηρȣ̃ν, quæ illis loco campanarum erant, ϰ̀ σημαίνειν τὸ μέγα σήμαντρον. Varia enim ſigna dabant, ut & apud nos fieri ſolet. Vide BALSAMONEM in diſſertatione, cur monachi tribus ſignis ſuos ad ſacra convocent, cum alii uno ſigno contenti ſint.

Campanarii. *T. III. Conc. Germ. p. 591.* *Ib. T. IV. p. 42.*

XV. Parum ab eſt officium illud τȣ̃ Κανδηλάπτȣ a noſtro campanariorum, de quibus paſſim in conciliis *Germaniæ* medii ævi titulus habetur, veluti in *Colonienſi* an. 1260. *Item ut campanarii Eccleſiarum, quorum ſervitus, ſive onus circa altare verſatur, nunquam absque veſte camiſiali compareant, firmiſſime prohibemus.* In concilio *Colon.* an. 1300. cavetur, „ne deinceps campanarii in villis & eccleſiis parochialibus ibidem aſſumantur niſi litterati, qui in defectu reſpondentis ad altare, cum camiſiis lineis aſſiſtant, in miſſis deſervientes presbytero, ne miniſtrator careat ſocio ſibi reſpondente.“ Adde concilium *Colonienſe* an. 1310. *de campanariis, quod ſint litterati, & in albis miniſtrent.* p. 124. & 1362. *de cuſtodibus ſive campanariis* p. 493. Decretal. c. 1. & 2. de off. cuſtod. Vid. *Io. Steph.* DURANTUS lib. I. de ritibus eccl. cath. c. 27.

XVI.

XVI. Erat vero circa illa tempora non unius modi, ſed varius campanarum & tintinnabulorum uſus. Iam apud *Io.* Gersonem verſus illi vulgares de vario campanarum uſu ſacro citati leguntur, ſæpe laudato tract. I. de canticis p. 628. „Sunt (inquit) ærea cymbala ea, quæ vocavimus campanas, quas bene fortiter ſonare nullus ambigit. Talibus utitur eccleſia plus aliis ſectis ad Domini laudes, tanquam vice tubarum legis veteris, quarum officia metris quidam expreſſit, loquentem inducens campanam:

Varius campanarum, & tintinnabulorum uſus.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum,

Defunctos ploro, peſtem fugo, feſta decoro.

Cymbala & campanas ceu ſigna funebria paullo ante iam ex S. Gregorio M. & *V.* Beda annotavimus. Alii uſus poſteriorum ſunt ſæculorum. In chronicorum Conradi Abb. *Urſpergenſis* Paralipom. ad an. 1238. hæc leguntur: „Pontifex Gregorius nonus *Salve regina* certis divinæ rei horis addi, campanasque ad euchariſtiæ confectionem & laudes Virginis Dei genetricis pulſari decrevit, rem ſcilicet eccleſiaſticam reformaturus.“ Idem Trithemius in chr. *Hirſ.* Gregorio IX. tribuit; teſte tamen Cæsario & Alberico in chron. ad an. 1200. Guido Cardinalis & apoſtolicæ ſedis in *Germania* legatus, veniens præcepiſſe fertur, ut in Miſſa ad elevationem hoſtiæ ſalutaris omnis populus ad ſonitum nolæ veniam peteret, & ſic usque poſt calicis benedictionem proſtratus iaceret. Sed recte Martenius conciliari utrumque poſſe exiſtimat, ſi Guidonis ſtatutum de nolæ ſeu minoris campanæ, Gregorii vero de maioris campanæ ſonitu, quæ etiam abſentes ab eccleſia admoneret, intelligatur. Sic apud eundem poſtea ab archiepiſcopo *Rotomagenſi* preces & pſalmus *Ad te levavi* &c. poſt orationem Dominicam dicendus præſcribitur: *dicto pſalmo pulſentur campanæ, ut populi, qui erit extra eccleſiam, excitetur devotio ſimiliter ad orandum.*

De ant. eccl. rit. L. I. c. IV. art. 8. T. I. p. 414.

Pag. 421.

Paucis poſt conſtitutionem Gregorii annis in concilio *Wigornienſi* an. 1240. ſtatutum eſt tit. VIII. in hunc modum: „Cum autem in celebratione Miſſæ Corpus Domini per manus ſacerdotum in altum erigitur, „campanella pulſetur: ut per hoc devotio torpentium excitetur, ac aliorum charitas fortius inflammetur.“ Sequitur mox alia ad rem præſentem conſtitutio: „Cum autem ad infirmum Euchariſtia deportatur, ita decenter ſe habeant portatores, ſuperpelliciis ſaltem induti cum campanella &c.“ Additur in ſynodo *Patavina* an. 1284. „Ex cuius ſono primo devotio fidelium excitetur ad tanti reverentiam Sacramenti &c.“

T. XI. Conc. ed. Labb. P. I. p. 576.

T. III. Conc. Germ. p. 673.

Ib. p. 691. *Ib. p.* 727.

Utraque conſtitutio in ſtatutis ſynodalibus Ioannis epiſcopi *Leodienſis* an. 1287. confirmatur; altera in concilio *Würzburgenſi* eiusdem anni his verbis: „Clericus vero præcedens cum campanella & lumine tintinnando; & „obviantes, donec ſacerdos tranſeat, genuflectant, & dicant devote ter „ad minus orationem dominicam cum ſalutatione B. V. M." Adde S. Edmundi, *Cantuarienſis* archiepiſcopi, conſtitutionem apud laudatum Martenium p. 697. *Ang.* Rocca *de Campanis* diſtinctim agit de aliis huiusmodi campanarum pulſibus per diem, veſpere, mane, & meridie, nec non in feſtis, in Dei & SS. honorem, pro defunctis item; quibusve temporibus campanas pulſare non liceat, ac demum de numero campanarum tam clericorum ſæcularium, quam religioſorum eccleſiis conceſſo. Extat quoque Ioannis XXII. decretalis an. 1323. Extrav. lib. I. tit. 5. *de officio cuſtodis*, quod ordines mendicantes attinet. Apud noſtros frequens fuit ſcillarum uſus in refectorio, & alibi; ut videre eſt in P. *Marq.* Herrgott *Vet. diſciplina monaſtica* pluribus in locis: idque inter alia carpit *Ciſtercienſis* apud *Cluniacenſes* in Dialogo a Martenio edito: *Tria tintinnabula in refectorio habetis, nos unum ſolum, & ſufficit &c.* Præibant etiam ſcillæ alia ſigna: *Sicut ſemper*, ut habet ordo *Cluniacenſis* apud citatum P. Herrgott p. 246. *quando omnia ſigna pulſantur, excepto in duodecim lectionibus ad miſſam.* Succedendo plerumque, incipiendoque a minoribus, ſonabant campanæ, aliquando etiam ſimul, præmiſſis tantum ſcillis. Quæ compulſatio in noſtris antiquis ritibus appellatur *terracio, Schrecki.* a) Compulſatio omnium campanarum *Claſſicum* vocabatur. Quam in rem plura congeſſit Ducangius; addidit aliqua Carpentier, notaruntque etiam in hierolexico Macri fratres. Apud Martenium de ſimili compulſatione in Cœna Domini legitur: *Poſt glaſſum autem iſtum nemo præſumat in tota civitate ſignum aliquod pulſare.*

Apud Sallengre T. II. Theſ. novi antiq. Rom. p. 1276. *ſeqq.*

Theſ. anecd. T. V. p. 1637.

a

T III. pag. 334.

Tintinnabula in ſacris veſtibus.

Apud cit. Herrgott p. 346.

XVII. Id etiam haud infrequens fuit ad exemplum ſummi ſacerdotis, cuius extremus tunicæ limbus *Exod. XXVIII.* iuſſu Moysis tintinnabulis ſcatebat, ut veſtes ſacræ tintinnabulis ornarentur. Sic in laudatis *Cluniac.* conſtitutionibus de feſto Aſſumtionis B. M. V. hæc leguntur: „In huiusmodi feſtis tantum illæ cappæ deauratæ, in „aliquibus quarum etiam aureæ ſcillulæ (vel campanulæ) dependent, „ab armario, & his, qui cum eo, induuntur." Magno autem ea

numero

a) „Incipiat (Secretarius) ſonare duabus ſcillis ad matutinum. Poſtea fiat compulſatio ab omnibus campanis in choro, quæ compulſatio dicitur *terracio*, quæ vulgariter dicitur *Schrecki.* Deinde ſonentur maiores campanæ in angulari uſque ad introitum ſcholarium. Tunc faciant ternas orationes in choro, deinde incipiant XV. gradus. Interim pulſentur iterum maiores campanæ in angulari, ut prius uſque nocturnum XV. graduum. Cum legnut ſecundum nocturnum XV. graduum, pulſentur duæ maximæ campanæ in choro. Ad finem tertii Nocturni graduum fit compulſatio ab omnibus campanis tam in choro, quam in angulari."

numero fuiſſe, palam fit ex iis, quæ apud MARTENIUM leguntur de ſuppellectili monaſterii a S. MEINWERIO *Padernbornenſi* ædificati: *Stolæ auro textæ VII. ex quibus una habuit XXVII. tintinnabula, alia XXI.* Ex his, aliisque a me, ſi Deus ſoſpitet, in veteri Liturgia *Alemannica* proferendis, palam eſt, falli *Chriſt.* SCHOETTGENIUM, dum in peculiari diſſertatione *de nolis in veſtitu* ſibi probandum aſſumit, nolarum in veſtibus in *Gallia* & *Germania* uſum nonniſi ſæc. XV. invaluiſſe.

T. I. de antiq. eccl. rit. pag. 349.

Rotæ cymbalicæ ac harmonica ſyſtemata.

TABB. XXV. & XXXI.

XVIII. Nihil frequentius fuit, quam plura in ſyſtemata iungi cymbala, antiquis etiam, teſte SUIDA, tympanis circumappendi ſolita. Pertinet huc cymbalum iam ſuperius notatum, adumbratumque in codice *S. Emeramenſi* n. 12. & *S. Blaſiano* n. 13. *Sunt & campanulæ,* inquit *Io.* GERSON, *pro melodia, velut in horologiis ordinatæ.* Meminerat ante rotæ etiam cum aliis inſtrumentis, quales nempe tintinnabulis inſtrui ſolebant. DUCANGIUS & CARPENTIER voce *rota* quædam ad rem habent, veluti SANUTI locum lib. 2. Part. 4. c. 21. ubi inter aliqua genera dulcia muſicorum recenſentur violæ, citharæ, & rotæ; & CONSTANTINI *Africani* lib. I. *de morborum curat.* c. 16. ubi dulcis ſonus fieri præſcribitur de muſicorum generibus, ſicut campanula, vidula, rota & ſimilibus. In laudata iam ad LULLUM Archiep. *Moguntinum* epiſtola CUTHBERTUS citharistam petit, *qui poſſit citbariſare, quam nos appellamus rotæ.* Unde videtur eſſe vox generalior, quam ut ſolis rotis cymbalariis conveniat. Nec audet DUCANGIUS, perinde ac nos, definire, an huc pertineant ECKEHARDI *iunioris* cœnobitæ *S. Galli* verba in libro de caſibus monaſterii *S. Galli* c. 3. „Quæ autem TUTILO dictaverat, ſingularis & agnoſcibilis melodiæ ſunt: quia per pſalterium, ſeu per rotam, a) qua potentior ipſe erat, pneumata inventa dulciora ſunt, ut apparet in *Hodie cantandus, & omnium vir gemmis.* Quos autem KAROLO ad offerendam, quam ipſe rex fecerat, obtulit canendos.“ An, inquam, non tunc ad tropos huius modi rotæ illæ cymbalariæ ſonuerint, quæ olim paſſim in eccleſiis ſuſpenſæ hinc inde ad hodiernum usque diem perſeverarunt? Quas inter principatum ſane tenet prægrandis illa ſtella penſilis ex ære

Io. Gerſon Tr. I. de canticis T. III. P. II. pag. 628.

Apud Goldaſt. Rer. Alem. T. I. P. I. p. 29.

a


a) In ECCARDI Minimi, Decani libro de vita B. NOTKERI *Balbuli*, apud eundem GOLDASTUM c. 17. p. 236. locus eſt de rota molinaria; unde tamen id, quod de TUTILONE hic dicitur, illuſtrari queat: „Fertur de beato viro, cum quadam die per dormitorium tranſiret, auſcultans erat enim molendinum iuxta vicinum, cuius rota tarde volvebatur propter penuriam aquæ, garriens quosdam dabat quodammodo vocum ſonos; quod audiens homo Deo dignus, ſtatim fuit in ſpiritu, & illud elegans dictamen edidit de poſſeſſore ſuo, nectareum modulamen eructavit, ſcilicet eodem almo ſpiritu, ac toti mundo ad ſalutem propinavit, ſequentiam dico, quæ eſt de ſancto Spiritu, *Sancti Spiritus aſſit nobis gratia* “ A potiori utique rota, *qua erat* TUTILO *potentior*, cymbularia modulos eidem ſuggerere potuit, ſicut & pſalterium. Muſurgæ etiam ſolent inſtrumento quodam excitare phantaſiam.

ære fuſa, & innumeris cymbalis inſtructa, quæ apud *Fuldenſes* magna omnium admiratione ſpectatur, & auditur, ab *Ath.* KIRCHERO in muſurgia deſcripta, ac repræſentata lib. IX. p. 336. *T. I. mon. Angl. p. 104.* *Wil.* DUGDAL refert, ATHELWOLDUM abbatem *Abendonienſem* apud *Anglos* ſæc. X. rotam tintinnabulis plenam fieri curaſſe, quam in maioribus feſtis ad maioris excitationem devotionis reducendo volvi conſtituit.


Commemoraſſe ſaltem rotas quasdam cymbalarias iuvat ex vicinia huiate, quæ ad hunc usque diem uſum ſuum ſacrum præſtant: veluti *Briſaci* & *Friburgi Briſgoiæ* in magnifica illa baſilica, eiusdem cum turre ſtupendi ac incomparabilis operis cum *Argentoratenſi* ac *Viennenſi* S. STEPHANI, a CONRADO *Zaringico* ſæc. XII. exſtructa: *Villingæ* item, atque in eccleſia collegiali urbis imperialis *Uberlingæ:* demum etiam in villa noſtra *Ebendingen* ſive *Ewatingen*, eaque duplex, quæ in præcipuis TAB. XXXV. feſtis a primoribus loci ſub elevatione pro congiario rotatur. Ex ectypo palam fit, eiusdem prope ſtructuræ eſſe, ac diſcus crotalophorus ille, ut vocat BLANCHINIUS, cuius figuram affert ex anaglypho veteri Tab. VIII. n. 17. ac deſcribit pag. 50. apud CAUSEUM proximeque antecedenti meminit machinæ muſicæ, quam hymnologium appellat; dicitque, paſſim aptari publicis horologiis eccleſiarum & fori in *Gallia*, *Germania*, *Belgio*, & *Anglia.*


Sunt pleraque recentioris ævi prægrandia perſæpe campanarum ſyſtemata, quæ tinnitu e templorum turribus quibusdam in urbibus, veluti *Salisburgi*, *Hamburgi*, *Holmiæ*, compluribus vero *Belgii*, muſicos concentus edunt: de quibus legi poſſunt *Hieronymus* MAGIUS *de tintinnabulis*, & *Ang.* ROCCA *de campanis* apud *Alb. Hen. de* SALLENGRE Nov. theſ. antiq. *Roman* T. II. p. 1194. ſeqq.

LIB. IV.



Ex Cod. San_Emer. DCCCann. Tab. I.


6. LIGNUM ALTUM
XII
BUNIBULA
SED EX IIII
PARTIB
TRIA
IN UNO
QUOQ.
LATERE
BUNIBULU AEREU. DUCTILE QUADRATU. CUM
FISTULO AEREO FERREOQ. COMIXTUM
III. FISTULI AEREI
FORMA TUBAE
7.
IIII
fiſtule
&re
ae
9. ALII. PSALTE
RIU SIC
PINGU
NT
IN MODU
DELTAE
LITTE
RAE
8.
* PSALTERIU. DECACORDARU. IN MODU CLIPEI QUADRATI.




Ex Cod. San_Emeranensi · Tab. III.



Ex Mſc. San-Blaſ. ann. DC.


A

T.XXVII.




Ex Cod. San_Blaſ. D. annorum Tab. I.

T. XXVIII.




Ex Cod. San-Blas. Tab. II.



Ex Cod. San_Blaſiano. Tab. III.

T. XXX.


10. Quidā pſalteriū ĩmodū delte-
litere ſic pingunt




11. pſalteriū decacord
vm ĩmodū clypei
qͣdrati.



Ex Cod. San_Blaſ. Tab. IV.



Ex Cod. San-Blaſ. Tab. V.



E. c Cod. San-Blaſ. Tab. VI.

20. 21.

vnū genꝰ chori



Ex Cod. San. Blas. Tab. VII.

22.

aliū gen° corn.




23.

Monochordum.





Ex Cod. San – Blaſ: Tab. VIII.


N. 1.



N. 2.




B
G
C
GG
CC
A.


Tonus
Dyateſſeron
Semitonium majus
Semiditonus
Semitonium minus
Dyapente
Dyapente
Dyapente
Dyapente
Tritonus
Tritonus
Dyateſſeron
Semitonium majus
tonus
coma
Semitonium cum Dyapente
Semiditonus cum Dyapente
Ditonus cum Dyapente
coma
coma
Γ
A
C
D
E
F
G
a
c
d
e
f
g
aa
cc
dd
ee
ff

LIBER IV.

DE CANTU ET MUSICA SACRA POSTERIORIS ÆVI A SÆCULO CIRCITER XV. USQUE AD PRÆSENS TEMPUS.

CAPUT I.

Diſciplina cantus ac muſicæ eccleſiaſticæ poſteriore hac ætate.

I.

Vidimus hucusque, quomodo paullatim immutatus cantus, ac *muſica ampliata eſt*, ut verbit utar *Fr. Petri* Herp in *chron. Francof.* ad an. 1360. *Nam novi cantores ſurrexere, & componiſtæ & figuriſtæ inceperunt alios modos aſſuere.* *Io.* Gerson circa hæc tempora natus, adoleſcente ſæc. XV. denatus (unde epocham poſterioris ævi de cantu & muſica ſacra ordimur) rem ab ovo repetens tract. II. de candicordo: „Porro (inquit) tempore Martyrum *circumierunt aliqui in melotis, in pellibus caprinis, in montibus, in ſpeluncis, & in cavernis terræ* Hebr. XI. 37. apud quos & quales, ſatis probabile eſt, vocalia cantica non fuiſſe.

Ampliatio muſicæ, & cantus frequentatio.

Opp. T. III. p. 653.

Poſt

Poſt dilatationem eccleſiæ, ac reddita pace, fuit nihilominus multa varietas. Sola pſalmorum accentuatio tenuis fuit apud aliquos, apud alios crebris cum arte ſua cantus. Fuit apud alios diſcantus, addita ſunt cymbala in eccleſiis beneſonantia, quæ campanas dicimus. Fuerunt apud alios organa multarum fiſtularum, iunctis apud aliquos tubis ductilibus. Poſtremo, quid neceſſe eſt numerare per ſingulas, quales in canticis eccleſiaſticis habitæ ſunt, & nunc obſervantur, varietates? Rem amas ad fructum vel uſum. Dedit AUGUSTINUS quodam loco Confeſſionum ſuarum intelligi, non parvam eſſe difficultatem circa hanc, ita ut in neutram partem auſus fuerit præcipitare ſententiam. "

Affert deinde ex S. Doctore, quæ nos iam ſupra libro primo ſatis explicavimus, ubi de cantu ſacro prima eccleſiæ ætate, quando is ſimplex, adhuc excluſis cæteris muſicis lenociniis, fuit, egimus. Nihilominus ſe pœnaliter peccare confitetur, dum eum plus ipſe cantus, quam id, quod cantatur, delectavit. „Conquiſitionem habet hoc ultimum non mediocrem (ſubdit GERSON) primo de muſicis inſtrumentis & organis, quæ nihil utique loquuntur ultra mulcentem harmoniam, niſi pro incertis in-
Ib. p. 674. telligentia. Sed & de laicis, aliiſque non intelligentibus ea, quæ cantantur, quaſi par eſt difficultas." Idem in carmine de laude muſicæ, dum multa
Pag. 674. accumulat, tandem etiam ad exemplum eiusdem S. AUGUSTINI recurrit, variis recenſitis muſicæ uſibus:

Vox devota Deum placat iratum, placet armis,
Civibus, ipſa choris concinit angelicis.
Vocibus eccleſiæ, Pater AUGUSTINE, *fateris*
Motum te lacrymis ora rigaſſe piis.

Sequitur aliud carmen, *Eccleſiaſticorum* ſcilicet *exhortatio ad cantum,* iis, quos attinet, crebro recinendum. Exordium hoc eſt:

Semper in ore tuo ſit laus, ſint cantica Sion.
Quamvis captivum te Babylone doles.
Fiat hoc præcipue, cui cantus Eccleſiæ dant
Abſque labore cibos, veſte, domoque tegi.
Hoc leve pondus, & hoc tibi ſponte iugum poſuiſti,
Fer, nec, dum vives, rumpe, vel excutias.
Sed tædet, dices, eadem totiens iterari,
Mentem cum cerebro vox reboanda gravat.
Quo crucier, doleamque modo, neſcitis amici:
Fundere ſufficiat corde preces Domino.
Frater nil magnum ſine magno vita labore
Fert hominum; perſtes, uſus alacris erit.

Tu

Tu tibimet crebro dic: Eccleſiæ vice fungor,
Pſallentisque dolor vertitur in meritum &c.

Finit ad Iac. V. 13. alludens locum: *Ib. p.* 675.

Triſtis es, æquo tunc animo pſallens tibi vim fac,
Vim patitur cœlum, vim faciamus ei.
Mox veniet, gaude, mors te de carcere ſolvens,
Pſalmis cantantem victor ad alta vehet.

II. Haud ſpernendus eſt eiusdem liber, ſeu *Doctrina pro pueris eccleſiæ Pariſienſis*, ut recte educentur, ne hoc neglectu in vitia illa proclives labantur, quæ a Duranto notantur: „Hodie, dolenter refero, in eccleſiis muſici, qui cantorum vice funguntur, omnium hominum diſſolutiſſimi ſunt: adeo ut adagium populo dederit, muſice vivere, id eſt, diſſolute, & effeminate.“ Vult ergo *Io.* Gerson, eorum ſedulam curam haberi, ac inſtitutionem horis ab officio chori vacuis. „Habeat ergo (inquit) magiſter alius ſufficiens ſpatium pro docendo Grammaticam, & Logicam, & verſus, aut materiam, & epiſtolarum, aut evangeliorum groſſam expoſitionem in lingua vulgari; quia quod non intelligitur, nunquam apte & ſecure pronunciatur, nec inde mens ſic ad devotionem incitatur. Eſt autem hora magis ſolita pro talibus de mane usque ad prandium, & de reditu veſperarum usque ad cœnam, aut amplius ſecundum qualitatem temporum & neceſſitatum. Nolumus autem legi quoscunque auctores, qui magis obſint moribus, quam proſint ingeniis.“ Et poſtea de cantu inter alia: „Volumus inſuper (ait) ut pueri habeant regulam, ſicut communiter habent in domibus pædagogorum, & faciant certis cæteris horis... nunc de cantu, nunc de grammatica, & coram uno magiſtrorum veniant.“ Et poſtea: „Poſtremo doceantur pueri diligenter obſervare ceremonias competentes eis in divino cultu, ab antiquo in eccleſia noſtra ſervari conſuetas: ut quando debent intrare, quando inclinare, quando exire, quo ordine cantare, & ſimiles, quas pro magna parte ſcribi, & in loco publico ſuæ habitationis poni mandavimus.“ Verborum tenor prodit, Gersonem hæc publica ſcripſiſſe auctoritate. Neque vero hoc a ſe Patres in conciliis huius ævi poſterioris alienum exiſtimarunt, veluti habetur in concilio *Bituricenſi* an. 1584. titulus decimus quartus *de pueris choriſtis*, quinque omnino contextus canonibus apud Labbæum, quibus præſcribitur, *eos non tantum voce, ſed etiam compoſitis moribus, & habitu, & litterulis pro captu ætatis ornatos eſſe debere.*

Et diſciplina a pueris

De ritibus eccl. lib. III. c. 21.

T. IV. Opp. p. 718.

Pag. 719.

T. XV. pag. 1086. 1087.

A Clericis præſertim,

III. Varia ſunt, quæ percenſere huius eſt argumenti, conciliorum decreta, ad peragendum rite divinum officium attinentia, quod etiam privatum non ſine ſocio clerico peragi permiſſum in nonnullis conciliorum ſtatutis legimus: veluti in *Uratislavienſi* an. 1445. *Quod quilibet presbyter ad divinum officium ſecum habeat clericum, qui tam diurnum, pariter ac nocturnum abſque ſyncopatione peragat.* In ſynodo *Herbipolenſi* anni ſequentis curatis ſacerdotibus in virtute ſanctæ obedientiæ iniunctum eſt, „quod ipſi de cætero in eccleſiis ſuis debitis horis cottidie, pulſato campanæ ad hoc ſigno, non in cameris, ſtubis, aut aliis locis, ut nonnulli ex eis hactenus facere ex accidia (acedia) conſueverunt, ſaltem matutinum & veſpertinum officium dicant, cum commode fieri poterit; niſi eos quandoque neceſſitas, ſeu impedimentum legitimum ab hoc retrahat & excuſet.“ In concilio *Eyſtättenſi* anni ſequentis 1447. *Sive ſoli, ſive aſſociati divinum diurnum nocturnumque officium reverenter verbis diſtinctis* peragere iubentur, *ac tali in loco, unde a devotione non retrahantur.* Antea autem de illis, qui in cathedralibus & collegiatis eccleſiis officium publicum peragunt, ſtatuitur: „cum in choro fuerint, gravitatem ſervent, quam & locus, & officium exigunt, non inſimul ac cum aliis confabulantes, ſeu colloquentes, aut litteras ſeu ſcripturas alias ibidem legentes; & cum pſallendi gratia ibidem conveniant, muta & clauſa labia tenere non debent; ſed omnes, præſertim qui maiori funguntur honore, in pſalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulentur.“

T. V. Conc. Germ. p. 289. — *Ib. p. 337.* — *Ib. p. 381.* — *Pag. 38.*

Dignitatibus,

Qui maiori fungi honore dicuntur, interque hos etiam cantores, *Dignitates* appellari mos eſt; de quibus inſigne habetur concilii *Moguntini* an. 1549. capitulum LXXI. ſequens: „Cum conſtet, harum Dignitatum officia maiores noſtros ideo in eccleſiis inſtituiſſe, ut eſſent, qui diſciplinam eccleſiaſticam, tamquam inſpectores, & moderatores conſervarent; iam vero videamus, ea ab iis occupari, qui dignitatum titulos tantum gerunt, & emolumentis gaudent, & tamen ab eccleſiis ſuis abſunt, nihil minus, quam appellationibus ſuis reſpondentes. Quare ſtatuimus, ut poſthac omnes, qui vel Præpoſitorum, vel Decanorum, vel Scholaſticorum, vel Cuſtodum, vel Cantorum dignitatibus (quatenus hæ ad noſtram aut comprovincialium noſtrorum diſpoſitionem pertinent) iam præfulgent, aut porro ornandi erunt, præſentes ſuis eccleſiis utilem & nomine dignam operam præſtent: non abſentes fructus tantum auferant: neque liceat cuiquam abſenti ullam harum dignitatum gerere; ſed quisque tali titulo inſignitus ſuæ eccleſiæ non abſens, neque conducta aliorum opera, ſed reſidendo præſens ipſe ſerviat.“ In concilio

T. XIV. Conc. ed. Labb. p. 692.

cilio *Mediolanenſi* I. ſub S. Carolo *Borromæo* auctoritate Concilii *Tridentini* adhuc gravius ſic ſtatuitur: „Qui dignitates aut perſonatus in eccleſiis obtinent, & canonici, nominis ac inſtitutionis ſuæ memores, ea pietate, & aſſiduitate divina officia colere debent, ut alii eorum exemplo ad ſtudium & amorem divini cultus accendantur. Itaque auctoritate etiam *Tridentini* concilii præcipimus, ut cum in choro pſallendum eſt, ipſi quoque quantum honoris gradu cæteris præſtant, tanto ſtudioſius pſalmis, hymnis, & canticis unacum aliis modulantes, Dei laudes concelebrent.“ Sequitur peculiare caput *de officio magiſtri chori & ceremoniarum.* *Ib. T. XV. p. 290.*

In eodem de muſica & cantoribus ad rem præſentem, quod alias etiam minores eccleſias attinet, ſic cavetur: „Cantores, ubi fieri poteſt, clerici ſint; omnino autem in choro clericalibus veſtibus & ſuperpelliceo utantur.“ In concilio *Mediolanenſi* IV. P. II. tit. 8. anno 1576. ſancitum eſt. *Quicunque eccleſiaſticum ordinem ſuſcepturus eſt, de eo periculum experimentumque fiat ... in cantus peritia, ad ordinis, quem tunc ſuſcipiet, functiones rite recteque obeundas neceſſaria.* Concilium *Tridentinum* ſeſs. XXIII. c. 18. de reformatione, inter eccleſiaſticas diſciplinas, in quibus adoleſcentes in ſeminariis erudiri debeant, etiam cantum recenſuerat. Poſt acta Concilii *Tridentini* eiusque officiales recenſentur *cantores ſacri concilii* non pauci, variis ex regionibus acciti. Sed ſunt diſcernenda hac poſteriore ætate ſicut muſicæ, ita etiam cantorum diverſa genera; gradus item varii cantorum, qui chorum pſallentium moderantur. In Concilio provinciali *Salisburgenſi* an. 1569. conſtitutionis XXIII. caput quartum eſt, „de ſummorum cantorum officio, quorum provincia eſt, ut divinum officium in choro per ſingulas horas non curſim ac feſtinanter, ſed ſenſim ac pedetentim; non truncate, ſed integre, diſtincte, & cum interſpiratione decenti, præſertim in medio cuiuslibet verſiculi pſalmorum, debitam faciendo inter ſolemne ac feriale officium differentiam, devote reverenterque ab omnibus perſolvatur, præſertim a vicariis, regentibus, cantoribus, & lectoribus: qui ſæpe vociferatoribus magis, quam concinentibus ſimiles incompoſite clamitant &c.“ Cantoribus, *T. VI. Conc. Germ. p. 967. ad an. 1563.* *T. VII. Conc. Germ. p. 276.*

Alius vero circa Vicarios abuſus irrepſit, quod Canonici onus canendi a ſe in eos devolverent: quam obrem in eodem *Salisburgenſi* concilio conſtitutione mox ſequenti XXIV. multis capitibus Canonicis ipſis præcepta dantur, decimumque nonum pluribus ad pietatem & cultum divinum eosdem excitando ſic orditur: „Neque vero grave fuerit canonicis, quod eos hoc noſtro mandato officii ſui admonemus: nempe ut ſacro integro ſemper interſint, & horas canonicas uno animo & voce Et maxime a Canonicis, *Ib. p. 284.*

cantando in choro abſolvant. Quandoquidem non ſolum res ipſa hoc ab eis efflagitare videatur, verum etiam diligentiæ ſuæ præmium temporale haud aliunde, quam ex canonicatus ſui præbenda, hoc eſt, bonis eccleſiaſticis percipiant, & id ipſum *S. Tridentini* & aliorum conciliorum ſanctiones præcipiant &c." Omnes hic excuſationes multis auctoritatibus prævertit NAVARRUS, quales ſunt E. c. „ignorantia cantus, aut vocis in id aptæ defectus, aut prælatio, qua nobilitate, ſcientia, & gradu aliis præcellunt. Quæ tamen cauſa non eſt iuſta. Tum quia, qui non callet cantum, aut aliquid aliud officio ſuo exercendo neceſſarium, non debet illud ſuſcipere &c. Tum quod præſtantia dignitatis non excuſat a cantu, quin imo ad eum magis obligat, uti fuit declaratum in concilio *Baſileenſi* in ſeſs. XXI. tit. quomodo divinum officium peragendum ſit." Ex quo concilio nos paullo poſt alia ad rem præſentem afferemus: dolendum vero, inceſſum per eccleſiam, aut deambulationes prope illam tempore divini officii honoratioribus hic inhibere neceſſe fuiſſe. In concilio provinciali *Cameracenſi* an. 1565. tit. 6. c. præſcribitur, qua ratione Canonici in choro ipſo ſe habere debeant: „In choro cum pſallitur, canonici omnes, qui in choro fuerint, & ſacellani pſallant, nec ſint in ſedibus ſuis otioſi; nec putent, ſe functos officio, ſi vicaria tantum opera cultum divinum celebrari curent: modo tamen pſallere per valetudinem queant, nec aliis impediti iuſtis de cauſis fuerint." De Vicariis autem, qui canonicas horas in choro cantant, paullo poſt ſtatuitur, quales eſſe oporteat. Synodus provincialis *Biſuntina* an. 1571. uti in aliis, ita quoque prolixior eſt *de miniſtris cantuum divinorum, ſive de pſallentibus*: Mox vero ſtatutum primum eſt pro canonicis: „quoniam ad hoc inſtituti ſunt, ut laudes Deo ſingulis horis decantent, niſi legitima cauſa impediente, chorum ſequantur: utque modeſte ſe habeant, & cum decenti gravitate: non garrientes aut rixantes in eo, ſed Deum reverentes, in cuius conſpectu ſiti ſunt." Citatur ibi concilium *Baſileenſe* & *Colonienſe*, & reformatio cleri ſub CAROLO V. concilium item *Tridentinum*.

De hor. Can. c. 11.

T. VII. Conc. Germ. p. 104.

Ib. p. 106. T. VIII. Conc. Germ. p. 198.

Aliisque ſervanda: *Ib. p. 665.*

Synodus *Culmenſis* an. 1605. vicarios & choraliſtas pluribus commonefacit; „Ut in miniſteriis, quibus ſe addixerunt, diligentes, vigilantesque ſint, horas divinarum laudum deſignatas obſervent, & in peragendis officiis divinis ac hymnis pſalmisque decantandis ita verſentur, ut ipſo etiam exteriore cultu corporis & habitu præſeferant, ſe intus animo Deum venerari, ac promtiſſimam mentem habere ad divinas ipſius laudes celebrandas. Quare adveniente hora cantandi divini officii, ad initium ſtatim campanæ pulſus, quisque illorum domo ſua tempeſtive egrediatur,

diatur, ne pulſu finito certatim ad eccleſiam primo currant, & ex celeri illo curſu anheli ad chorum ad cantandum veniant. Porro in ipſo eccleſiæ aditu ſuperpellicia ſumant; a fabellis & collocutionibus abſtinentes in chorum recta eant, atque iſtic coram ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento aliquantiſper orent, ſeſe ad devotionem diſponentes, tamdiu, donec ab hebdomadario officium fuerit inchoatum.“ De ipſius vero Hebdomadarii ex canonicis conſtituendi officio notatu digna ſunt, quæ in conſtitutionibus ſynodalibus eccleſiæ *Ruræmundenſis* an. 1570. præſcribuntur tit. V. *de Divino cultu per canonicos religioſe præſtando &c.* his verbis: „Curabunt ergo in ſingulis collegiis, ut ex canonicis per ordinem aliquis hebdomadarius conſtituatur, qui horas divinas inchoet, capitulum & collectas ipſe canat. Hic autem curabit, ut univerſa in choro a cantoribus reverenter ac religioſe peragantur, illis modum cantandi indicendo, ac ſub pœna privandæ diſtributionis mandando, ne quid æquo properantius, negligentius, oſcitantius, aut indecentius in choro fiat. Quodſi cantores in choro aliquid reprehenſibile deſignent, & non corrigantur, ipſe hebdomadarius multandus veniet Decano ſuo: aut, ſi is neglexerit, noſtro archipresbytero.“ *T. VII. Conc. Germ. p. 666.*

Paſſim obſervavimus cantores in *Gallia* cum baculis, quem uſum iam T. I. p. 322. notavimus; referuntque Macri fratres in hierolexico h. v. in conventuali *Melitenſium* eccleſia quatuor cantores in diebus ſolemnibus indutos pluvialibus aſſiſtere in choro, cum baculis argenteis ad formam baculorum peregrinantium, ſed craſſioribus: itemque in *Siciliæ* ac *Melitæ* cathedralibus reperiri canonicalem dignitatem cantoris, qui fert baculum, ſeu potius virgam argenteam. Addunt, a Stephano IV. inſtitutum xenodochium S. Gregorii iuxta gradus S. Petri, & *tres cantores cum primicerio, qui iugiter officiarent miſſam ad altare* S. Petri, *induti pluviali, mitra, & virga.* Apud *Gallos* ruri etiam in eccleſia cantorem laicum, cum pluviali obambulantem, cantumque populi moderantem vidi. Id vero ubique obtinet, ut in habitu clericali & ſuperpelliceo ſint chori miniſtri, etiam cuſtodes ac pueri. Sic in ſynodo *Antverpienſi* an. 1576. ſtatuitur. „Item in ruralibus eccleſiis, ubi eſt iuventus ſcholaſtica, quæ ad chori cantum iuvandum inſtituitur, ut chorum non ingrediantur ad cantandum ſine ſuperpelliceis. Qui vero cantandi adhuc ſunt imperiti, extra chorum, vel in eius medio collocentur, ut ſine fabulis divinum officium audiant cum omni modeſtia, ad reverentiam compoſiti.“ *Ib. p. 820.*

In Officio divino.

IV. Floruit adoleſcente ſæc. XV. a quo tertiam tractationis noſtræ epocham, ætatis nempe poſterioris ad præſens uſque tempus, exordimur, *Maphæus* VEGIUS *Laudenſis;* atque in inſigni opere *de perſeverantia religionis*, quod in *bibliotheca Patrum* locum ſibi vendicavit, poſtquam libro quinto cepiſſet de ieiunio & oratione tractare, caput tertium *de pſalmodia* iungens, ſic orditur: „Pſallendi quoque conſuetudinem, quæ & huic, quam modo tradidimus, neceſſitudine quadam indiſſolubili, ſingularique germanitate coniuncta eſt, prodeſſe admodum putamus. Nam cum divinis laudibus ſcaturiant omnes ubertim pſalmi atque exundent, neque quidquam ſit, quod a mortalibus magis expoſcat Deus, quam laudes ſuas, nihil certe eſt, quod vel ad placandam iram, vel impetrandam eius gratiam convenientius eis eſſe videatur. Pulchre id nobis, quod ſuperiore etiam tractatu diximus, per fidelem vatem ſuum DAVID explicavit. *Non in ſacrificiis* (inquit) *tuis arguam te, holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.* Et poſt pauca: *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua, & invoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.*"

T. XV. Bibl. PP. Colon. p. 926. *Pſal.* IL.

Per ſtatuta Conciliorum.

Concilium *Baſileenſe*, circa hæc ipſa tempora celebratum, in id ſingularem curam habuit, ut res officiumque divinum recte ageretur. „Ut divinæ ſacræque ceremoniæ (ſunt verba *Auguſtini* PATRICII in hiſtoria eiusdem Concilii actis inſerta) agantur rite ſancteque, ſtatuit ſancta ſynodus in laudibus divinis hæc ſervari: ſacerdotum collegia in templis ſuis ſtatutis conſuetisque horis poſt data ſigna convenire oportere. Divinas laudes canere voce, geſtu, prolationeque decenti: ut diſtincte proferentes intelligi facile poſſint &c." Afferam ſuis locis, quæ ad diverſas officii divini partes ſpectant, ſingillatim. Idem paſſim etiam ſynodum hanc eodem & proximo ſæculo decimo ſexto ſubſequentia concilia particularia egerunt, integro inſerto ſæpius *Baſileenſi* decreto, idque non ſolum in *Gallia*, ubi ſingulari in pretio ſemper fuit concilium iſtud, ſed etiam in noſtra *Germania*; veluti paucis poſt concilium annis in Syn. *Eyſtattenſi* an. 1447. *Saliſburgenſi* an. 1490. *Hildesheimenſi* an. 1539. cap. 36. *Quomodo divinum officium ſit celebrandum.* Quod ſic incipit: „Sancta generalis ſynodus *Baſileenſis*, reformationi ſtatus clericalis intendens, etiam inter alia de celebrando divino officio, & horis canonicis rite perſolvendis, ac nonnullis aliis circa cultum divinum neceſſariis, certas ordinationes facit tenoris infraſcripti: Siquis principem ſæculi rogaturus &c." Idem videre eſt in ſynodo *Argentinenſi* an. 1549. poſt ſaluberrimum ſtatutum, „ut in templis divinæ laudes, & conſueta pſallendi ratio devote, reve-

T. XIII. ed. Labb. p. 1532. *T. V. Conc. Germ. p.* 380. 583. *T. VI. p.* 331. *Ib. p.* 466.

reverenter & diſtincte decantetur & perſolvatur: ita ut in pſallendo aliisque divinis officiis peragendis a ſacerdotibus & canonicis verus pietatis, animorumque affectus, fervor & ſtudium agnoſcatur. Basil. in pſal. 29. Cum non hi Domino pſallant, qui pſalmi verba ore proferunt, ſed hi, qui corde pſalmodiam enunciant, & quicunque ſancti erga Deum ſunt, iuſtitiam ſervantes; hi enim Domino pſallere rhythmis ſpiritualibus concinne poterunt, non, qui fornicatores ſunt, non qui furtum, qui dolum & mendacium in corde ſuo retinent; nam utcumque pſallere putantur, re autem vere non pſallunt, inquit alibi D. Basilius. Et quem non offendat ineptus decantandorum pſalmorum uſus, ſeu murmuratio quædam, qua in templis aliquando utuntur ſacerdotes? Ubi præter confuſaneam & indiſtinctam vocis modulationem & ſonum, ſummum mentium torporem, negligentiam & laſſitudinem ſignificantem, nihil præterea ab auditoribus & circumſtantibus auditur & percipitur. Quomodo autem circa officium divinum celebrandum ac horas canonicas rite de cantandas ſeſe gerere debeant clerici & ſacerdotes, Concilium *Baſileenſe* copioſius & exactius ordinavit &c." Omnia breviter complexa eſt poſtea ſynodus *Tridentina* ſanciendo: *ut in choro ad pſallendum inſtituto hymnis & canticis Dei nomen reverenter, diſtincte, devoteque laudetur.* *Seſſ. XXIV. c. 12. de reform.*

Idipſum deinde alii paſtores inculcare ac exſequi ſedulo curarunt; imprimis S. Carolus *Borromæus*, cuius inſtar omnium ſint decreta, quæ in actis Conciliorum provincialium *Mediolanenſium* leguntur: ac quidem in Concilii primi P. II. *de Muſica & Cantoribus* hæc ad rem ſunt: „In divinis officiis, aut omnino in eccleſiis nec profana cantica ſonive, nec in ſacris canticis molles flexiones, voces magis gutture oppreſſæ, quam ore expreſſæ; aut denique laſciva ulla canendi ratio adhibeatur. Cantus & ſoni graves ſint, pii ac diſtincti, & domui Dei, ac divinis laudibus accommodati, ut ſimul & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur." Et Parte III. tit. *De vita & honeſtate Clericorum*, Conc. IV. „Sacerdotem, clericumque cuiusvis Ordinis in canticis, hymnis, pſalmis cæterisque eccleſiaſtici cultus officiis religioſa modulatione concelebrandis, divinisque laudibus ſancte concinendis ita verſari convenit, ut voce ſua ſacris dicata abuti non debeat ad profanas cantiones & modulationes." Ac Epiſcoporum:

Non ſpernenda porro cura hoc tempore impendenda fuit in repurgandis *hiſtoriis*, quas vocabant, *propriis feſtorum* „Quoniam (ut habet Concilium *Mechlinienſe* an. 1570. c. 7. *de Officio & cultu divino*: „In divi„no officio quandoque, & potiſſimum in feſtis, quæ certis diœceſibus „propria ſunt, in hiſtoriis, quæ leguntur, & ſequentiis Miſſarum, quæ„dam Repurgatis hiſtoriis SS. in feſtis. *T. XV. Conc. ed. Labb. pag.* 797.

„ dam occurrunt, quæ ſubinde pios offendunt: curent epiſcopi, ut, quod „ in eo officio purgandum videtur, & corrigendum, expurgent & corri„ gant; aut loco officii huiusmodi iubeant officium de communi cantari.“ Id vero an hactenus ſatis ubique factum fuerit, nunc haud diſcutio; tantum quid ad rem appoſite præclarus epiſcopus ex ordine *Prædicatorum Ant.* HAVETIUS præſcripſerit in Synodo *Namurcenſi* eiusdem anni appono,

Ib. p. 636. tit. VIII. c. 8. in hanc ſententiam: „In divino officio ea tantum convenit „ decantari ac legi, quæ ſolida ſunt, & ad ædificationem faciunt tam pro„ ferentium, quam auditorum. Quare eccleſiarum rectores & præfecti di„ ligenter advertant, an in ſuis eccleſiis aliqua ſint immixta officio eccleſia„ ſtico falſa, incerta, vel non veroſimilia: quæ ſi deprehenderint, ad nos „ deferant, ut eorum loco ex ſcriptura vel veteribus, ac probatis ſcri„ ptoribus ſolida ſubſtituantur.“ Legendam præterea ſuadeo orationem ſynodicam celebris *Wilh.* LINDANI, epiſcopi *Ruremundenſis* eodem anno habitam.

Ib. p. 647. *&c.*

Sacrificio Miſſæ imprimis.

V. Ut vero præprimis decet, tremendum Miſſæ ſacrificium, quam fieri poteſt compoſite, decenter, ac ſancte celebrare: ſic id ut fieret, &, ſi quid contrarium irrepſiſſet, corrigeretur, cordi habuerunt ſtudioſi quique ſacrorum præſules. Ita concilium *Baſileenſe*, teſte laudato *Auguſtino*

T. XIII. Conc. ed. Labb. p. 1532.

PATRICIO: „Illarum eccleſiarum abuſum, in quibus in ſacrificio ſolemnis Miſſæ ſymbolum fidei, præfatio, ſive oratio dominica inchoata cantilena non perficiuntur, aut omnino ſine cantu dicuntur, damnavit, atque abolevit; vetuitque, inter Miſſarum ſolemnia cantilenas vulgari ſermone conditas cantari, & in privatis Miſſis iuſſit omnia pronuntiari alta & intelligibili voce, præter ea, quæ Secreta nuncupantur.“ Extat eam in rem

T. XII. Conc. ed. Labb. p. 554.

decretum Seſs. XXI. c. 8. *de his, qui in miſſa non complent Credo, vel cantant cantilenas, vel nimis baſſe miſſam legunt, aut ſine miniſtro.* Per-

T. V. Conc. Germ. p. 155.

tinet huc, quod iam an. 1416. in ſynodo *Uratislavienſi* §. 7. ut *accentus & cantus idem ſit cum eccleſia cathedrali*, ſtatutum eſt, „diſtricte præcipiendo, quatenus omnes & ſinguli clerici beneficiati noſtræ diœceſis, & præſertim eccleſiarum parochialium rectores, nec non & collegiatæ eccleſiæ in divinis officiis, & miſſarum celebrationibus, & concluſionibus collectarum, in accentibus epiſtolarum, & evangeliorum, notis præfationum eundem ordinem & ritum & morem, quem tenet noſtra eccleſia cathedralis, & qui ſervatur in eodem, teneant diligenter & obſervent, ſeque eidem in omnibus coaptent & conforment.

Tam publica.

Nec illud hic prætereundem, quod in gratiam officii ac miſſæ publicæ in diebus dominicis & feſtis in ſynodo *Argentinenſi* an. 1435. (alia alio-

aliorum conciliorum ſimilia taceo decreta) ſtatuitur cap. 12. *ut promiſſarii ſuas Miſſas in diebus dominicis poſt Offertorium Miſſæ publicæ cantum dicant, ni aliud ex aliqua iuſta cauſa de voluntate plebani procedat.* Et capitulo 15. „ſtatuimus & ordinamus, quod nullus cuiuscunque altaris eccleſiæ maioris presbyter, præbendarius, vel capellanus præſumat Miſſam cum nota, vel aliud divinum officium celebrare, antequam in choro prædicto, in quo divinum officium eſt ſolemniter celebrandum, a quo etiam, quoad divinum officium aliæ civitatis & diœceſis eccleſiæ regulantur, matutinum officium ſit completum. Et quod nullus eorundem, poſtquam Prima in choro prædicto fuerit inchoata, uſque ad finem Miſſæ maioris, & Sextæ, vel Nonæ, quæ ipſæ Miſſæ continuantur, præſumant Miſſam, vel aliud divinum officium celebrare, vel inceptum cum nota aliquatenus terminare. Volentes, contra hoc ſtatutum facientes, poſtquam ad ipſorum notitiam pervenerit, ſententiam excommunicationis incidant ipſo facto.“ Egregie hæc illuſtrantur, firmanturque ex iis, quæ in ſtatutis ſynodalibus eiusdem diœceſis *Argentinenſis* an. 1549. edocendus fidelis populus præcipitur cap. 10. „Ut non ſolum interne, pie, & reverenter de tanti ſacrificii myſterio ſentiat, & loquatur, ſed etiam, ut externo corporis geſtu hoc veneretur & amplectatur: ita, ut animos attentos ad hæc, quæ ibi ob memoriam paſſionis Dominicæ & redemtionis noſtræ aguntur, habere videatur populus. Et cum tota Miſſa nihil aliud, quam perpetuam pſalmodiam, & precationes, hinc inde ex ſacra ſcriptura deſumtas, ad hæc religioſam mortis Dominicæ commemorationem in ſe contineat: digna profecto eſt, quæ a Chriſtianis non contemnatur, & execretur, ſed pie colatur, ametur, & frequentetur. Quis enim implorando & invocando miſericordiam Dei ad devotionem, precandique ſtudium non excitetur? Quis ad nomen Salvatoris IESU Chriſti genu non flectat? Quis ad benedictionem ſanctæ & individuæ Trinitatis, in cuius tutelam, cuſtodiam, & protectionem recipimur, caput non aperiat? Quis ad Evangelii proclamationem non exurgat? Quis, quæſo, de cantandis pſalmodiis, & angelicis hymnis, *Gloria in excelſis*, ſymbolo apoſtolico, *Sanctus*, aliisque cantionibus, quibus in peragendo tanto ſacro Eccleſia utitur, non toto corporis motu ſe ita componat, ut Creatori ſuo & laudes & gratias unacum tota Eccleſia agat & referat? Quis communibus precibus, quæ plurimum efficaces ſunt, ſuas non adiungat? Quorum corda non feriant tot tamque ſalutares, ac vere evangelicæ, & de ore Chriſti prolatæ ſalutationes & precationes *Dominus vobiscum &c?*“

Ib. p. 238.

T. VI. Conc. Germ. p. 455.

Quam privato: Dum poſtea cap. 12. de Miſſa etiam privata agitur, Sacrum non eſſe peragendum cavetur, ſi plane nemo actioni Miſſæ interſit. De miniſtris altaris danda opera præcipitur: „Ut non quosvis, omnis plane rei eccle- „ſiaſticæ imperitos, ad hoc muneris ſuſcipiant; ſed tales, qui idonei ſint, „quique norint ſacerdotum precationibus commode & convenienter re- „ſpondere: &, ſi neceſſitas quoque requirat, una pſallere, epiſtolam „vel lectionem evangelii prælegere." Citatur hic cap. *Ut quisque presbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui ſecum cantet &c.* qui habetur lib. III. Decretal. tit. I. ex concilio *Maticenenſi.*

Pag. 458.

Reſciſſis ab eo cantibus ſuperfluis &c. Quod modo notavimus de neceſſario impendenda cura in retractandis officiis, id ſtudioſe maximeque pro tremendo Miſſæ ſacrificio præcipitur in concilio provinciali *Colonienſi* an. 1536. P. II. cap. 11. his verbis: „Peculiaria Miſſarum argumenta, recens præter veterum inſtitutionem inventa, etiam Patribus diſplicuerunt, quod tantum myſterium pro affectu cuiuslibet tractari non debeat. Proſas indoctas, nuperius miſſalibus cæco quodam iudicio invectas, prætermittere per nos liceret. Videbimur ergo operæ pretium facturi, ſi miſſalia perinde ac breviaria perviderі curemus, ut amputatis ſuperfluis, & quæ ſuperſtitioſius invecta videri poſſint, ea tantum, quæ dignitati Eccleſiæ, & priſcis inſtitutis conſentanea fuerint, relinquantur." Neque hic prætereundum eſt, quod paullo poſt ſequitur eiusdem Concilii caput 14. „Poſt elevationem conſecrati corporis ac ſanguinis dominici in nonnullis templis canunt antiphonas pro pace, aut contra peſtilentiam, & mortalitatem, cum potius tum videretur ſilendum, & ab omni populo mortis dominicæ commemoratio habenda, proſtratisque humi corporibus, animis in cœlum erectis, gratiæ agendæ Chriſto redemptori, qui nos ſanguine ſuo lavit, morteque redemit. Cantiones vero illæ contra mortalitatem, ſeu cladem, aut pro pace, ſatius poſt finitam Miſſam canuntur. Quæ ut ad Deum dirigantur, excerptæ ex canonica ſcriptura plus placuerint, quales ſunt antiphonæ *Media vita*, ac *Da pacem Domine*, & ſimiles. Sic tamen ut aliis etiam, quæ glorioſæ Virgini Matri dicatæ ſunt, ſuus honos ac locus ſervetur." In Concilio provinciali *Cameracenſi* an. 1565. cura epiſcopis imponitur tit. 6. c. 5. aut quibus hoc negotium dederint, recognoſcendi „Sequentias, „quas Proſas appellant: antiquasque, & ſenſu commendabiles, & appro- „batas uſu veterrimo conſervent. Cæterum ſi quæ ſine legitima auctori- „tate invectæ ſunt, & cani ceperunt, eæ diligenter examinentur; nec „ſit earum frequentior uſus in eccleſiis. Pertinent huc etiam appendices in doxologia *Gloria in excelſis* a PIO V. reſciſſæ, ut videre eſt apud GAVANTUM *Comment. in Rubr. Miſſ.* fuitque earum in officio divino varius lateque

*T. VI. Conc. Germ. p.*255.

T. XV. Conc. ed. Labb. pag. 158.

P. I. tit. 8. *n.* 4.

lateque diffuſus ſequiori ævo uſus. Quales autem & quam diverſi generis ſint, explicatur in ſynodo provinc. *Biſuntina* an. 1571. *T. VIII. Conc. Germ. pag. 201.*

Quid vero præcipue ſit attendendum in ſacro huiuscemodi cantu, iisdem fere verbis præſcribunt ſtatuta ſynodalia *Auguſtanæ* & *Conſtantienſis* noſtræ eccleſiæ eiusdem anni 1567. „In Miſſis, quæ in choro canuntur, „ſive ſint ſolennes, ſive dominicæ, aut feriales, ſic canantur tam a pres- „bytero celebrante, quam choro, & reliquis, ut non tantum aures vo- „luptatem, ſed mentes utilitatem capiant. Quoniam vero in his quædam „ad doctrinam pertinent, & eruditionem fidelium, ut epiſtola, evange- „lium, ſymbolum: quædam ad laudes, quædam autem ad preces: ſtatui- „mus, ut, quæ ad eruditionem faciunt, ita legantur & canantur, ut præ- „ſentes ſingula verba diſtincte exaudire poſſint" Quid demum ſacerdotem, imprimis ſacrificantem, deceat, tum in aliis, cum in hoc etiam, quod præſentis eſt argumenti, breviter complectitur ſynodus *Namurcenſis* his verbis tit. IV. c. 5. „Sacerdos vero, dum ad illud auguſtiſſimum „Miſſæ ſacrificium Deo offerendum accedit, neque in ſua præparatione „ac veſtitione, & calicis, corporalis ac miſſalis diſpoſitione, neque in „verborum pronuntiatione, ulla unquam præcipitatione utatur, ſed eam „ſemper præſeferat in vultu maturitatem, in geſtibus reverentiam & gra- „vitatem, in loquela aut cantu modeſtiam & attentionem, quæ illum de- „cet, qui Chriſti perſonam, non ſolum coram hominibus, ſed maxime „coram Deo & angelis eius, repræſentat."

Præſcripto etiam recto modo. T. VII. Conc. Germ. p. 164. & 487.

T. VIII. Conc. Germ. p. 614.

VI. Promiſimus paullo ante decretum Concilii *Baſileenſis*, quomodo divinum officium in eccleſia celebrandum ſit; quod tot poſtea particularia Concilia, etiam in *Germania*, ubi eius auctoritas vacillavit, ſuum fecerunt, integrum exſcribendo; quod etiam nos, quantum inſtituti noſtri ratio expoſcit, facimus. Eſt autem eiuscemodi: „Si quis principem ſæculi rogaturus, habitu honeſto, geſtu decenti, prolatione non præcipiti, ſed diſtincta, attenta quoque mente, ſeipſum ac verba ſtudet componere: quanto diligentius in ſacro loco Omnipotentem oraturus Deum, hæc omnino facere curare debet? Statuit igitur ſancta ſynodus, ut in cunctis cathedralibus ac collegiatis eccleſiis, horis debitis, ſignis congrua pulſatione præmiſſis, laudes divinæ per ſingulas horas non curſim, ac feſtinanter, ſed aſiatim, a) ac tractim, & cum pauſa decenti, præſertim in medio

Horis canonicis in choro debito modo perſolvendis, T. XII. Conc. ed. Labb. p. 553.

a

a) Notat LABBÆUS in margine aliam lectionem *adeatim*, unde coniicit, forte legendum *ſedatim*. DUCANGIO h. v. legendum videtur *aſciatim*, id eſt diviſim. IOANNI de *Ianua* eſt „*aſciatim* adverbium, id eſt, *dolatim*, *ceſim*, „*carptim*, *diviſim*, & dicitur ab *aſciare*, vel „*aſcia*." Hæc ille. Concilia quædam, quæ ſuum fecerunt hunc canonem ſæc. XVI. omittunt hanc vocem. Concilium *Eyſtat.* an. 1447. *aſiatim*, *Salisburgenſe* an. 1490. *aſſatim* habet.

medio cuiuslibet verſiculi pſalmorum, debitam faciendo inter ſolemne ac feriale officium differentiam, reverenter ab omnibus perſolvantur. Horas canonicas dicturi, cum tunica talari ac ſuperpelliciis mundis ultra medias tibias longis, vel cappis, iuxta temporum ac regionum diverſitatem, eccleſias ingrediantur, non caputia, ſed almucias, vel birreta tenentes in capite. Qui cum in choro fuerint, gravitatem ſervent, quam & locus & officium exigunt, non inſimul, aut cum aliis confabulantes, ſeu colloquentes, aut litteras ſeu ſcripturas alias legentes. Et cum pſallendi gratia ibidem conveniant, iuncta ac clauſa labia tenere non debent, ſed omnes, qui maiori funguntur honore, in pſalmis, hymnis & canticis Deo alacriter modulentur &c."

Damnatis abuſibus,

Palam eſt, *Baſileenſes* Patres, quam ipſi poſterioribus hoc decreto lucem ſunt fœnerati, & ipſos ab antiquis canonibus accepiſſe; id vero de ſuo addidiſſe, quod pro temporum illorum ſtatu deplorabili ex diſciplinæ eccleſiaſticæ corruptione ſumme fuit neceſſarium, uti coniicere eſt ex Concilii *Trevirenſis* an. 1423. decreto, ſeu cap. 2. „*De horis canonicis legendis & cantandis*, quod ſic ſonat: „Attendentes, quod Clerici beneficiati, & in Sacris conſtituti, ad immolandum ſacrificium laudis, fructum labiorum ſuorum, videlicet horas canonicas dicendum, in puritate conſcientiæ & cum devotione teneantur: quas ſæpius, quod dolentes referimus, tam religioſi, quam ſæculares perſonæ ſine advertentia legentes, atque ſyncopando celeriter diſcurrentes, nulla diſciplina tempore pſallendi ſervata, taciturnitate ſeu ſilentio prætermiſſo, & plerumque extranea, profana, & inhoneſta intermiſcendo colloquia, horis indebitis penſum ſuæ ſervitutis perſolvunt. Ne igitur transgreſſiones huiusmodi invaleſcant, ſacri approbatione Concilii ſtatuimus, ut in cathedralibus, & regularibus monaſteriis, & collegiatis eccleſiis, Canonici & religioſi, cæteræque eccleſiaſticæ perſonæ debitis horis, per ſe, impedimento ceſſante, non tantum per pueros, devote, cum debitis pauſis, ſilentio ſervato, ſine ſyncopatione, ut chorus tacens, quid alii legant, advertat, ſingulas horas canonicas, cæteraque divina officia ſtudeant adimplere: qui poſtquam chorum intraverunt, ab eodem non recedant, nec tempore divinorum in eccleſia, præſertim in navi eccleſiæ, deambulent ſine rationabili cauſa. Caveant tamen Clerici, ne in cantando divinum officium voces eorum exaltando plus hominibus placere ſtudeant, quam præſtare Deo officium intendant. Nam in ſacro miniſterio, dum blanda vox quæritur, congrua vita negligitur. Et cantor Deum moribus ſtimulat, cum populum vocibus delectat."

T. V. Conc. Germ. p. 224.

Iuſtas

Iuſtas etiam, iam ante *Baſileenſe*, querelas movit *Pariſienſe* concilium ar. 1429. circa idipſum: *Quod*, aiunt Patres c. 1. *in plurimorum ſcandalum ac exemplum pernicioſum cedere dignoſcitur.* Quæ vero, non ita multo poſt concilium *Baſileenſe*, in ſynodo *Herbipolenſi* an. 1446. graviora adhuc leguntur, ſunt Ioannis epiſcopi, qui an. 1409. ſynodum celebravit. „Execrabilis & deteſtanda aliquorum negligentia noſtrum turbavit auditum, quod in plerisque monaſteriis regularibus ad hoc fundatis & ſufficienter dotatis horæ canonicæ, & alia divina officia nullatenus, vel ſaltem raro, negligenter, incomplete, & inordinate decantentur, ſeu peragantur. Quodque nonnulli eccleſiarum miniſtri modeſtia ordinis clericalis abiecta, non conſiderantes, quod beneficium datur propter officium, horas canonicas dicere, ſeu pſallere negligant in divinæ Maieſtatis offenſam, & ſcandalum plurimorum. Ne igitur transgreſſores invaleſcant huiusmodi, aliisque veniant in exemplum, diſtrictiſſime præcipiendo mandamus, ut in omnibus & ſingulis eccleſiis collegiatis ac monaſteriis regularibus virorum ac mulierum nobis ſubiectorum, ad hoc fundatis, & ſufficienter dotatis, ſingulis diebus officium divinum, diurnum pariter & nocturnum, horis debitis, ſolemniter, cum nota, in ſpiritu humilitatis, devote, rite, ordinate, diſtincte & laudabiliter pſallantur & decantentur.“ Concilium *Senon.* an. 1528. alterum, perinde ac primum anni 1485. ſequitur *Baſileenſe* decretum. Synodus *Colonienſis* provincialis an. 1536. multa ſalutaria addit *Baſileenſi*, atque adeo *Agatenſi* canoni, monita, P. III. c. 5. quæ apponere haud abs re erit: „Statis ergo (ordinat) ac debitis horis laudes divinæ non curſim ac feſtinanter, ſed tractim; non truncatim, ſed integre; diſtincte, devote, reverenterque ab omnibus decantentur, perſolvanturque. Et quum pſallendi gratia conveniatur ibidem, muta aut clauſa labia nemo tenuerit; ſed omnes pariter, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini, in pſalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulantes; ſic tamen, ne boatus confundat recitationem. Nemo tum, cum publice vel preces horariæ, vel Miſſæ ſacrum cantando peraguntur, legat vel dicat privatim officium: nam is id, cui obnoxius eſt, choro ſubtrahit, atque alios vel pſallentes perturbat, vel a pſallendo retrahit. Quem tamen aliud officium eccleſiaſticum, aut publicum alio ſtatim rapiet, ut niſi legens preces horarias tempeſtive abſolvere haud poſſit, hac lege teneri nolumus. Quam autem a vero aberrant, qui exiſtimant, ſeſe non alicuius officii in eccleſia exercendi, ſed quietis & inertiæ tantum cauſa canonicatus eſſe adeptos? Perinde atque ſatis ſit, paucis quibusdam clericis admodum ignaris, tenui pretio conductis, curam divini officii committi, quod deinde eiuscemodi mercena-

Et negligentia, *T. XII. Conc. ed. Labb. p.* 393. *T. V. Conc. Germ. p.*339.

*T. VI. Conc. Germ. p.*260.

rii, non ſervatis temporum interſtitiis, ſyncopando transcurrunt, interim canonicis tota vita torpentibus.“

Ac inſtitutis etiam ideo diſtributionibus, *Ibid. p.* 393.

Atque hæc ipſa eſt cauſa, cur diſtributiones, ut vocant, paſſim ſint inſtitutæ: „Ut deinceps (utor verbis ſynodi *Leodienſis* an. 1548.) in omnibus & ſingulis eccleſiis noſtræ diœceſis, in quibus horæ canonicæ collegialiter decantantur, iuxta uniuscuiusque eccleſiæ dignitatem & facultates (habita ratione eorum, quæ ad dictum uſum relicta ſunt) inſtituantur diſtributiones, ubi tamen non ſunt inſtitutæ, præſertim pro unaquaque trium horarum principalium, ſcilicet Matutinarum, ſummæ Miſſæ, & Veſperarum: quas ſoli illi, qui huiusmodi horis ſeu officiis a principio uſque ad finem, idque in habitu uniformi, talique, qualem temporis conditio requirit (præſentes fuerint) percipient.“ In Concilio *Cameracenſi* anno 1550. plura de his diſtributionibus leguntur, conſtitutio etiam Bonifacii VIII. In forma viſitationis an. 1550. in altera provinciali ſynodo *Colonienſi* præſcripta, inter alia, quæ in eccleſiis cathedralibus & collegiatis inquiri debeant, id etiam, quod ad rem noſtram facit, continetur, hoc eſt: *An pſalmi & reliqua divina cantica pronuntientur, ſeu canantur tractim, ut mens ſenſum verborum, priusquam verba ipſa transmittantur, aſſequatur?* Id vero paſſim in ſynodis ex decreto Concilii *Tridentini* iam allato inculcatur, ut officium divinum, ſeu horæ canonicæ ſtatis horis, tractim, integre, diſtincte, & absque omni levitate, quæ laicos a divini officii religioſa frequentatione avertere poſſit, non clamoſe, ſed leniter, ſervata non ſolum in medio, ſed & in fine cuiuslibet verſus, pauſa, devote & reverenter per eos, ad quos proprie pertinet, canantur. Iterum hic legenda ſuadetur *Wilhelmi* Lindani ſynodica oratio.

Ibid. p. 677. *Ibid. p.* 632. *T. VII. Conc. p.* 658.

Et inculcata præcipue gravitate. *T. IX. Conc. Germ. p.* 439. *Ib. p.* 941.

Unum vero eſt, quod prætermittere piaculum foret, ex propioribus ætati noſtræ Conciliis: *Curſorius ille ac concitatus legendi, cantandique abuſus omnino exulet; omnia maturitatem, gravitatem, pietatem, religionem ac reverentiam erga Deum redoleant*; ut paucis omnia conſtitutiones ſynodales *Oſnabrugenſes* an. 1628. pluribus autem decreta ſynodalia diœceſis *Colonienſis* an. 1662. proſequuntur, quæ ſic c. 6. concludunt: „Quum „in officio divino cum ipſo Deo, qui Rex regum eſt, & Dominus domi„nantium, ſit nobis negotium, merito non modo ſtatis ſemper horis in „choro conveniant, ſed & in eo etiam a fabulis, riſibus, iocis, & aliis „levitatibus omnino abſtineant, & ita functionem illam omnes, quibus ſi„ve ex beneficio, ſive ex officio incumbit, non minus ſupremi gradu, „quam infimi obeant ea, quæ divinæ Maieſtati congruit, reverentia, men„te pia & attenta, corpore decenter compoſito, modeſtia gravi, & ver-

„borum

„borum pronuntiatione minime præcipiti, in pſalmis decantandis, & in „medio & fine cuiuslibet verſus quieſcant nonnihil, ut & Deum quo par „eſt cultu honorent, & populi pietatem excitent.“

VII. Ne vero iuſta quodammodo ita deproperandi divinum officium obtendi poſſet cauſa ex nimia officiorum, precum, ſuffragiorum, pſalmorumque multiplicatione (quæ præſertim in monaſteriis quandoque tanta erat, ut tempus haud ſufficeret, opusque eſſet dividere in turmas pſallentes, ut in diverſis eccleſiis explerent curſum; id quod palam eſt ex ordine operis Dei ſæc. XIV. & XV. apud nos uſitato) obviare ſtuduerunt ſacrorum præſules tum in monaſteriis, cum aliis etiam eccleſiis. Eſt hæc a *Io.* GERSONE mota quæſtio: „De occupatione Religioſorum multorum „in pſalmodiis & canticis altiſonis, multiplicatis ſuper numerum, principalisque dubitatio de multiplicatione canticorum, mentis devotionem „ſuffocante ſæpius, quam refovente; maxime cum beatus GREGORIUS, „alter ex inſtitutoribus talium canticorum, iudicaverit indignum, ſi dediti „verbo Dei ſtudium ſuum in iſtis tempusque darent: quæ ratio videtur „ad diſpoſitos contemplationis otio trahi, ne officium, quod pro devotionis chriſtianæ perfectione inſtitutum eſt, contra devotionem militet, „aut perfectionis culmen apprehendere præpediat.“ Multa ibidem, alibique eam in rem diſputat, quæ conſiderata a prudentibus paſtoribus, ut talia reſtringerent, in cauſa fuerunt.

Officiorum & cantus nimia protractio.

T. III. Opp. P. II. p. 406. &c. & 653. &c.

Apud BUSCHIUM de reformatione monaſteriorum complurium per *Saxoniam* & vicinas regiones, (qui paſſim etiam, quam reformando cantui intentus fuerit, prodit, haud modicis obiectis difficultatibus) legitur Concilii *Baſileenſis* bulla ſeu licentia, data Prioribus monaſteriorum de *Windeſem* & in *Wittenborch*, qua etiam conceditur p. m. 487. „Quod longitudines horarum in pſalmis gradualibus, & pœnitentialibus, aliisque, quæ „horis ſuperaddi conſueverunt, poſtquam de illis & aliis gravaminibus „informati fueritis, taliter abbreviabitis, etiam in monaſteriis iam reformatis ſeu reformandis, quod easdem horas, & alia eis incumbentia, cum „debita gravitate & protractione poſſint bene & devote adimplere &c. Dat. „*Baſil.* Kal. *Ianuarii* anni a nat. D. 1435.“ Sic in Concilio *Cameracenſi* an. 1565. Tit. III. cap. 9. proviſum eſt: „Quoniam multitudine ſuffragiorum, precum, & pſalmorum additiorum in pluribus eccleſiis propter temporum anguſtiam fieri vix poteſt, ut attente, devote, ac religioſe ea omnia, vel canantur, vel legantur; placet ſanctæ ſynodo, per epiſcopos & duos de capitulo, aut de monaſteriis, ut res poſtulaverit, ea reſcindi, quæ adiecta & adventitia in ſervitio divino cognoverit: ut ſanctius & devotius

Variis ſtatutis reſtricta.

Apud Leibniz T. II. ſcript. rer. Brunſw. p. 494. 496. 497. 502. 811.

T. VII. Conc. Germ. p. 104.

votius perfici poſſit; ſitque tempus aliquod relictum ſtudiis & ſacrarum litterarum interpretationi. Sit autem eius rei poteſtas penes epiſcopos, & clerum in ſynodo diœceſana. Quodſi muſicam in huiusmodi ſervitio adhiberi contigerit, tollatur tamen illa prolixitas, quæ ad rem non pertinet, qua ſolent in fine antiphonarum in cathedralibus eccleſiis prolixius abuti.“

Præcipue quoad neumata; *T. XV. Conc. ed. Labb. p. 68.*

Iam anno præcedenti Concilio *Rhemenſi* alterum incommodum tollere viſum eſt, ex ipſius cantus prolixitate ortum, pneumata ſeu neumata ſcilicet illa longius protracta. „Item quantum ad prolixiorem prolongationem cantus in ultima ſyllaba cuiuslibet antiphonæ, qui cantus vulgariter pneuma vocatur, quoniam in eo multum temporis inutiliter abſumi videtur, quod de cætero pneuma fiat in ultimis antiphonis veſperarum, nocturnorum, *Magnificat*, & *Benedictus.* Similiter abbrevietur cantus, quantum fieri poterit, quando ſuper unam ſyllabam aut dictionem plures ſint notulæ, quam par ſit. Similiter quod in cantu habeatur ratio litteræ, ſeu verborum debitæ pronuntiationis, & quantum fieri poteſt, obſerventur quantitates.“ Idem breviter repetitum legitur in alio Concilio *Rhemenſi* an. 1583.

Ib. p. 887.

Quæ tamen non omnino abiicienda. *T. VIII. Conc. Germ. p. 201.*

Non tulit vero penitus ſublata huiusmodi pneumata ſynodus provincialis *Biſuntina* an. 1581. quid & cuius ſint uſus, his explicans verbis: „Pneuma autem (perinde ac ſi ſermo ac ratiocinandi vis omnis nos deficiat, quia maior omni humana laude Deus eſt) eodem modo ſtatarie loca conſonantiæ in antiphona deſignata perveſtigat. Eſt enim pneuma (id eſt ſpiritus) vocis continuatio, quantum ſpiritus durare poteſt, ſine verbo, appenſa antiphonæ iuxta tropum, ſeu tonum, pſalmi decantati. Adhibetur autem in ſolemnitatibus tantum. Et ſane, qui pneumatis ritum contemnunt, ipſi turpiter deſipiunt. In choro enim cum ſtamus canentes, de Deo meditamur, vel cum Deo loquimur: *Loquentes vobismetipſis*, inquit apoſtolus, *in pſalmis*, *hymnis*, *& canticis ſpiritualibus.* Ad tantam vero Maieſtatem oculos mentis attollentes, iam plane deficimus, quare geſtus potius, quam verba deſiderium noſtrum effert: vel certe vox inarticulata, ſicut olim prophetæ clamabant, a, a, a, neſcio loqui. Ac ſi diceres, enarrare nequeo Domine, quæ opto. Incomprehenſibilis eſt mihi gloria tua. Reple os meum laudibus: ſaltem more vagiam infantium: aut, ut filii corvorum, ore aperto benedictionem cœli poſtulabo.

Cantus organicus non adeo probatur in eccleſia.

VIII. Exquiſita ſunt hæc plane in commendationem non tantum huiuscemodi iubilorum, qui a *Græcis* *ἀλαλαγμοὶ* ſunt dicti, ut Tomo I. libroque I. p. 59. annotavimus; verum etiam aliorum muſicorum organorum,

norum, quæ ſine voce ſonum edunt, atque a regio Pſalte tanto numero in Dei laudem excitantur, quæ in eccleſia ſemper magis magisque poſteriore hac ætate audiri ceperunt, ac frequentari, noſtra adhuc memoria cumulato uſu. Hæc inter præcipuum locum ſemper tenent, quæ κατ᾽ ἐξοχὴν dicuntur organa pneumatica. Quam vero libro ſuperiore notavimus organi notionem, medio ævo vulgarem, concentus nimirum vocum etiam humanarum diverſis conſonantiis, ea adhuc *Franchinus* GUFORUS & NAVARRUS, qui vixerunt exeunte ſæculo XV. utuntur, ille quidem voce *organizare*, pro contrapuncto, hic vero dum cantum organicum in Miſſa & in horis canonicis vetitum dicit, in ſupra allata decretali IOANNIS XXII. Extrav. I. *Docta Patrum: de vita & honeſtate Clericorum*, in qua nulla mentio fit organi pneumatici. NAVARRUS autem utrumque confundit, uſumque theologice definit, quid in eo ſit inconveniens: „At (inquit) is cantus organicus communiter eſt cauſa, ut non audiantur, minusque intelligantur voces, quæ canuntur, & conſequenter adimit duas ſpecies ſupradictarum intentionum, præſertim apud *Germanos*, *Flandros*, & *Gallos*, qui vix explicant verba, aſſerentes ſolo cantu, citra vim, & ſignificationem ullam verborum, peritos cantores movere debere auditores. Cui conſequens eſt, hodie communiter cantum operari contrarium ei, ob quod inventus, & in officiis divinis permiſſus fuit, ac proinde frequenter eſſe abuſum, & peccatum (argum. *l. legata inutiliter*. ff. *de adimen. leg.* & capit. *Ad noſtram.* de appellat.) Tum quia dant occaſionem, ut fere omnes alii, qui in choro ſunt, relictis ſuis ſedilibus ad alienas ſe approximent, & mutuo colloquantur, iocentur, rideant & negotientur; potiſſimum cum alternatim verſum unum organa, & alterum cantores cantus organici concinunt.“ Ubi aperte diſtinguit organa a cantu organico. Poſtea vero de organis ſic ſtatuit poſitione ſeu corollario XXV. n. 46. „Quod uſus organorum & horum ſonus non eſt faciendus tanti ad verum cultum divinum, quanti vulgus facit. Tum quia non eſt res per ſe Deo grata. Cum enim cantus ipſe hominis non ſit per ſe Deo gratus, uti ſupra dictum eſt in corollario 14. huius notab.; longe minus erit (argument. cap. *Cum in cunctis.* de election. & auth. *Multo magis.* C. de ſacroſanct. eccleſ.) ſonus organi, aut fidium. Tum quia eſt nova ceremonia laudandi Deum in eccleſia catholica.“ Improbata deinde cum Card. CAIETANO prolixitate ſonandi organa n. 52. conſultum illi videtur, ut ſaltem tertius verſus cantaretur cantu *Gregoriano* plano, & devoto per totum chorum, *cum alium pulſat organum*, & *alium cantus organicus.*

De orat. & horis canon. c. XVI. n. 32. &c.

Organi uſus in horis canonicis & Miſſa;

Necdum tunc organa ipſum cantum comitabantur, ſed interludente organo canebant, aut etiam organiſtæ vicem cantandi implebant: quod ipſe improbat, inferendo „præpoſtere agere, qui organis utuntur, ut citius & minore cum labore celebrent Miſſam, onus canendi reiicientes in organiſtam, qui brevius, quam cantu, expediat *Gloria in excelſis*, *Alleluia*, *Credo*, Offertorium, *Sanctus*, *Agnus*, & *Deo gratias*. Id enim agere eſt, uti eis in finem contrarium ei, ob quem permittuntur ab eccleſia.“

Ibid. cap. XXI. n. 15.

Dum vero alio loco cum PALUDANO, illum, qui organorum pulſu choro reſpondet, *a recitanda antiphona, vel alia parte, quam organus pulſat, excuſat*, addit: *tametſi (quod ille non tangit) non auderem excuſare chorum totum, nec ſingulos eius, a ſupplendo tacite id, quod organus pulſat: & magis laudo modum illum ſupplendi, quo chorus ſubmiſſa voce, & ſingulatim ſupplet ſingulos verſus ab organo pulſatos poſt ſingulos a ſe cantatos; quam illum, quo chorus ſupplet unico contextu, dum primus verſus ab organiſta pſallitur, totum canticum vel pſalmum a choro & organis viciſſim canendum, eoquod attentionem & devotionem magis conſervat & auget, magisque occaſionem vagandi mente, & colloquendi verbis tollit.* Ita etiam S. CAROLUS *Borromæus*, qui organo tantum in eccleſia locum eſſe voluit, cornibus & reliquis muſicis inſtrumentis excluſis,

Conc. Mediol. I. P. II. n. 51.

præſcribit: „Etſi in hymnis & canticis ſuis vicibus organo canatur; om„nes tamen eorum verſiculi in choro diſtincte pronuncientur.“ Symbolum fidei totum a choro, non alternatim ab organo, canendum decernit, perinde ac Concilium *Rhemenſe* an. 1564. Sequenti anno ſcil.

T. VII. Conc. Germ. p. 103.

1565. in Concilio provinciali *Cameracenſi* Tit. VI. c. 4. ſtatuitur: „Organorum uſum in Miſſis ſic ſervari ſtatuit ſancta ſynodus, uti a Concilio *Tridentino* mandatum eſt, id eſt, ne modulatione laſcivas cantiones imitentur. Cæterum quæ in choro cani debent ad inſtructionem, ea canantur voce, ut intelligantur mente; non autem organis, quæ ſic ædificare nequeunt, ut viva vox, piæ mentis interpres & nuncia. Tamen ad ornatum cultus divini liceat his modulis organicis uti in Proſis, Offertorio,

Ib. p. 488.
Ib. p. 164.

Sanctus, & *Agnus*.“ Quæ iisdem verbis leguntur in ſtatutis ſynodalibus diœceſis noſtræ *Conſtantienſis* an. 1567. *Auguſtana* autem eiusdem anni alia etiam habet ad præſens argumentum egregie obſervanda: „In cantandis divinis officiis, & præcipue Miſſis, ſic habeat ſe chorus, ut non tantum aures voluptatem, ſed & mentes utilitatem capere poſſint. Ea vero, quæ ad doctrinam & eruditionem fidelium pertinent, ut Epiſtola, Evangelium, Symbolum, Oratio dominica, ita legantur & canantur, ut præſentes ſingula verba intelligere poſſint: interea vero a modulis organicis abſtineatur. Organorum uſus multis in locis eſt immodicus, atque corri-

corrigendus, ne ſacras preces, & audientium pietatem impediat laſciva modulatio, neve muſica intempeſtiva, quæ neque ſimplex, neque gravis videatur, turpes vel profanas cantiones referens, effeminatos potius demulceat, quam pios animos paſcat. Nec decet ſacros hymnos, uti ſunt: *Gloria in excelſis*, Præfatio, *Sanctus*, *Agnus*, abrumpi, vel aliis canticis aut modulationibus impediri, quo minus integre exaudiantur."

Ubi in Elevatione SS. Sacramenti prohibetur; *T. VI. Conc. Germ. p.* 600. *Ib. p.* 632.

Iam anno 1549. in ſynodo provinciali *Trevirenſi* ſtatuitur: ut in elevatione Corporis & Sanguinis Chriſti, & poſt uſque dum cantatur *Agnus Dei*, ſileant organa. Poſt ſtatuta ſynodalia dioeceſis *Colonienſis* anni ſequentis, inter inquiſitiones a viſitatoribus pro eccleſiarum & locorum diverſitate faciendas hæc habentur: „Num organa quid ſæculare reſonent, „ſeu aliud quam cantum eccleſiaſticum: & ſileantne ab Elevatione Eucha„riſtiæ uſque ad *Agnus Dei*, quo interea ab omnibus ſub alto ſilentio de„vota dominicæ paſſionis & redemptionis noſtræ memoria recolatur? In decretis ſynodalibus eiusdem archidioeceſis an. 1651. expreſſius ſancitur: „Ut piis omnibus ad recolendam mortis Chriſti memoriam totus a„nimus, omnesque vires internæ, nullo eos ſono diſtrahente, penitus „intendantur; in omni ſummæ Miſſæ ſacrificio altiſſimum, dum Corpus & „Sanguis D. N. I. Ch. elevatur, in canticis & organis ſervetur ſilentium „&c.

T. IX. Conc. Germ. p. 751.

In aliis eius partibus moderate permiſſus;

Paullo antea renovantur ab Adolpho III. archiepiſcopo præſcripta, ut tam in ſummæ, quam defunctorum Miſſæ ſacrificio epiſtola, ſymbolum fidei, præfatio, & oratio Dominica, tanquam præcipuæ eorum, quæ in Miſſa canuntur, partes, cantorum & organorum concentu non mutilentur, aut intercipiantur... Nihil organo vel vocali cantu laſcivum vel impurum admiſceatur, omnisque cantus aliud non, quam quod audientium corda in Deum rapere queat, perſonet. Invigilant quoque, ne concentus organi, vel nimia properatione, vel brevitate ſua maieſtati cultus divini aliquid detrahat, aut clero & aſtanti populo nimia protractione tædium vel faſtidium pariat, ſed cantu *Gregoriano* reverenter ac graviter ſervato, paullo diutius extendatur. Minus indulgent ſtatuta ſynodalia eccleſiæ *Ruræmundenſis*, quæ hoc inſigni ſtatuto cantiones nonnullas neceſſarias ſuperaddunt; „Cum in Dei eccleſiam organa ſint admittenda ad Dei cultum augendum, & pietatem populi fovendam, ſive excitandam, non debent illa ſuo adverſari ſcopo. Mandamus igitur, ne quis organiſta, cantor, aut ludimagiſter in poſterum audeat abbreviare, nedum abrumpere epiſtolam, præfationem, aut orationem Dominicam. Sileant etiam organa ad *Kyrie eleiſon*, ad ſymbolum, & ad illud triſagion *Sanctus*, quod ante conſecrationem eſt abſolvendum, ſicuti & cæ-

Ib. p. 66[illegible]

tera cantorum vocibus tota non decurtata, ſunt reverentia, qua fieri poteſt maxima, decantanda. Quodſi quis immorigerum ſe præbeat, puniatur archipresbyteri arbitrio. Licebit autem ſub S. Elevatione, ut a toto choro canatur, *O ſalutaris hoſtia,* ſive, *Ave verum*; non vero amplius,

T. VIII. Conc. Germ. p. 479.

Da pacem Domine." Synodus *Tornacenſis* an. 1600. ſic decrevit: „In ſolemni Miſſæ ſacrificio Præfatio, Dominicaque oratio a celebrante, *Gloria in excelſis*, & Symbolum apoſtolorum a clero integre decantentur, nec organis ſupprimantur." In conſtitutionibus ſynodalibus *Culmenſis* eccleſiæ anni 1605. quo pio fine admitti poſſit, ac quomodo, uſus

Ibid. p. 732.

organorum in aliis etiam divini officii partibus, ſic ſancitur: „In organis, cum vel ad Miſſam vel ad Veſperas aliaque divina officia, ad excitandam fidelium pietatem pulſantur, ne quid laſcivum, aut impurum admiſceatur. Quandocunque per organum figuratur aliquid cantari, ſeu reſponderi alternatim verſiculis hymnorum, aut canticorum, ab aliquo de choro, intelligibili voce, pronuntietur id, quod ab organo reſpondendum

T. IX. Conc. Germ. p. 943.

eſt." Id vero, quod iam a Navarro improbatum legimus, decreta ſynod. *Colonienſia* cavent, officia, divina præſertim, miſſæ ſcilicet, non eſſe mutilanda: „Ut omnia porro in officiis divinis cum decore, & reverentia peragantur, ſerio mandamus, ut Miſſæ ſacrificium integre, Symbolo apoſtolico, præfatione, & oratione Dominica nunquam per organa, aut chorum decurtatis, vel mutilatis, celebretur & decantetur."

Uti & in aliis horis, certisque temporibus.

Andr. Piſcara Castaldo in libro, quem inſcripſit praxin ceremoniarum, de officio organiſtæ & muſicorum, quibus temporibus, aut feſtis ceſſet muſica cum organis, quibusve in partibus officii divini, ac quo ritu pulſari debeant, exponit ex ceremoniali potiſſimum epiſcoporum: unde, quod organa ſpectat, exſcribere operæ pretium ducimus ad decorem cultus divini ex conformi moderatoque uſu eiuscemodi, qui potiſſimum in minoribus eccleſiis pervertitur ex inſcitia licentiaque non fe-

a *Tit. XV. c. 6.*

renda. a) Benedictus XIII. in ſynodo *Romana* anni 1725. prohibet, ne in

a) Quotiescunque epiſcopus ſolemniter celebraturus, aut Miſſæ ſolemni per alium celebrandæ in feſtis ſolemnioribus interfuturus, eccleſiam ingreditur, aut re divina peracta diſcedit, convenit pulſari organum. Idem fit in ingreſſu Legati Apoſtolici, Cardinalis, Archiepiſcopi, aut alterius epiſcopi, quem epiſcopus diœceſanus honorare voluerit, donec prædicti oraverint, & res divina ſit inchoanda. In matutinis, quæ ſolemniter celebrantur in feſtis maioribus, poſſunt pulſari organa ab hymno *Te Deum laudamus &c.* prout in veſperis, & matutinis noctis Nativitatis Domini, etiam a principio earundem. Regulare eſt, ſive in veſperis, ſive in matutinis, ſive in miſſa, ut primus verſus canticorum & hymnorum, & pariter verſus hymnorum, in quibus genuflectendum eſt, qualis eſt verſiculus *Te ergo quæſumus &c.* & verſiculus *Tantum ergo Sacramentum &c.* quando ipſum ſacramentum eſt ſuper altari, & ſimiles, cantentur a choro in tono intelligibili, non tantum ab organo: ſic

in miſſis Defunctorum diebusque Adventus & Quadrageſimæ, feſtis duntaxat exceptis, organa pulſentur, nec aliud quodvis muſicum inſtrumentum adhibeatur: quo tempore tamen in Dominica Adventus tertia, dicta *Gaudete*, & Quadrageſimæ quarta, nuncupata *Lætare*, pulſari organa permittuntur in miſſa tantummodo conventuali. Laudatus Castaldo feſta etiam excipit in Adventu & Quadrageſima, quæ cum ſolemnitate ab eccleſia celebrantur, uti SS. Matthiæ, Thomæ *Aquinatis*, Annunciationis, & ſimilia: ut adeo tunc in feſtis minoribus non eſſent pulſanda organa. In ipſa autem feria quinta in cœna Domini ad Miſſam tantum, & Sabbato ſancto ad Miſſam & ad Veſperas tanguntur organa.

IX. Conſtanter organorum uſum reiecit capella pontificia *Romæ*. Id dum commemorat Benedictus XIV. P. in encyclica epiſtola an. 1749. de anno iubilæo, cultu templorum, de cantu & muſica eccleſiaſtica, cum teſtimonio etiam Card. Bona, & Mabillonii, ex Grancola refert, hodieque in *Galliis* inſignes eſſe eccleſias, quæ organorum & muſices uſum ignorant: & ex Card. Bona *Lugdunenſis* eccleſia, *quæ novitates neſcit, ſemper organa repudiavit, neque in hunc diem aſcivit.* Quoad hodiernum uſum huius eccleſiæ, *Cameracenſis* item *Mediolanenſis*, aliarumque, vid. D. *Car.* Burney Diarium Itineris muſ. per *Galliam* & *Italiam.*

Organa a capella pontificia, & alibi,

De div. pſal. c. XVII. §. 5.

Ed. Germ. p. 10. 33. 54. 77. *&c.*

Ex Buschio diſcimus de reformatione monaſteriorum ſæc. XV. in provincia *Magdeburgenſi* actum eſſe, ut nec Canonici regulares organa retinerent. Navarrus rationem affert, quæ organorum uſum arcet ab illis monaſticis cœtibus ſeu monaſteriis, ad quæ nullus populus ad audienda divina officia concurrit. „Quandoquidem, ut dictum eſt (inquit) duntaxat per-

Præſertim a monaſticis congregationibus reiecta.

Apud Leibniz ſcript. rer. Brunſw. T. II. p. 947. ſeq.

Navarrus de horis can. c. XVII. n. 34.

etiam verſiculus *Gloria Patri &c.* etiamſi verſiculus immediate præcedens fuerit a choro pariter decantatus. Idem ſervatur in ultimis verſibus hymnorum. In aliis autem horis canonicis, quæ in choro recitantur, non eſt conſuetum interponere organum. Sed ſi in aliquibus locis conſuetum eſſet, organa pulſari etiam inter horas canonicas, aut aliquas earum, ut eſt hora Tertia; præſertim quando cantatur, dum epiſcopus ſolemniter celebraturus capit ſacra paramenta, poterit talis conſuetudo ſervari: ſed advertendum erit, quandocunque per organum figuratur aliquid cantari, ſeu reſponderi alternatim verſiculis hymnorum aut canticorum, ab aliquo de choro intelligibili voce pronuntietur id, quod ab organo reſpondendum eſt. Et laudabile eſſet, ut aliquis cantor coniunctim cum organo voce clara idem cantaret. In veſperis ſolemnibus organum pulſari ſolet in fine cuiuslibet pſalmi, & alternatim in verſiculis hymni, & cantici *Magnificat &c.* ſervatis tamen regulis ſupradictis. In miſſa ſolemni pulſatur alternatim, cum dicitur *Kyrie eleiſon & Gloria in excelſis &c.* in principio miſſæ, item finita epiſtola, item ad offertorium: item ad *Sanctus* alternatim, item dum elevatur ſacramentum graviori & dulciori ſono; item ad *Agnus Dei &c.* alternatim; & in verſiculo ante orationem poſt communionem ac in fine miſſæ. Sed cum dicitur ſymbolum in miſſa, non eſt intermiſcendum organum, ſed illud per chorum cantu intelligibili proferatur.

permittuntur ad excitandam devotionem vulgi, quo magis eis afficiatur per melodiam & ſolemnitatem, quam addere videtur organum. Hi vero neque habent populum, cuius devotionem excitent, nec quem diutius retineant, neque addunt, quin potius adimunt ſolemnitatem, citius expediendo ſono ipſo organico, quam cantu. Quin quandoque (quod non ſine dolore animadverti) magis, quam cum debita pauſa recitando." Sic *Cartuſiani* organa non admittunt. *Ed.* MARTENIUS commentario in reg. S. B. c. 19. perhibet, monachos Congr. *Caſalenſis* olim a ſuis eccleſiis organa extruſiſſe, relato ex conſtitut. Mſc. monachorum *Caſalinorum* ad cap. 19. regulæ hoc ſtatuto: „Prohibemus etiam in noſtra congregatione organa, interdicentes fratribus noſtris tam organorum, quam aliorum inſtrumentorum pulſationem, quibus inhibemus, ut nec addiſcant, nec doceant eorum uſum, ſimiter caveatur omnis cantus figuratus." Quod decretum a *Caſinenſi* congregatione accepiſſe videntur, in quorum antiquis conſtitutionibus ſaltem nova organa fieri prohibentur. Sic vero habetur in illis declarationibus & conſtitutionibus a GREGORIO XIII. an. 1578. die 13. *Aprilis* approbatis. „Prohibemus fieri organa in poſterum de novo in monaſteriis noſtræ congregationis abſque permiſſione capituli generalis. Si qua tamen ſunt monaſteria, quæ ea habuerint, non niſi in feſtis duplicibus pulſentur: & hoc per alios, quam fratres noſtros; quibus interdicimus tam præfatorum organorum, quam aliorum inſtrumentorum pulſationem: imo etiam eis inhibemus, ut nec addiſcere, nec alios docere poſſint. Et idem de cantu figurato intelligimus, videlicet, quod neque ipſi addiſcere, neque alios docere, neque extra chorum eo uti poſſint ſine licentia ſuperioris . . . Quoniam ex huiusmodi vana levitate plurimos labi vidimus in ſuarum perniciem animarum." Vid. Conſtit. VI. VII. VIII. c. XIX. Statuta Congregationis SS. VITONI & HYDULPHI nec mentionem quidem faciunt muſicæ figuratæ, organa vero ſolum in feſtis ſolemnibus pulſari concedunt.

Serius demum in eis recepta varias ob cauſas, *Loc. cit. Pag.* 386.

X. *Ed.* MARTENIUS diligentiſſimus antiquitatum tum aliarum, cum harum etiam præcipue, quæ ad ritus eccleſiaſticos ſpectant, indagator dubitat, an in *Galliis* viſa fuerint in monachorum eccleſiis ante trecentos aut ad ſummum quadringentos annos organa. Apud nos BRUSCHIUS, in monaſteriorum *Germaniæ* chronologia, de GEORGIO, in abbatem monaſterii *Salemitani* an. 1441. electo, hæc habet: *Fecit fieri maius organon, cuius maxima & medioxima fiſtula habet in longitudine pedes* 28. *in circumferentia ſpithamas quatuor.* BERNTENIUS in chronico *Marienrodenſi* apud LEIBNITIUM eodem ſæculo hæc *de anno iubilæo & locatione*

T. II. ſcript. rer. Brunſw. p. 492.

catione organorum ſcribit: „Quum vero illuxiſſet annus 50. qui tunc iubilæus a Domino apoſtolico nunciabatur, decimus vero a dedicatione Eccleſiæ, organorum noſtrorum opus compoſitum atque completum ad decorum domus Dei, & fratrum ſublevationem & allevamen in divinis, & ceperunt primum canere in feſto Aſſumtionis glorioſæ Virginis Mariæ, patronæ noſtræ. Super quibus quidam ſic compoſuit:

Anno milleno cum C quater L ſuperaddo,
Tunc opus hoc magno præſens ſtatuit iubilæo
Archimandrita decoris cauſa domus iſta.
Nam facie templi mos eſt hinc organa poni
In Chriſti laude, matriſque ſuæ benedictæ,
Omnibus angelicis cuneis cunctis quoque ſanctis;
Spiritus ad iubilum, relevamen forteque fratrum,
Officiis Chriſti iubilant dum cantica feſſi.
Sic & luſere Domino David *atque prophetæ,*
Angelicique chori cantant in laude ſonori
Pſalterio, cithara, per organa, tympana, cymbla,
Cœlorum regi, throno cherubim reſidenti.
Tanta cauſa boni placeat ſatis hinc rationi.
Aſſumtæ Dominæ ceperunt organa noſtræ
Hæc nova feſtive cum Chriſti laude ſonare.
Hoc opus organicum locat Hinricus *abba per ævum,*
Virginis ad laudem Chriſti matris & honorem,
Fratrum iuvamen, & ſaltum ſpiritus, Amen.

Igitur ad decorem Domus Dei, eiusque ac Sanctorum laudem & honorem, tum etiam fratrum levamen iuvamenque poſita ſunt organa ac ampliata, ut aliquando una eademque in eccleſia plura eſſent, ac maiora diſtinguerentur, quæ in ſolemnitatibus adhiberentur. Sic apud Buschium de reformatione monaſterii ad Novum opus prope *Hallas* diœceſis *Magdeburgenſis*, dum celebritas paſchalis acta deſcribitur, dicitur: *In eccleſia in organo maiore divinum tunc complent officium.* Et in additionibus de eadem feſtivitate: „Et in organis cantus aſſumitur, donec, omnibus ad talem feſtivitatem convenientibus finitis, Præpoſitus ſurgens ad chorum vadit, ad miſſam ſummam devotiſſime celebrandam ſe diſponit, in organo maiore officium miſſæ decantando.“ Ad annum 1440. idem meminit in *Hildesheim aureæ miſſæ, quæ ab omnibus canonicis totius civitatis, & a cunctis prælatis & religioſis cuiuscunque ordinis, etiam mendicantibus, per tres vel quatuor horas decantari ſolet de B. M. V. in organis.* Quibus forte etiam alia aliqua inſtrumenta muſica comprehendit; cum paullo poſt eadem pagina ſingulari utatur numero. *Et ivimus continuo*

Et ſubinde multiplicata.

L. c. p. 500.

Pag. 812.

p. 494. 811.

tinuo ad chorum in organo cantantes miſſam de ſancto Spiritu cum magna devotione in ſolemnitate. Promiſcue tamen ſumere videtur poſtea de
Pag. 498. paſchate agens: „Mane igitur tunc hora octava finita erant in *Sulta* divina, & monaſterium cum eccleſia aperiebatur, & in organis ſummæ miſſæ tempore ludere feci. (Et mox:) Nos cum debita pro tanta ſolemnitate reverentia iam ſtatim ſine pulſu hora prima volumus cantare veſperas, & illis finitis, cum magnis campanis noſtris pro iis pulſare, & poſt in organo noſtro ludere.“ Cum an. 1448. Præpoſitus factus eſſet, in *Novo opere* monaſterio prope *Hallas* narrat: „Magnis pulſatis campanis *Te Deum* ſolemniter altiſſimis vocibus & in organis decantaſſe.“ Cum ibi duo fuerint organa, ſimul forte pulſata fuerunt. Apud eundem Leib-
T. III. pag. 677. nitium leguntur verſus in organum pneumaticum urbis *Brunsvicenſis*, quod ſacerdos ex ordine S. Francisci fabricaverat ad finem ſæc. XV.

Poſt ter quingentos, ſed ternos deme bis annos,
Tempore doniflui nos redimentis heri,
Condidit Arnoldus *Salminmaker ecce peritus*
Organa, dulciloquum dantia rite ſonum.
Quem toga Francisci *decorans & caſula Chriſti*
Vere fructiferam monſtrat adire viam.
Gloria debetur Domino, de hinc gratia detur
Nobis laudiſonus provenit unde ſtatus.

Fuit eodem ſæculo in noſtro D. *Blaſii* monaſterio monachus Conradus *Sittinger*, qui primum in vicino *S. Trudberti* monaſterio organum fabricaverat, prout ex hac inſcriptione intelligitur: *Hoc opus completum eſt ſub* Nicolao *abbate per me Fr.* Conradum *conventualem S. Blaſii anno MCCCCLXXIIII.* Idem poſtea celebri organo etiam chorum *San-Blaſianum* decoravit an. 1488. cum tamen iam antea aliud organum hic fuerit, ut palam fit ex libro Originum huius monaſterii, ſæculo ſequenti a Casparo II. abbate conſcripto a) ubi poſtea memoratur aliud deinde orga-

a) „Under Im (abbate Eberhardo de *Reiſchach*, qui electus an. 1482. an. 1491. obiit) iſt geſin ainer des Convents, hat gehaiſſen Conradus *Sittinger*. Der iſt ſo künſtlich geweſen, das er für ſich ſelbs ain Orglen gemacht hat, die hat gehapt 12. belg, iſt heruſſen geſtanden in dem Münſter bey dem hinderen gewelb, iſt ausgemacht worden a. 1488. wiewol vor in dem Chor auch ain zimlich werckh geſtanden iſt mit 5. belgen, wer das gemacht hat, kan man nit wüſſen, und ſind beid pliben, bis auf den bauren Krieg, de ſind ſie miteinander zu grund gangen. Weiter hat er (abbas Georgius an. 1493. electus, mortuus an. 1519) die alt Orglen in dem Münſter hinuſs bey dem uſſern gewelb widerumb laſſen abheben, und die nemlich widerumb laſſen gieſſen, und machen, durch Maiſter Gilgen von *Ulm*, welches ain weit berrüemt werckh gſin iſt, als man ſöllichs khum in der lands art funden hat, mit 12. belgen zu tretten. und iſt in dem 1514. Iahr uſgemacht worden, und hat Coſt 1500. fl. Diſes werkh haben die bauren A. 1525. in Irer Empörung und Infallen auch zerriſſen, die Pfeiffen zergoſſen, das werck zerſchlagen, und zu grund gangen, wie anderes mehr.“

organum ſub Georgio abbate an. 1514. factum, non multo poſt ruſticorum rebellium furore abſumtum. Quod docet inſcriptio inſignis organi, quod poſtea is ipſe Casparus II. an. 1582. fieri curavit:

Organa ſancta Deo cernis quicunque viator,
Hæc a Casparo *tibi ſunt extructa ſecundo,*
Regnanti undecimus cum iam decurreret annus.
Ruſtica turba furens cum bellum immane moveret,
Antiquum deſtruxit opus; modo providus abbas
Amiſſum templo ſatagens reparare decorem,
Hoc tantum fieri monumentum iuſſit, ut inde
Poſteritas veniens hoc pignus haberet.

Celſus Rosinus in Lyceo *Lateranenſi* meminit organi ex papyracea materia compoſiti in abbatia *Portuenſi* apud *Ravennates,* dilaudatque artificis ingenioſiſſimi opificium admirabile, *in quo candor, durities, ſuavitas, machinam reddunt conſpicuam.* Mox tamen addit, hoc organo vaſtitatem templi concentu ſuo non explente, fiſtulas e plumbo fuſas fuiſſe receptas. Similis machina pneumatica *Viennæ* in *Auſtria* admirationi fuit noſtra memoria. *T. II. p. 455.*

Organum ingens, quod eſt *Rotenburgi* ad *Oderam,* deſcribit Besoldus, meminitque ex Zeilleri Itinerario eiusmodi organorum, quæ *Mediolani* ac *Senis* audiantur. *Carolus* Prati *Mediolanenſis* præterito ſæculo ſonum fiſtularum gratiſſimum inveniſſe celebratur. In *Io.* Ciampini ſynopſi hiſtorica de ſacris ædificiis &c. adumbratur organum, Tab. XVI. ab Alexandro VI. ſumtuoſe factum, & a Musca præſtantiſſimo artifice cælatum, ac totum inauratum, & ex concentu in magno pretio habitum. Addit, id hodieque extare, & viſi prope capellam S. Gregorii: editum autem eſt Ciampini opus *Romæ* 1693. D. Burney, qui paſſim in *Diar. Itin. muſ.* per *Galliam, Italiam,* & *Germaniam* inſignium organorum meminit, tota *Europa* maximum exiſtimat, quod *Hamburgi* inſtrui *I.* Mattheson teſtamento curavit, palmamque *Harlemenſi* præripit. Quædam etiam monachus *San-Maurenſis* in opere de Organorum mechaniſmo repræſentat, *Weingartenſis* inter alia monaſterii in *Suevia* maximum. Præſtant organa fratrum Silbermannorum *Dreſdenſe* & *Argentoratenſe*, aliaque eorundem in *Saxonia* viciniſque, noſtris etiam terris: ſuperſtes *Argentoratenſis Ioannes Andreas*, nunc demum etiam iam ſenex, ex veteri mecum amicitia, in ſe ſuſcepit eccleſiæ noſtræ *D. Blaſii* e ruinis ex incendio ſurgenti organo animam addere; quod nihilominus aliis mole impar eſt, quæ paſſim ſtupenda audiuntur. Creſcit etiam ac augetur indies ſyſtema organicum, ut, ſi ita pergatur, ambabus ulnis res agi brevi non amplius poſſe videatur. Ad præſentem epocham adhuc referendus eſt *Io.* Keckius monachus *Tegernſeenſis*, ex cuius opere de Muſica ſchema organicum æri inciſum damus, quod tres octavas non

Ac maiore apparatu inſtructa.

Theſ. pract. p. 656. & 657.

C. IV. p. 57.

Tagebuch muſical. Reiſ. dritter Band p. 216. 242. &c.

Add. Sammlung einiger Nachrichten von berühmten Orgelwerken in Teutſchland. Breslau 1757.

Tab. XXXV.

complet. Syſtema poſtea fixum fuit ad quatuor octavas, eſtque hæc extenſio omnium organorum veterum, teſte *I. I.* ROUSSEAU in ſuo lexico V. *Syſteme. C'eſt*, inquit, *l'etendue du clavier de toutes les anciennes orgues. Mais on s'eſt enfin trouvé gênè par des limites, quelque eſpace, qu'elles puiſent contenir; on les a franchies, on s'eſt étendu en haut & en bas: on a fait des claviers a ravalement; on a démanché ſans ceſſe &c.*

Perverſus eorum uſus a Theologis

In 2. 2. D. Thom. q. 91. art. 2.

XI. Quid vero de arte ludendi organo? qua neceſſe eſt tot bonas horas conſumi; opusque manibus ac pedibus tam operoſe agitur ad ſtuporem, oſtentationemque magis adhuc, quam ad ipſam aurium oblectationem. Et utinam! non etiam ſacra adyta cultusque divinus ita profanaretur. Card. CAIETANO viſum eſt, per accidens tolerari poſſe extenſam iam conſuetudinem organorum, propter nimiam elongationem hominum a divino cultu, ut vel ſic allecti divinis interſint. Addit vero: *Qui tamen organa medicinam animæ a remotis eſſe cogitaverit, parce illis utetur, ne ſanis noceat, minuendo vel tollendo eorum devotionem.*

De horis can. c. XVI. n. 53. &c.

CAIETANI auctoritate etiam NAVARRUS uſus multa incommoda notat, ac mala ex organorum perverſo uſu in eccleſiis; qui hic maxime proclivis eſt, dum ingenio ſuo qualicunque ac imaginationi indulgentes ludunt organoedi; nam „multi (eius verba ſunt) organiſtæ faciunt ſonare ſæpius organo cantiones profanas in eccleſiis, imo & vanas, & quandoque malas; cuiusmodi ſunt, quas vocant baxas, & Altas, & alias cantilenas, quas vulgus novit eſſe turpes, obſcœnas, & petulantes: quod palam eſt peccatum, præſertim cum id faciunt, quando officia divina fiunt, tam ob irreventiam, quæ loco ſacro fit, quam propter occaſionem, quæ præbetur avertendi mentes ab attentione rerum divinarum & ſpiritualium, & ad intendendum easdem temporalibus, vanis, & malis. Tum quia eſt cauſa, quod multis in locis non canuntur, nec audiuntur *Credo, & Gloria* a populo in feſtis, quibus non iubetur cani, ut pro his audiantur fiſtulæ, & harmoniæ; ſed ut animo & ore confiteamur ſanctam fidem catholicam, & ut gratias Domino ob ſuum adventum agamus. Tum quia multi organiſtæ, quo ſuam artem oſtentent, & plene audiantur, tamdiu pulſant (cum tamen ille pulſus non ſit aliud, quam, ut ille ait, ſine mente ſonus) ut nonnunquam Miſſam una hora diutius æquo protrahant: quare adeo audientes laſſant, ut cum devenitur ad id, quod plurimum importat, puta concionem, aut contemplationem paſſionis Redemtoris, & redemtionis humani generis, quæ repræſentantur in ſanctiſſima illa conſecratione, tam ſunt faſtiditi, ut plus cogitent de egreſſu eccleſiæ, quam de illis myſteriis. Tum quia datur occaſio, ut interim, dum organa

gana ſonant, qui in choro ſunt, colloquantur, iocentur, rideant, negocientur, quandoque paullo plus cogitent de eo, quod organa ſonant, quam eorum ſiſtulæ cogitant de eo, quod ipſi agunt vel dicunt. Tum quia cantores celebres, quando cum paribus organiſtis concurrunt, & contendunt, utri eorum ſuos verſus magis protrahant, eo magis coram Deo verſus & pſalmus perit, quo magis coram hominibus flatu ventoſo & voce theatrica tractantur. Tum, quia nec chorus rebus divinis cantatis, vel pulſatis animum intendit, vix eſt, qui ſileat. Pauci enim ſunt tanta in divina intentione animi, & cogitatu ſublimi, ut poſſint, vel ſaltem velint uti remedio, in id a nobis reperto, nempe ut interim quis toties repetat animo & voce ſubmiſſa verſus &c.“ Rem magis adhuc theologice in ſumma V. *organorum uſus* expendit laudatus Caietanus, quæ ſatis quidem indulgenter colligit Gregorius de *Valentia*.. a) a

XII. Conſentiens Paſtorum Eccleſiæ in ſynodis congregatorum vox, non eſſe hunc inanem ſcrupulum, nobis gravius multo demonſtrat. Concilium *Senonenſe* an. 1528. ita habet in decretis morum XVII. „Organorum uſum eccleſia a Patribus ad cultum ſervitiumque divinum recepit. Nolumus itaque, quod organicis inſtrumentis reſonet in eccleſia impudica aut laſciva melodia, ſed ſonus omnino dulcis, qui nihil præter hymnos divinos & cantica ſpiritualia repræſentet.“ Synodus *Colonienſis* Provinc. an. 1536. organorum melodiam in templis ſic adhiberi decernit P. II. c. 15. *ne laſciviam magis, quam devotionem excitet; neve præter hymnos divinos ac cantica ſpiritualia quidquam reſonet, ac repræſentet.* In ſynodo diœceſana *Colonienſi* an. 1550. inter inquiſitiones, pro eccleſiarum & locorum diverſitate adhibendas, hæc eſt: „Num organa quid ſæculare reſonent, ſeu aliud quam cantum eccleſiaſticum: Et ſileantne ab elevatione Euchariſtiæ usque ad *Agnus Dei*, quo interea ab omni-

Et Paſtoribus Eccleſiæ reprobatus ante, *T. XIV. Conc. ed. Labb. p.* 471.

T. VI. Conc. Germ. p. 255.

Ib. p. 632.

a) P. Seraphinus *Razzi*, Ord. *Prædicatorum* quæſtionem ſeu caſum conſcientiæ inter alios peculiari opere movens, an licitum ſit organa habere in eccleſiis *Mendicantium*? generatim etiam, quid licitum ac illicitum ſit? ita definit: „E da notare, che per non offendere in cio Dio, da due coſe deono coloro, a chi s'aſpetta, quardarſi: la prima dal ſonare troppo è di ſoverchio, percio che aſſumendo ſi cotal ſuono nella chieſa per cagione de l'anime inferme nello ſpirito, e come medicina da lontano, ſi dee uſar parcamente, accioche non diminuiſca, ne tolga la divotione ai ſani. La ſeconda coſa, dache ſi deono, quardare gl'organiſti ſi e dal ſuonar nelle chieſe cantoni prophane & coſe vane di ſecolo, per le quali ſi veniſſe a fare ingiuria al divino culto, e inſieme a provocare gl'uditori a laſcivia, e à ſcandalezare gl'imperfecti nello ſpirito. Impercio che in queſti caſi ſi commetterebbe da chiunche, che ſcientemente coſi ſonaſſe, o faceſſe ſonare, o vero permeteſſe, dovendo e potendo oſtare e impedire, peccato mortale di ſacrilegio contra il divino culto, & contra il luogo ſacro, a i quali cotali ſuoni prophani non convengono.“

omnibus ſub alto ſilentio devota Dominicæ Paſſionis & Redemtionis noſtræ memoria recolatur?" In formula reformationis, ſtatibus eccleſiaſticis in comitiis *Auguſtanis* an. 1550. a CAROLO V. exhibita, hoc etiam continetur: „Organa nihil laſcivum ſonent, aut ſæculare, ſed quod ipſa etiam plebs intelligat, religioſum ac pium eſſe. Et præſtiterit ſymbolum totum cani, ſimiliter Præfationem, & orationem Dominicam, quam partem relinqui organis, ſicut magno abuſu alicubi conſuetum eſt fieri."

Ibid. p. 756.

Iam retulimus quædam ſynodorum decreta ex Concilii *Tridentini* ſententia expreſſa, quod *ab eccleſiis muſicas eas, ubi ſive organo ſive cantu laſcivum aut impurum aliquid miſcetur*, arceri vult in decreto de obſervandis & evitandis in ſacrificio Miſſæ. Proximum eſt concilii diœceſani *Harlemenſis* ſtatutum an. 1564. ex verbis formulæ reformationis, ſtatibus eccleſiaſticis in comitiis *Auguſtanis* exhibitæ, ac modo citatæ conceptum. Decretum ſynodi provinc. *Cameracenſis* anni ſequentis 1565. ad ſynodum *Tridentinam* provocat: quemadmodum etiam alterum concilium *Cameracenſe* ſequentis ſæculi anno trigeſimo primo celebratum, his verbis: „Organorum uſum in Miſſis atque divinis officiis ſic ſervari ſtatuit ſancta ſynodus, ut in concilio *Tridentino* mandatum eſt: id eſt, ne modulatione laſcivas cantiones imitentur, neque illa muſica in eccleſiis admittatur, quæ choreis potius, quam choro congruat." In ſtatutis ſynodi archidioeceſanæ *Pragenſis* an. 1604. idem cavetur: *In organis, cum vel ad miſſam vel ad veſperas, aliaque divina officia ad excitandam fidelium pietatem pulſantur, ne quid laſcivum aut impurum admiſceatur.* Propior ætati noſtræ ſynodus *Monaſterienſis* an. 1655. etiam temporis noſtri nævos vitiumque propius attingit, præcipitque, ut *in organis non adhibeantur melodiæ, quæ ſapiunt levitatem, vel nugas ſæculares.* Omnia autem complectitur Ceremoniale epiſcoporum CLEMENTIS VIII. reformatum, dum cavendum vult, „Ne ſonus organi ſit laſcivus, aut impurus, & ne cum eo proferantur cantus, qui ad officium, quod agitur, non ſpectent, nedum profani, aut ludicri, nec alia inſtrumenta muſicalia præter ipſum organum, addantur."

Et poſt Concilium Tridentinum: *Seſſ. XX.*

T. VII. Conc. Germ. p. 8.

Ibid. p. 103.

T. IX. Conc. Germ. p. 542.

T. VIII. Con. Germ. p. 732.

T. IX. Conc. p. 825.

L. I. c. 28.

Andreas CASTALDO in *Praxi cerem.* præterea ex ceremoniali *Ambroſiano*, qualis organiſta eſſe debeat, addit; qui recte ubi fuerit ſelectus, dubio procul omnia rite, recteque ſe habebunt: „Organiſta bonis moribus præditus, pulſandi arte peritus, ad hoc opus admittatur, & ubi eccleſiaſtici periti inveniuntur, laicis præferantur; ſi tamen eccleſiaſticus aptus non reperiatur, laicus modeſtia ac gravitate præditus eligatur, qui ſemper habitu decenti, detecto capite, & qua decet reverentia ac modeſtia

Monita ideo etiam Organiſtis data; *Lib. I. tit. de Organ. p.* 239.

Lib. I. ſect. VI. c. 2.

ſtia ſuum exequatur munus, cavens, ne ſonus ſit laſcivus, aut profanus, aut ludicrus, nulla alia inſtrumenta profana admittens.“ Quodſi organiſta bonis ſit moribus, ut decet hominem celebrando publico Dei cultui addictum conſecratumque, modeſtia præterea ac gravitate præditus, nihil in ſe deſiderari ſinet, quo minus, qua decet reverentia & modeſtia ſuum exequatur munus. Dum vero id ſemper & ubique ſperandum haud eſt de organiſtis, ſive laici, ſive clerici, aut etiam religioſi ſint, ut ſicut ingenio ad muſicam præſtant, ita moribus ac vita ſint compoſiti: a ſuperioribus ſaltem, quos modeſtia & gravitate præſtare oportet, in ordinem redigendi ſunt, & in officio continendi; ne rem divinam inhonorent, ac contaminent, fideliumque mentem & attentionem potius ab eo, quod in eccleſia agitur in divino officio, avertant & diſtrahant, offendiculoque ſint; quam ut ad devotionem & affectum, propoſito convenientem, excitent animentque, pios animo inſtillando motus placido ſuavique organorum ſono ac idoneis modulis, ad fovendam pietatem inſinuandamque reverentiam, præſenti Deo euchariſtico debitam.

Hos fines ſibi propoſitos habere debent organiſtæ, non vero delectationem aut gloriolam; illudque lucrum præcipuum reputare præ ſtipendio ſuo ac ſportulis: quibus ſi priventur etiam, dum hoc ſuo primario deſint muneri, facile ad officium revocabuntur a ludicro & profano in eccleſia organi ludendi more, ſemper magis magisque ingruente: dum, nulla loci reique ſacræ habita ratione, nullo facto actionis divinæ aut exercitationis ludicræ diſcrimine, quidquid phantaſia, ſeu habitus ex uſu ad fallendum tempus animumque delectandum comparatus, ſuggerit, profunditur: imo, quod peius, dum cantiunculas inſuper triviales, ioculares, aſoticas aut impudicas etiam, quas forte memoria affert, modulantur. Ut adeo haud abs re tanto conſenſu paſtores eccleſiæ in ſuis ſynodis poſterioris huius ævi cavendum duxerint, ne quid laſcivum aut impurum immiſceatur; quod quidem etiam ludendi quodam modo ſalaci ac laſcivente fieri poteſt: quocumque autem modo contingat, ſacrilegii quoddam genus eſt ad conſpurcandum ſanctiſſimum religionis cultum, ludibrioque exponendum & deſpicatui. Id etiam malo huius temporis grandique piaculo fit, ut quæ innumera circumferuntur opera ad clavichordia, quæ vocant, aliaque eiusmodi enchorda inſtrumenta ad omnem potius alium quam ſacrum uſum compoſita, promiſcue eccleſiæ inferantur, & profani moduli ludicrique ad oſtentandum artificium, promtitudinemque digitorum potiſſimum facti in officio divino producantur. Quæ notiora ſunt, quam ut illis explicandis diutius immorari opus ſit.

Ab ipſis tamen ſæpius neglecta.

Cantiones vulgares, ſeu vernaculæ, quales & quomodo permiſſæ. *T. XII. Conc. ed. Labb. p. 554. T. XIII. p. 1532. Apud Leibniz T. II. ſcript. rer. Brunſw. p. 500.*

XIII. Inter cæteros concilium *Baſileenſe* hunc etiam reprobavit abuſum, dum *in eccleſiis cantilenæ ſæculares voce admiſcentur.* Seſs. XXI. c. 8. Quod in aliis conciliis *Germaniæ* iisdem verbis repetitur ſtatutum. Aliud vero ſunt cantilenæ ſæculares, aliud vulgares ac vernaculæ: nihilominus *Auguſtinus* PATRICIUS in hiſtoria huius concilii vetitas ab illo inter miſſarum ſolennia cantilenas vulgari ſermone conditas ſcribit. Vocem ſuam aliquando univerſum populum miſcuiſſe cantui cleri, diſcimus ex BUSCHIO, ubi ſingularem aliquam celebritatem in campo celebrari ſolitam (de qua alibi etiam acta in die Aſcenſionis Domini alia exempla ſupra lib. II. dedi) deſcribens „ubi (inquit) tunc tota civitas in campum illum occurrit, fratribus & clericis *Salve feſta dies*, *victimæ paſchali*, & ſimilibus concinentibus, populusque omnis utriusque ſexus cantilenas, tali cantico convenientes, ad ſingulos verſus cantando reſpondet; donec Præpoſitus ſurgens ſequitur proceſſionem, & omnis populus eum ſequitur usque in eccleſiam. Ibi enim circa fontem iterum ſe ponit ſuper ſedem priorem, omni clero & populo aſtante, & *Sedit angelus* cum verſibus ſuis ibidem devote & clamoſe decantante &c.“ *Pag. 812.* Dum eadem infra repetuntur, cantilenæ & cantica teutonicalia nominantur. Nihil vero opponit BUSCHIUS reformandi alias ſtudioſiſſimus. Nihilominus aliquid ad explicationem decreti *Baſileenſis* confert hic BUSCHII locus. Voces hibridas, ut ita dicam, vetat concilium *Baſileenſe*, dum commiſcentur voces & cantiones. *T. V. Conc. Germ. p. 655.* Quod ediſſerit ſynodus *Swerinenſis* an. 1492. „Item ſtatuimus & mandamus, ut quilibet ſacerdos noſtræ diœceſis, cum gratia Dei diſpoſitus miſſarum ſolemnia decantaverit, *Gloria in excelſis*, *Credo*, offertorium, Præfationem cum *Pater noſter*, iuxta ſacrorum canonum ſanctiones a principio usque ad finem decantet, nullo abſtracto, diminuto, vel reſecto: aut aliud reſponſorium, vel carmen vulgare loco præmiſſorum, in organis, aut choro, qui præſentes fuerint clerici, reſonent. Et in *Credo* tractim cantetur: *Ex* MARIA *Virgine* & *Homo factus eſt*, genibus flexis.“ Vetat hic canon *Gloria in excelſis*, *Credo*, Offertorium, Præfationem decurtare, ut tamen concedat *aliud reſponſorium vel carmen vulgare loco præmiſſorum in organis, aut choro reſonare.*

Ab hæreticis compoſitæ, prohibentur.

Poterat quidem hic diverſis modis excedi, vel loco, temporeque non debito, vel ipſo etiam cantionum genere. In ſtatutis diœceſanis *Pragenſis* *T. VII. Conc. Germ. p. 29.* eccleſiæ an. 1565. cantilenæ vulgares, quæ non ſunt catholice confectæ, reiiciuntur plane. Cuius rei cauſas aperiemus capite ſequenti. *Ibid. p. 164.* Sic etiam in ſtatutis ſynodalibus *Auguſtanis* an. 1567. cavetur: „A noſtris

ſtris

ſtris eccleſiis arcere volumus, nullumque illic locum habere, cantiones hæreticorum, quantalibet modulationis & pietatis ſpecie vulgo blandiantur. Antiquas vero & catholicas cantilenas, præſertim quas pii maiores noſtri *Germani* maioribus eccleſiæ feſtis adhibuerunt, vulgo permittimus, & in eccleſiis, vel in proceſſionibus retineri probamus.“ Id etiam carpit Card. CAIETANUS, & ex eo TANNERUS: „Addo (inquit) cum ſonus inter divina pars ſit divini cultus, ut recte ibidem dixit CAIETANUS, valde abſurdum videri, in eccleſia cantare, aut ſonare cantiones ſeu modulos, ab hæreticis auctoribus compoſitos, etiamſi per ſe nil indecens contineant: non ſecus fere ab omnibus abſurdum iudicaretur, ſi hæretici hominis ſcripta qualiacunque in eccleſia velut ad divinum cultum ſpectantia prælegerentur.“ Aliud cantus cantionumque genus ab eccleſia merito excludit concilium *Burdigalenſe* an. 1583. „Ab organis, & omni eccleſiaſtico cantu, quævis muſica, laſcivum quippiam, & vulgares cantiones, aut levitatem, ſimilesque ineptias referens, omnino arceatur.“ Et *Bituricenſe* anni ſequentis c. 3. *Vernacula lingua publice pſallere aut orare, nemini, niſi concionatori, populum ad devotionem excitanti, liceat, ne inde temere iudicandi de ſacris myſteriis, & ſenſu ſcripturæ, cuiquam detur occaſio.* Et mox Can. 6. *Non cantentur in eccleſia cantica abſurda, nova, & non probata, ſi quæ ſint conſuetudines in contrarium pravæ, quæ potius corruptelæ dicendæ ſunt, penitus aboleantur.* Agitur de publico officio chori, quod ad clerum pertinet: *ut itaque publica & communis oratio rite & ſolemniter fiat, pſallant omnes clerici uno ore & concentu cum choro*, ut habet canon ſecundus. Alioquin non omnem omnino cantum vernaculum tunc in *Galliis* vetitum fuiſſe, ſed probatum examinatumque eſſe debuiſſe, ex concilio *Avenionenſi* an. 1594. conſtat: „Quodſi carmina quædam vernacula lingua in natali Domini permittenda ſint in eccleſia concini, ea primum ab epiſcopo legantur, ac examinentur, nec niſi probata, & cum ſubſcriptione canantur.“

T. III. theol. ſcholaſt. diſp. V. q. 5. dub. 2.

T. XV. Conc. ed. Labb. p. 950.

Ib. p. 1070.

Ib. p. 1456.

Vernaculæ in Germania limitate permiſſæ,

Difficiliores reddiderint Paſtores MAROTI, aliaque *Hugonottorum* carmina. Nihilominus apud nos, ubi promiſcui ſunt Acatholici, cantiones vernaculæ etiam ordinarie, pro minoribus ſaltem eccleſiis, permiſſæ leguntur; veluti in conſtitutionibus diœceſis *Wratislavienſis* in *Sileſia* anno 1592. ſic Miſſa publica agenda ordinatur: „Ut ſchola vel miniſtro eccleſiæ Introitum Miſſæ *Kyrie eleiſon*, & *Gloria* concinente, his finitis, & epiſtola iam lecta, præcentor cum tota communitate aliquem ſacrum hymnum in vernacula lingua, ipſis familiarem, loco Gradualis decantet; poſt Evangelium & Symbolum decantatum, ſacerdos caſulam ante altare

T. VIII. Conc. Germ. p. 391.

deponat,

deponat, ſuggeſtum aſcendat, & plebem Dei prædicatione reficiat. Abſoluta concione & precibus de more dictis, ad altare iterum accedat, & aſſumta caſula Sacrum continuet. Poſt elevationem SS. Euchariſtiæ, quam populus flexis genibus adorare debet, alius hymnus in lingua vulgari decantetur, & Sacro finito, populum, data benedictione, in pace dimittat. In aliis vero eccleſiis ruralibus, in quibus hymnos vulgari lingua decantari conſuetum non fuit, ſed ubi totum officium latine canitur, nihil immutandum eſt: quin imo parochos hortamur, ut in eccleſiis ruralibus, ubi ſcribæ & ſcholares ſunt, omiſſis germanicis hymnis, dum celebrant, conſuetudinem latine cantandi totum officium Miſſæ introducant. Curabimus autem eorum, qui maxime huic myſterio & fidei catholicæ integritati congruunt, delectum fieri, & quemadmodum ſecundum Miſſæ partes

Ibid. p. 733. & feſti ſolemnitatem decantari debeant, typis excudi.“ In ſtatutis ſynodi archidiœceſanæ *Pragenſis* an. 1605. tit. XXIV. hæc in eam rem leguntur: „Spirituales cantationes, quæ a pueris, adultisque in aliquibus eccleſiis intra Miſſæ ſummæ, divinorumque officiorum celebrationem, atque ante & poſt ſacram concionem, ſeu in proceſſionibus, ad fidelium devotionem excitandam, pie decantari conſueverunt, permittendas duximus; dummodo prius a nobis officialique noſtro recognitæ ſint, & ſcripto comprobatæ, ne aliquid contineant, quod profanum ſit, vel apocryphum, quod ſanæ & catholicæ doctrinæ repugnat. At huiusmodi cantionum cauſa nihil intermittatur ex iis, quæ in Miſſis, ac divinis officiis ex ſacris ritibus recitari debent.“ In ſynodo *Auguſtana* an. 1610. poſt repetitam

T. IX. Conc. Germ. p. 40. cautionem ſynodalium an. 1565. circa cantiones hæreticas, additur P. II. c. 1. n. 13. *nec ulla profana cantica, ſonique leves, & quæcunque laſciva canendi ratio uſurpetur; ſed ſint cantus & ſoni graves, pii, diſtincti, domui Dei ac divinis laudibus accommodati, ut ſimul & verba intelligan-*

Ib. p. 825. *tur, & ad pietatem auditores incitentur.* Synodus *Monaſterienſis* an. 1655. habita cantiones germanicas, ſi extra collegiatas, & in civitatibus erectas eccleſias propter cantorum raritatem interponi poſſe iudicabuntur, non alias eſſe vult, *niſi quæ continent adorationem Chriſti in altari & elevatione, vel quibus ad devotionem erga hoc tam divinum myſterium can-*

Ib. p. 897. *tantes manuducuntur.* Et in ſynodo eiusdem diœceſis an. 1662. *ubi germanicæ cantiones propter ſacerdotum, aut perſonarum qualificatarum raritatem cum differentia ſunt admittendæ, nihil canatur, quod ſapiat Lutheraniſmum, ſed quæ ſacro Miſſæ ſacrificio conveniant, & ſimpliciores ad orthodoxæ fidei inſtructionem manuducant.*

XIV.

XIV. Vides, ſemper officii chori rationem haberi, quod conſtanter latine celebratum fuit, liturgia ſacrificii Miſſæ imprimis, ac horæ canonicæ, etiam a ſanctimonialibus; quæ propterea linguæ latinæ haud ſegniter incumbebant. Cuius rei exemplum TRITHEMIUS in chronico *Hirſaug.* ad an. 1087. affert cœnobium monialium, inſtitutum a B. THEOGERO, monacho *Hirſaugienſi*, abbate monaſterii *S. Georgii* in *ſilva nigra*, ac poſtea *Metenſi* epiſcopo, cuius etiam opuſculum *de muſica* in collectione ſcriptorum de re muſica edemus. „Horis canonicis (inquit) ad perſolvendum „divinæ laudis officium pariter in eccleſia confluebant, & Dei operi nihil præponebant. Nullam eſſe licebat in monaſterio, quæ non de pſalmis, aut aliis ſcripturis quotidie aliquid diſceret. Inde omnes pene „latini ſermonis habebant notitiam, & quidquid legebatur, intelligebant; „quod non parum ad internæ compunctionis gratiam videtur conducere.“ Servantur adhuc alicubi in monaſteriis monialium libri latini pro lectione menſali notati, aliique, quos non ſolum latine ſcite deſcripſerunt, ſed etiam elucubrarunt, uti & epiſtolas latine ſcripſerunt. Ex ſæpe laudato BUSCHIO de reformatione monaſteriorum diſcimus, eas in tantum gnaras fuiſſe ſæculo XV. ſermonis latini, ut ea lingua confeſſionem ſacramentalem facerent, ita, ut alicubi ceu ſingulare ſuo ordini referat, quod in *Teutonico* confiterentur: *Confeſſionem*, inquit, *dicunt in Teutonico, quamvis interdum ſint bonæ latiniſtæ, propter maiorem erubeſcentiam, & confeſſionis expreſſionem.* Narrat poſtea, accitas aliunde pro informatione monialium *in ſcientiis grammaticalibus:* ſeque puellas de ſæculo ad eas venientes, & per tempus *in ſcientiis ſcholaſticis*, in bonis moribus, in firmo propoſito in Dei ſervitio perpetuo permanendi, bene probatas, ſæpius inveſtiviſſe, & anno finito ad profeſſionem ſuſcepiſſe. Et poſtea ſe rogatum memorat, quatenus duas aut tres moniales bene reformatas & *in ſcientiis ſcholaſticalibus eruditas*, eis procuraret. Quales vero hæ fuerint ſcientiæ, paullo poſt eodem c. 25. exponit: „Soror (inquit) THECLA, in Grammatica competenter docta, iuvenes inſtruxit puellas & moniales, in cantu, in ſcientiis ſcholaſticalibus unacum Subprioriſſa: quæ in tantum in eis profecerunt, ut ſcripturas divinas clare intelligerent, exponere ſcirent, & litteras ſive miſſivas in bono latino magiſtraliter dictarent, ſicut ad oculum ipſe vidi & examinavi.“ Hæc ille.

Moniales horas canonicas canentes latinæ linguæ gnaræ ſæc. XV. adhuc,

T. I. p. 184.

Apud Leibniz T. II. p. 869.

Pag. 873.

Pag. 886.

Pag. 891.

Pag. 892.

In ſtatutis ſynodi diœceſanæ *Argentinenſis* an. 1549. c. 25. de vita & moribus monialium id ſaltem præſcribitur, „Ut in legendis vel decantandis pſalmis, aliisque eccleſiæ cantionibus & hymnis, id in corde verſetur, quod vel vocis & gutturis modulatione profertur & canitur:

Quod ſæc. XVI. rarius, *T. VII. Conc. Germ. p.* 514.

non enim vocis, ſed cordis auditor eſt Deus: & pſallendum eſt ſpiritu & ſenſu. Et quamquam hoc tempore in decantandis pſalmis, officiisque divinis peragendis, ignota utantur lingua: tamen ea diligentia adhibenda eſt, ut ſi non omnium, certe præcipuarum rerum (videlicet pſalmorum, epiſtolarum, evangeliorum, communiumque precum ac hymnorum, qui in ſacro celebrando proferuntur, aliisque officiis abſolvendis adhibentur) intellectum habeant, quem ex privata & domeſtica lectione facile conſequentur ſorores. Neque enim a quotidiano legendi & diſcendi ſtudio immunes & liberæ eſſe debent." Quid vero ad aliquam ſaltem intelligentiam eorum, quæ in divino officio agant canantque moniales, deſideraverit in inſtitutione Monialium ſynodus *Colonienſis* diœceſana an. 1550. ex his formulæ inquirendi in monaſteriis monialium, viſitatoribus præſcriptæ, quæſtionibus colligitur: „An ſit in monaſterio ludimagiſtra, ſeu ſcholæ præfecta, quæ latine norit? Et an hæc diligenter & ſedulo inſtituat in rudimentis Grammatices virgunculas iuniores, & an formet eas ad pietatem & religionem? Et quænam rudimenta tradat, & quos libellos, ad pietatem pertinentes, rudioribus virgunculis prælegat, & exponat? An etiam in vigiliis dierum feſtorum, & in ipſis diebus feſtis, exponat ſuis ſcholaſticis virginibus hymnos, ſequentias, epiſtolam, & evangelium diei." Intelligi hinc datur, iam aliquid remiſſum fuiſſe ſæc. XVI. a ſtudio illo monialium ad comparandam latinæ linguæ notitiam, qua adhuc ſæculo XV. fuiſſe imbutas, ex Buschio oſtendimus.

Ibid. p. 644.

Tandem omnino fere perperam ceſſavit.

Dolendum vero eſt, illud deinceps penitus ceſſaſſe ſtudium, ita ut hodie moniales nec quidquam intelligant, quid pſallant, contra Apoſtoli monitum & adhortationem, doctrinamque toto capite decimo quarto epiſtolæ primæ ad *Corinthios* explicatam. Quam ut, quantum liceret, ſequerer, in cœnobio monialium *Berau* congregationis monaſticæ *San-Blaſianæ*, cui indignus præſum, inſtituta an. 1770. perpetua adoratione SS. Altaris Sacramenti, quam per turmas diu noctuque moniales obeunt, officium de Venerabili Sacramento loco breviarii in eum uſum cum permiſſione Superiorum imprimi curavi, cum adiecta ad latus paraphraſi vernacula; ut ſic ſaltem aliqualem intellectum aſſequantur eorum, quæ pſallunt publice una congregatæ in eccleſia. Simile quid alii eiusdem inſtituti coetus virginum apud nos paullatim magis magisque frequentes faciunt, dum die noctuque alta voce vernacula vel canunt, vel orant, aut etiam pias prælegunt meditationes.

XV.

XV. Paſſim equidem tum libro primo, cum ſecundo mentem doctorum paſtorumque eccleſiæ primæ & mediæ ætatis explicavimus de vocibus muliebribus in ſacris chriſtianis: quas pii quique etiam a theatris, nedum eccleſiis exturbatas cuperent. Tractat hoc argumentum *Chriſt.* LUPUS in ſchol. ad TERTULLIANUM de *Præſcriptionibus*, locum inter alia D. CHRYSOSTOMI verſans de pauperibus eccleſiaſticæ matriculæ viduis: quod nempe etiam hæ ſimul cum viris pſallerent in eccleſia. „Olim (addit) forſan pſallerunt omnes, etiam mulieres. Et hinc iſtarum viduarum non prærogativam aliquam, ſed ſolum in iſta pietate diligentiam videtur laudare ſanctus IOANNES.“ Examinat deinde, quod libro primo de PAULO *Samoſateno* retulimus, a ſynodo *Antiochena* accuſatum. *Non*, inquit, *quod mulieres cantare in eccleſia, ſed quod vana per ipſas cantari iuſſiſſet. Et omnino loquitur de laicis mulieribus.* Tum ad locum ISIDORI *Peluſiotæ Alexandrinæ* eccleſiæ presbyteri, a nobis etiam allatum, hæc ad rem annotat: „Affirmat varia. Primo, quod Apoſtoli iſtum in eccleſia conventum mulieribus permiſerint. Secundo, quod permiſerint ad compeſcendas loquacis ſexus in eccleſia fabulas, ac ipſis conciliandam modeſtiam. Tertio, quod illæ licentia pedetentim abuſæ per vocis ſuavitatem ſtuduerint placere hominibus, atque ita ſacram pſalmodiam æquarint ſcenicis cantilenis. Et quod exinde ſint cauponatæ ac venatæ quæſtum. Hinc ISIDORUS ſuadet, iſtum concentum circumſcribi ac aboleri. Proinde tunc vigebat adhuc in *Ægyptiaca* eccleſia. Nec enim iſte mos fuit univerſalis.“ Poſt hæc locum S. HIERONYMI profert LUPUS, ex quo palam fit, tunc ſacras etiam virgines ac viduas non fuiſſe ſolitas publice pſallere; quin in eo PELAGIUM vituperat ac inceſſit: „Nec ſufficit (inquit) tibi dediſſe tuo *Amazonum* agmini ſcientiam ſcripturarum, niſi earum voce & canticis delecteris. Iungis enim & ponis in titulo, quod & fœminæ Deo pſallere debeant. Quis enim ignorat, fœminis eſſe pſallendum in cubiculis ſuis, & absque virorum frequentia & congregatione turbarum?“ Quæ verba innuere videntur morem illum, quo mulieres in choro cum viris, veluti presbyteræ cum epiſcopo & presbyterio conſidentes, intra ſacrum tribunal, quod LUPO eſt indubitatum, concinerent. Alius eſt, qui ſemper in eccleſia obtinuit a nobis libro I. explicatus promiſcus totius populi, atque adeo etiam mulierum concentus; laudatque S. GREGORIUS *Naz.* in epitaphio patris ſui NONNAM matrem, quæ *diurnis nocturniſque pſalmodiis columnæ inſtar ſe ipſam affixit.* Idemque orat II. in IULIANUM, *qui*, inquit, *cum vetulis ſedemus & pſallimus;* quod de privato etiam more intelligi poteſt, uti de THEODOSIO iuniore SOCRATES teſtatur, primo diluculo illum ipſum cum ſororibus ſuis hymnos alternatim

Mulierum in eccleſia concentus.

Lib. I. contra Pelag. c. 9.

Lib. VII. c. 22.

decantaſſe. Exempla quædam T. I. p. 318. cantus alterni ſexus promiſcui dedimus. Factum id etiam ad noſtram usque ætatem, ut in quibusdam celebritatibus moniales cum monachis choro adeſſent ac canerent; quod tamen merito antiquatum.

Eunuchi cantores reprobantur,

XVI. Opportune hic laudati *Chriſt.* Lupi ſententiam adſcribimus contra illud monſtri genus, ſui ſexus dedecus, ſequioris ludibrium, eunuchos, inquam, qui ſe non caſtraverunt propter regnum Dei, ſed plerumque a ſævientibus ſic in propriam prolem parentibus hanc ideo ſunt paſſi iniuriam, ut mollem & effeminatam, non theatro ſolum, ſed etiam eccleſiæ ſervent vocem. *Longe minus*, inquit, *evirandi ſunt pueri, ut mimice in eccleſia cantent, & extra illam flagitioſiſſime vivant. Evirationis facinus, ut verum homicidium damnant Romanæ leges, adeoque talis in eccleſia cantus quid aliud eſt, niſi barbaro quodam gentilium more proprios Deo filios immolare?* Hæc ille in canonem LXXV. *Trullanum*, qui, damnatis inordinatis clamoribus, cum magna attentione & compunctione pſalmodias Deo offerendas præſcribit. Nihil vero de eunuchis habet, etſi ex *Græcorum* imperatorum aula, non obſtantibus ſeveriſſimis antiquiorum canonum legibus, ut iam ſupra libro II. notavi, ad nos hæc labes venerit, ipſamque imprimis *Italiam*, atque adeo *Romam* invaſerit. Auctoritati tamen Lupi adſtipulatur *Pet. Pompilius* Rodota, ipſe *Græcus* natione, mihi, dum ante undecim, & quod excedit, annos, *Romæ* degebam, familiaris, in epiſtolam encyclicam, a Benedicto XIV. an. 1749. editam de anno iubilæo, hanc inſtituens quæſtionem de eunuchis ſpontaneis, qui ad ſuaviſſimum vocis lenocinium aut comparandum, aut retinendum, & ob neceſſitatem vocis acutæ ad muſicos concentus, ſive ad lucrum inde captandum, audaciores evadunt ſui homicidæ, & phraſi S. Augustini tr. 51. in *Ioan.* in propria membra ſæviunt.

Schol. in ſynod. general. ac provinc. decreta. T. III. p. 138.

Et irregularibus accenſentur: *Pag. 79.*

Atque hos quidem eunuchos eum in finem factos, irregularium claſſi concilia adſcribunt, quamvis laxiores Caſuiſtæ pro more, ut alia, ſic & iſtud humanæ naturæ opprobrium, excuſare nitantur. *Sunt* enim, addit Lupus, *ex Caſuiſtis, qui tradunt, licitam eſſe exectionem, ſi vitæ periculum abſit: ſi pueri ſui iuris ſint, polleantque uſu rationis, atque in exectionem conſentiant.* Ipſe nihilominus recte *Theophilo* Raynaldo accedit, qui in tractatu *de triplici eunuchiſmo*, gravibus rationibus contrariam ſententiam propugnat. Subdit demum, quod deteſtandum hunc abuſum plane & ſolide refutat: *Si enim ad ſervandam continentiam, & ad damnum ſpirituale vitandum exectio improbatur; potiori iure illicita cenſen-*

da

da eſt ob inopiam vitandam, & ob lucrum temporale captandum, ſive ob diuturnius vocis acumen, ad muſicos concentus neceſſarium, retinendum. Quæſtionem hanc ipſe BENEDICTUS XIV. in inſigni opere *de Synodo diœceſana* lib. XI. c. 7. pluribus diſcutit, primum teſtatus: „Tum ante epiſtolæ encyclicæ (mox laudatæ) editionem, tum etiam deinceps nonnullos fuiſſe, qui pietatis ſtudio incenſi, ſummo conatu, licet hucuſque irrito, epiſcopis ſuadere curarunt, ut ſynodalibus conſtitutionibus novam inſererent ſanctionem, qua eunuchi cantores ab eccleſiaſticis concentibus excluderentur: quod & irregulares plerumque ſint huiusmodi homines, cum nemo fere eunuchus fiat absque peccato; & ex tali prohibitione facile eventurum eſſet, ut tolleretur abuſus evirandi pueros; cumque præterea dicerent, molles eunuchorum voces plurimum in cauſa eſſe, ut eccleſiarum cantus ad theatrales modulos maxime accedat; neque vero impoſſibile eſſe, eorum vocibus alias, puerorum præſertim, voces eccleſiaſticis choris magis aptas ſubrogare."

Affert deinde canones ac leges, citatque theologos, qui plerique rem improbant, perinde ac exempla, quæ profert ex antiquitate eccleſiaſtica. Nihilominus perpenſis omnibus, definitoque hoc ſtatu quæſtionis: „An in præſentibus rerum ac temporum circumſtantiis, cum nempe ſecularis poteſtas, quidquid civiles leges contra ſtatuerint, haud infrequentes puerorum evirationes impune fieri, ſaltem diſſimulando permittit, nec amplius ad id epiſcoporum licentia poſtulatur; cum in eccleſiis iam pridem invecta eſt muſicæ ratio, quæ vix, aut ne vix quidem, absque eunuchorum vocibus ſuſtineri valet; cumque iſtorum voces in eccleſiarum concentibus, & quidem in ipſa *Romani* Pontificis capella, a multo iam tempore audiri conſueverunt;" auctor tandem eſt epiſcopis, non ut ſynodali decreto a choris muſicis eccleſiarum ſuarum eunuchos cantores eliminent, ſed ut potius caveant, „ne theatrales modi ad eccleſiaſticos concentus transferantur, neve theatralibus inſtrumentis eccleſiæ perſonent. Contra vero, ſi qui ex eccleſiæ cantoribus Clerici ſunt, ne hi in ſcenam aſcendant; quod religioſiſſime obſervatur a muſicis pontificiæ capellæ." Utrumque quivis largietur prudens, nec conſultum fore, ut epiſcopus decreto ſynodali importune quid ſtatuat, ſed præprimis curet, ut muſica ſacra recte ſit conſtituta. Conditionem acciperet, puto, etiam *Io. Bapt.* CASALIUS *Romanus*, eunuchorum cantui infenſus, de cantu in eccleſia vetuſtiſſimo agens, locumque auctoris Comment. in epiſt. ad *Epheſ.* ſub nomine S. HIERONYMI afferens, quem libro primo adduximus, ſic loquutus: „Si adoleſcentulos, qui dulci medicamine fauces collinire ſolebant, non tulit vir ſanctiſſimus: ferretne illos, qui, ut hominum aures permulceant,

Circa eos moderatio.

De veteribus ſacr. chriſt. ritibus c. 44.

 vocesque

vocesque ſuas carius locent, divino humanoque iure neglecto, ſeſe exſecari patiuntur? ut prohibent Can. 22. apoſtol. & lib. 1. C. *de Eunuchis*, & lib. 3. D. *ad legem Cornel. de Sicariis*: ferretne illos, qui adeo ſpiritum malum canendo non abigunt, ut eum de induſtria ſuis auditoribus inſinuare videantur? Quorſum enim modulationes iſtæ in lupanari natæ, ac non iam timide in ſacras ædes irrepentes, ſed procaciter irrumpentes, & bacchantium in morem laſcivientes tendunt; ut qui audiunt, lymphatici efficiantur?" Adde MURATORIUM, voces eviratas ac molles, femineas præſertim, etiam in ſcena muſica, ſeu ludis, qui *opera* vocantur, ubi de his ex inſtituto tractat, improbantem. a)

a

De falſeto Diſcantu.

De reformat. monaſter. ap. Leibniz T. II. p. 502.

Ib. p. 859. 863.

XVII. De cantu illo, quo viri contracto gutture vocem muliebrem imitantur, ac *falſetum* vocari ſolet, vix operæ pretium eſt, mentionem iniicere. Videri queat BUSCHIO memorari, dum loco iam allato narrat, *Te Deum* ſolemniter altiſſimis vocibus, & in organis decantatum, cum ipſe Præpoſitus monaſterii *Novi operis* eſſet proclamatus. Sed idem etiam de monialibus alibi dicit, eas in ſuo adventu altiſſimis vocibus antiphonam *Media vita in morte ſumus* per totum exclamaſſe. Et poſtea: „Quando ab eis receſſimus, in choro incipientes antiphonam: *Media vita*, ſuper nos altiſſimis vocibus decantaverunt &c." Puto autem, genus aliquod diſcantus deſignari, quem ipſe monaſteria reformando abrogarit, dum ſubinde dicit, *cantum ordinarium* eſſe ſuſceptum. Notandus hic eſt *Io.* GERSONIS locus ex libro ſeu, *Doctrina pro pueris eccleſiæ Pariſienſis*: „Magiſter cantus ſtatutis horis doceat pueros Planum cantum principaliter, & contrapunctum, & aliquos diſcantus honeſtos, non cantilenas diſſolutas, impudicasque; nec faciat eos tantum inſiſtere in talibus, quod perdant in Grammatica profectum; attento maxime, quod in eccleſia noſtra diſcantus non eſt in uſu, ſed per ſtatuta prohibitus, ſaltem quoad voces, quæ mutatæ dicuntur." LEBEUFIUS hunc locum cum aliis pluribus eiusdem ſæculi XV. in quibus de hoc genere muſicæ, *diſcantu*, *diſcantando* fit mentio, referens addit, ſe ſtudioſe inquirentem ſtatuta eccleſiæ *Pariſ.* in codice bibl. reg. 5883. hæc ad rem inveniſſe: *Non debet in cantu notulato regulariter immiſceri diſcantus, pueris exceptis propter exercitationem ſuam.* Facit hoc ad BUSCHII explicationem, tum etiam *Io.* GERSONIS locum in tractatu ſecundo *de cantichordo* in noviſſima editione, ubi loco vocis *arſis* vocabulum *phraſis* poſitum eſt. „Habet hoc (inquit) muſica oris, quod poteſt ſecundum phraſim, ſecundum theſim, ſecundum proportionabilem inſuper continuationem cum aliis, va-

T. IV. Opp. p. 718.

Tr. hiſt. & practique ſur le chant eccleſ. p. 86. *&c.*

T. III. P. II. p. 660.

a) Quam *Italos* huius ſævi facinoris pudeat, inde patet, quod D. BURNEY in *Diario Itin. Muſ. ed. Germ. p.* 226. 227. narrat, cum in auctores indagaret a *Mediolanenſibus* in *Venetos*, ab his in *Bolonienſes*, ab iſtis vero in *Florentinos*, ab his in *Romanis*, a *Romanis* autem in *Neapolitanos* culpam eſſe coniectam, ubi tamen ſub pœna mortis vetitum eſt.

variare voces ſuas. Patet potiſſimum, ubi diſcantant, & cantant in choro plurimi ſimul. Eſt autem in vocibus oris, aut aliis melodiis ipſa phraſis elevatio, vel depreſſio penes acutum & gravem accentum. Theſis attenditur in productione aut breviatione notularum, ſyllabarum, & vocum. Combinatio proportionabilis dicitur multorum ad invicem cantantium & contra cantantium conſonantia.“ Arſis eſt elevatio, theſis autem depreſſio vocis, acutæ nimirum & gravis; ad propoſitum autem diſcantus ſeu vox puerilis, & tenor gravis ſeu virilis. Sic ipſe GERSON in carmine *de laude muſicæ*: *Ib. p. 674.*

Diſcantum mollem miſerans dat gratia raucis,
Stridet de pœnis culpa tenore gravi.

Alia eſt notio vocis Tenor in cantu, de quo NAVARRUS *laudabilem admodum eſſe dicit, diverſitatem cantus, & tenorum pſalmorum, antiphonarum, reſponſoriorum, capitulorum, hymnorum, verſiculorum & orationum.* *De hor. can. cap. XVII. n. 42.*

XVIII. Quemadmodum vero ſupra notavimus, NAVARRUM cantum organicum (dum nomine organi medio ævo etiam diſcantus veniebat) confundere cum inſtrumento muſico organo: ita etiam vocem *contrapunctus* promiſcue, ſecundum uſum ſui temporis, pro ſimplici diſcantu accipit. Cum enim dixiſſet, peccare eos, „Qui ut vocem ſuam oſtentent, & ut audiantur, non callentes arte, nec uſu cantum, quem contrapunctum vocant, canunt illud, &, ut aiunt, cantillant contra omne punctum, & omnem bonam harmoniam in divinis officiis, aliis ridendi, aliis vero obmurmurandi anſam præbentes, & per conſequens dantes, & ſumentes occaſionem diſtrahendi ſe ipſos, & auditores a debita attentione:“ nihilominus paullo poſt „Contrapunctus (eidem) qui non turbat *Gregorianum*, ſive planum, licitus eſt iuxta ea, quæ ipſemet IOANNES XXII. poſtquam vetuiſſet cantum organicum, in hæc verba dixit: *Per hoc autem non intendimus prohibere, quin interdum diebus feſtis præcipue, ſive ſolennibus in miſſis & præfatis divinis officiis aliquæ conſonantiæ, puta octavæ, quintæ, quartæ & huiusmodi ſupra cantum eccleſiaſticum ſimplicem proferantur &c.* Dixi ſupra, *aliquot cantores*, quia multi adeo modeſte, devoteque canunt, ut de Deo, deque hominibus bene mereantur, præſertim in urbe, & maxime in capella Papæ, ad quam de cuiusque gentis artis muſicæ callentiſſimis, & de huiusmodi callentiſſimis moribus probatiſſimi deliguntur, & tali cantu, organico utuntur, ut eum minime comprehendere videntur rationes, quibus præfatus IOANNES XXII. cantum organicum prohibuit. Quæ videtur ratio germana, quare in tota urbe, non obſtante dicta Extravagante, uſitatur cantus organicus, qui nec auditum,

Contrapuncti, muſicæ motetticæ uſus aliquibus probatus, *Ibid. n. 31.* *num. 35.*

ditum, nec intellectum verborum, quæ cantantur, impedit, ut, poſtquam in urbem appuli, animadverti. Iſtud videtur in uſu eſſe ſanctimonialibus huius civitatis, dignis, quas univerſus orbis imitetur; quæ ad tanto maiorem devotionem excitant auditores, quo attentius, modeſtius, humilius, devotius, gravius & convenientius canunt vocibus diverſis, non corrupto, vel immutato puncto cantus *Gregoriani.* " Nec etiam viros illaudatos dimittit Navarrus: „Quia aliquando conveniunt cantores tam modeſti, tam compoſiti, & devoti, qui cum humilitate canunt unum mottetum, vel aliud quidpiam, quod non eſt obligatorium; aut ita canunt obligatorium, ut æque bene, vel melius audiatur, intelligatur, & moveat littera, eis ſic canentibus, quam ſi *Gregorianum* & planum cantum canerent. "

Ab aliis vero ſugillatus. *Lib. IV. c.* 78.

Idem etiam *Wilhelmi* Lindani in *panoplia evang.* eſt conſilium, muſicam ſui ævi ſugillantis: „Quo in genere (inquit ille) *Gregorianum*, quem dicunt, equidem excellere arbitror: quod & nobiles quosdam muſicos, iſto *Gallico* (f. Galliardico) garrritu non depravatos, non iudicaſſe tantum liquet, ſed & ſua, quæ dicunt, motteta illis modulis ſeu fundamento ludentem, lambentemque hederam circumfuderunt, quo canticum, varia modulorum ſymphonia blandum, rerum verbis ſignificatarum affectui quoque reſponderet. Nunc cum huius rei, quæ principem in muſica haberet locum, ignorantia laborent plerique omnes, quos ſuo vocant nomine, componiſtæ, quis huius ætatis muſicam cum illa priſca componat? Nunc enim audire eſt lætiſſimos triſtiſſimis contaminari muſicorum modulis, contra lugubres Eccleſiæ threnos lætiſſimo effuſos modulamine. " Et infra argumentum concludens: „Sane ad iſta (ut libere dicere liceat, quod citra præiudicium in piorum deliberationem proponimus) non muſicam, ſed inconditam nebulonum laſciviam exturbandam, nihil queat ſtatui præclarius, aut innovari ſalutarius, quam a Ioanne XXII. pridem ante annos 240. legimus conſtitutum. *Docta SS. Patrum decrevit auctoritas.* (*Vide Extrav. lib. III. tit.* 1.) Quæ conſtitutio, ſicut & aliæ innumeræ, non tantum prudentiſſime, ſed & ſanctiſſime definita, atque præſcripta nihil præter ſeriam ſui obſervantiam deſiderat: ad quam ſi eccleſiæ cantus reformetur, non eſt profecto, quod magnopere conquerantur adverſarii hac in parte."

Eius uſus in eccleſia Mediolanenſi. *P. II. c.* 5. *T. XV. Conc. ed. Labb. pag.* 295.

Modeſta etiam cumprimis eſt eccleſiæ ac provinciæ *Mediolanenſis* muſica, cura potiſſimum & inſtitutione S. Caroli *Borr.* qui in concilio *Mediol.* I. ſic ſtatuit: „In divinis officiis aut omnino in eccleſiis nec profana cantica ſonive, nec in ſacris canticis molles flexiones, voces magis gutture oppreſſæ, aut denique laſciva ulla canendi ratio adhibeantur.

Cantus

Cantus & ſoni graves ſint, pii, ac diſtincti: & domui Dei ac divinis laudibus accommodati: ſimul & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur.“ Servat, hodieque eccleſia *Mediolanenſis* præcipuam moderationem in muſica officiique *Ambroſiani* cantu plano, ſuavi, & circumſcripto. Neſcio, an etiam peculiaris ſit in ritu Mozarabico, *quemadmodum in unica ædicula ſacra Muzarabum ſanctæ eccleſiæ Toletanæ dicitur cum tono iſtud officium & ſacrum perpetuo ſingulis diebus*, ut loquitur *Eug.* Roblesius, qui ordinem illius officii *Gothici Muzarabum* excerpſit ex libro de vita & geſtis *Fr.* Ximenii Cardinalis. Habent iidem *Mediolanenſes Ambroſiani* ſuos auctores muſicos poſt tempora S. Caroli *Borromæi*, cuius præceptis pro moderanda muſica ſacra etiam in muſica plurium vocum obſequi ſemper hactenus ſtuduerunt. Notaveram plures eiusmodi auctores ex impreſſis eorum operibus, quæ ſervantur in bibliotheca *Ambroſiana*. Tum vero etiam quotidiano uſui ſunt vetera meletemata, cantanturque ad librum paſſim, in quibus ſingulæ voces una ſerie ſunt impreſſæ; ut etiam D. Burney in *Diar. Itin. muſ* annotavit pag. 54. & 77. Quæ quidem ſunt ſine organo, etſi S. Carolus ea non excluſerit eccleſiis, ubi etiam paſſim audiuntur. Alios quoque cum aliis inſtrumentis iam *Mediolani* audire eſt muſicos choros, ut idem quoque obſervat p. 10.

T. XV. Bibl. PP. Colon. p. 783.

Tagebuch einer muſic. Reiſe durch Frankreich und Ital.

Hæc de *Mediolanenſi* eccleſia. De *Pariſienſi* vero idem refert, ſe in celebritate *Corporis Chriſti* in principe eccleſia ad *B. M. V.* cantum choralem ac Motteta audiſſe, ad quæ parcius organo ludebatur, aut inſtrumento muſico, quod apud *Gallos* frequens eſt, *Serpens* ex forma vocatum, ad cantum choralem, vel etiam muſicam plurium vocum ſuſtinendam in baſſo adhiberi ſolitum. De quibusdam aliis eccleſiis mentionem fecimus paullo ante, quæ muſicam reſpuunt. *Wilhelmus* Lindanus corruptelas muſicæ ſuæ temporis graviſſime inceſſens: „Unde (inquit) illarum magis „conſtantiam admiror eccleſiarum, quæ iſtum prævidentes divini cultus „abuſum, ſemel muſicam illam choro maluerunt excludere, uti *Traie*„*ctenſis*, &, ut audio, *Lugdunenſis*.“ Addit auctor hiſtoriæ *Gallicæ* de Muſica & eius effectibus a) eccleſiæ *Lugdunenſi Senenſem*. Longo item tempore eccleſiam *Pariſienſem* in præcipuis etiam feſtis ſolo *falſo bordono* uſam,

In eccleſiis Galliæ &c.

Panopl. Evang. L. IV. c. 78.

a

a) Cependant la *France* s'étant, ſi j'oſe ainſi parler, eveillée dans le quinzieme ſiecle, ou, comme diſent quelques Hiſtoriens graves, s'étant corrumpue par le commerce, que les guerres de Charles VIII. Louis XII. & Francois I. nous donnerent avec les *Italiens*, & enſuite la Reine Catherine de *Medicis*, qui étoit ſouverainement *Italienne*, ayant poli & formé la cour ſur ſes manieres, la muſique devint tout d'un coup a la mode dans les Temples, comme ſur le theatre & dans les ruelles. *T. IV. p.* 84.

ſam, reſumendamque ſtatuiſſe an. 1646. dum interim muſica in *Gallia*, ex uſu & commercio cum *Italis* corrupta, in templis theatrali ſimilis evaſerit. Poſtea tamen pag. 150. muſicæ in eccleſiis *Galliæ* proſpectum dicit per presbyteros, clericos, aut pueros choro deſtinatos. Laudat BENEDICTUS XIV. in epiſtola encyclica data ad omnes epiſcopos ditionis eccleſiaſticæ die 19. *Februarii* anni 1749. venerabilem Cardinalem THOMASIUM, virum ſanctæ vitæ & profundæ litteraturæ, in materia de ritibus, quod in ſua eccleſia titulari *S. Martini ad montes*, in die feſto eiusdem Sancti, loco muſicæ cum inſtrumentis, in veſperis & Miſſa cum diverſis Religioſis cantu plano & chorali rem ſacram egerit.

Abuſus vero in ruralibus.

T. VII. Conc. Germ. p. 684.

Id vero curandum omnibus paſtoribus eſſet, ne promiſcue muſica illis etiam in locis fieret, ubi nec idonei quidem muſici habentur: quod ſaluberrime cautum eſt in ſynodo diœceſis *Gandavenſis* an. 1571. *de officio divino* c. 8. in hanc ſententiam: „Quoniam experientia docet, in parochialibus eccleſiis non ſatis dotatis introductum eum cantum, quem diſcantum vocant, ob ſtipendiorum tenuitatem non decenter ab aptis cantoribus abſolvi, & potius dedecorare officium divinum, quam ornare; monemus parochos, magiſtros fabricæ, aliosque, quorum intereſt, ut contenti cantu (quem *Gregorianum* dicimus) curent illum digne per idoneos ſacerdotes, aut alios clericos non diſſolutæ vitæ peragi.“ Id ſe curaſſe NAVARRUS aſſerens: „Nonnunquam (inquit) iter faciens per aliquot vicos, ſeu pagos, & videns canentes eos, qui neque callebant, neque ſentiebant harmoniam, rogavi, ne canerent Miſſam, aut veſperas, niſi tono plano & uniformi, ne provocarent magis ad riſum & levem ſubſannationem, quam gravem devotionem. Nunc vero denuo etiam atque etiam rogo omnes, qui in eccleſia cantamus, & cantum audimus, ut per Deum putemus, & reputemus, nos id agere non debere principaliter ad capiendam vel dandam recreationem, vel oblectationem; ſed ad movendam, vel augendam propriam, vel alienam devotionem, animo preſſius volvendo id, quod canimus, vel cantari audimus, quam recitando voluerimus.“ Id demum probe notandum, quod laudata ſynodus *Gandavenſis* curari vult, cantum *Gregorianum* digne *per idoneos ſacerdotes, aut alios clericos non diſſolutæ vitæ peragi.* Quis enim non rideat, dum in pagis & vicis cantus choralis peragitur per ruſticos pueros, aut etiam puellas, ad cantum æque ineptos, ac linguæ latinæ ignaros; quam inſuper perinde corrupte pronuntiant, quam inconcinne cantant: ut adeo melius preces communes una funderent clara voce, admixtis cantilenis vulgaribus; cuiuscemodi melodiæ magis ſunt ad eorum captum, ſuntque iis aſſueti, aut facilius aſſueſcendi.

L. c. cap. XVII. n. 31.

XIX.

XIX. Summe laudabilis cantionum, precum ac meditationum viciſſitudo in lingua vernacula diu noctuque obtinet apud inſtitutum perpetuæ adorationis SS. Altaris Sacramenti; quod uno quodam ſucceſſu in *Germania* noſtra paucis abhinc annis ceptum ut ulterius propagaretur, per me liceret, apud reliquas quascunque monialium congregationes, eas præcipue, quæ non cum Martha occupantur circa frequens miniſterium in inſtitutione iuventutis, ægrotantium &c. ut ſcilicet cum Maria ſedentes circa pedes Domini optimam hanc ſibi eligant partem adorandi Chriſtum in ſacra Euchariſtia; ubi ſemper ac inceſſanter præſens Agnus, qui occiſus eſt, dignus eſt accipere honorem & gloriam cum angelicis choris inceſſabili voce proclamantibus *Sanctus &c.* a) [illegible]

Muſicam vero Moniales noſtræ in *Germania* ex inolito more pro aris & focis tuentur & excolunt ſupra modum; quod iam medio ſæculo XVI. inſtitutum in monaſterio *Urſpringenſi Sueviæ* Bruschius memorat in chronologia monaſteriorum *Germaniæ* de Magdalena a *Monte* abbatiſſa ſic fatus: „Sub huius gubernatione ceperunt moniales *Urſpringenſes*, anno nimirum 1547. (quo moniales adhuc ibi erant 40.) muſicæ figuralis ſtudium, in quo tantum profecerunt ſub Domino Blasio *Hippolyto*, egregie docto monacho, ut cum regiis etiam vel imperatoriis muſicis (quod pace tamen ipſarum dixerim) certare poſſint.“ Nec dum tamen profecto tunc inſtrumenta muſica adhibita fuere, b) quæ nunc omnis generis in monaſteriis monialium audiuntur in tympano & choro, chordis & organo, enchordis imitantium inflatilia: haud obſtante, quod cantus figuratus & muſica inſtrumentalis ſacrum congregationum decretis vetita ſit monialibus; ut auctores produnt apud Rodota commentario in epiſtolam encyclicam Benedicti XIV. p. 65. ubi etiam ex Alexandri VII. conſtitutione an. 1657. perhibet, quomodo moniales in urbe feſtivitates ſuas celebrare debeant abſque muſica exteriori, omnino adhibito tantum in choro interiori cantu *Gregoriano* nuncupato, ſive etiam figurato, quoad antiphonas veſperarum pro currenti feſto, aut canticum *Magnificat*, pleno tamen choro. *T. VI. Bullarii p. 57.*

Et virorum: Laudatur apud eundem Rodota S. Philippus *Nerius*, qui „Almæ, (inquit) huius noſtræ urbis apoſtolus iure meritoque nuncupatus eius potiſſimum generis muſicam in Oratorii ſui congregatione tanta cum laude, tantoque cum audientium fructu exercitam voluit, ut noſtris etiam temporibus experientia docti fateri debeamus, quod infirmior animus eorum, *Pag. 121.*

a) Quod faciunt moniales noſtræ in *Berau*, dum ſingulis horis per turmas ſibi mutuo ſuccedunt, cantantes lingua vernacula: *Heilig! Heilig! Heilig! IESUS Chriſtus ohne End, in dem heiligen Sacrament.*

b) Alio pertinent choriſationes ac tripudia in monaſteriis virginum vetita in ſtatutis ſynod. *Harlem.* an. 1564. T. VII. Conc. *Germ.* p. 22.

eorum, qui in eccleſia S. Mariæ in *Vallicella* divinis laudibus, muſicis numeris attemperatis, interſunt, per oblectamenta aurium in affectum pietatis aſſurgit." Accidit id ſane mihi *Romæ* verſanti, ſtuduique allatis mecum in patriam eius muſicæ exemplis, propagare apud nos, ſed non omni eo, quem deſiderio tenebam, effectu, nimis inolita iam ac inveterata conſuetudine, diſcrimine vero tanto maiori, quo magis muſica ſacra indies a ſuo ſancto inſtituto recedit, & degenerat, ut iam nihil a profana, triviali, ac theatrali abſit. Cumque, quæ componi muſice ſolent, omnia eiuscemodi ſint, via deficit ac ratio obviandi malo, quousque indiſcriminatim quod obtinet muſicæ genus, in eccleſiam etiam apud cœtus cœnobiticos admittitur. Provide congregatio *Benedictina Helvetica* decrevit iam an. 1702. ut per muſicam Miſſa & alia officia divina non protrahantur, nec aliæ levitates exerceantur. Symphoniæ ſeu ſolorum inſtrumentorum muſicorum uſus interdictus ſit. Veſperæ & completorium raro figurentur. Et decreto anni 1736. anno 1748. denuo confirmato, ut religioſa ſemper modeſtia in choris noſtris appareat, additur: „Unde arceantur cantilenæ minus graves & devotæ, illæque ſolum adhibeantur quarum textus vel ex ſcriptura, vel ex ſanctis Patribus, vel denique ex piis devotisque hymnis deſumti ſunt, excluſis ſymphoniis, ſeu, ut vocant, concertis nimis profanis, religioſam modeſtiam dedecentibus, & foro magis, quam choro, accomodatis." Laudat P. Ziegelbaur in hiſt. litter. ord. S. Benedicti ex Bucelino venerabilem Gregorium abbatem *Weingartenſem*, qui inſtrumenta muſica non a menſa tantum, ſed etiam ab eccleſia proſcripſit, cantumque *Gregorianum* mire commendabat. Figuratum raro admittebat, & hunc rariſſime ad organum, abſque ullo alio muſico inſtrumento, quæ peſſime oderat, & multas olim in ordines diverſos diſtractiones, ſacri rigoris & ſilentii relaxationes, in ipſo templo levitates, imo ſcurrilitates inductura prædixerat. Nec falſum fuiſſe augurem, addit, innumera teſtantur exempla. Ipſe ſub *Gregoriano* cantu ſæpius, fere autem ſemper, dum ſacris operaretur, lacrymis defluebat. A qua Gregorii abbatis, veterumque pietate non parum in monaſteriis deſcitum eſt, ex quo muſicorum inſtrumentorum concentu monachorum aures titillari ac recreari, non vero animi ad compunctionem exſtimulari ceperunt. Quod niſi ſit eccleſias noſtras proſtituere, quid ſit, plane ignoro. Hæc P. Ziegelbaur. Adduxerat etiam noſtri P. *Marq.* Herrgott teſtimonia ex præfatione ad veterem diſciplinam monaſticam. Magis favet muſicæ *Ioannes* Bona, ipſe etiam muſicæ iuvenis addictus, ut palam eſt ex epiſtola inter ſelectas *Auguſtæ Taurinorum* an. 1755. editas tertia, qua demonſtrandum ſibi ſumit, poeſin & muſicam ab inſtituto monaſti-

P. II. c. 3. ſect. 3. p. 345.

Pag. 5.

co alienas non eſſe; ſed nihil de uſu eccleſiaſtico, quem poſtea moderatum in libro *de div. pſalmodia* c. 17. generatim quidem probat.

XX. *Ioannes* KECKIUS monachus ord. S. BENEDICTI ſæc. XV. in præfatione Mſc. libelli de muſica diſcantum, atque adeo muſicam aliam præter cantum planum, a religioſis alienum aſſerit, allata ex ARISTOTELE in *Polit.* loco: *ne harmoniam rigide cantarent ſenes &c.* „Debet igitur (inquit) religioſorum cantus, qui ſenum nomine poſſunt intelligi, cum & ipſi ſeniorum canos habere debeant, de quibus dicitur, cani ſunt ſenſus hominum, nequaqum rigidus exiſtere, ſed modeſta gravitate, loquentium more, ſuaviter, ſine diſcantu lugubriter perſtrepere, ut, ipſis Domino cantantibus, eorum labia ſine fine exultare mereantur, præſtante Domino noſtro IESU Chriſto in ſæcula benedicto.“ Poſtea vero cap. 4. de conſonantiis agens: „Quomodo autem (inquit) his conſonantiis tam perfectis quam imperfectis contrapunctus fieri debeat, ſeu diſcantus, non eſt præſentis ſpeculationis; quoniam Religioſos docere conamur, quorum ut ſenum, non eſt diſcantare, nec rigide cantare, ut vult ARISTOTELES in Politica, ſed lugubri voce Deo laudes perſolvere, ut non tam muſicare, quam gemitum facere videantur.“ Eſt hoc, quod ſupra ex conſtitutionibus *Carthuſianorum* retulimus, quia boni monachi officium eſt plangere, ſic cantandum voce, ut planctus, non cantus delectatio ſit in corde: nempe ſi ea cantando amputentur, quæ tantum delectationem afferunt, *ut eſt fractio & inundatio vocis & geminatio puncti.* DIONYSIO *Carthuſ.* in tract. de vita canon. art. 20. fractio vocis diſcantus eſt. THOMAS *Waldenſis* contra WICLEFFUM cantus eccleſiaſticos propugnans „Tantum ut digne fiant ſine diſſonantiis, fractura difficili. Maxime autem (addit) in monaſteriis & cum viris religioſis delicatos cantus cum triplis & quadruplis reſonantes non exiſtimem opportunos: quia infirmi non ſunt, aut eſſe non debent, propter quos ſolos cantus providentur dulcis ſoni, ut dicit ISIDORUS.

Omnino vetitus;

De orat. & tit. 2. c. 19. canticis altis.

Conſtat, complures eſſe ordines religioſos ac monaſticos, qui præter cantum planum omnem aliam muſicam a ſuo inſtituto alienam eſſe ducunt. Operæ igitur pretium eſt, ſubiicere hic ex HOLSTENII codicis regularum editione noviſſima ſtatuta a) quædam nonnullarum congregationum, quæ

Statutis variorum Ordinum.

a

a) Conſtitutiones Congregationis *Camaldulenſis*: Capit. XIX. *De diſciplina pſallendi* ſic ſtatuunt: „Quoad cantum figuratum, ſeu muſicalem Patres volunt, omnino eſſe interdictum, non ſolum in choris noſtrarum eccleſiarum, ita ut nullo pacto permittatur; ſed etiam in omnibus locis, ubi adſint ſæculares cuiusvis conditionis, & gradus: & conſequenter, ut nulli liceat pueros, vel alios, præter noſtri Ordinis artem muſicam docere. Qui autem Prælati ſecus egerint, vel contra fieri permiſerint, careant activa voce in ſequenti Capi-

quæ utuntur regula S. Benedicti, apud quas, excepta *Germania*, vix reperias, quæ muſicam admittant in eccleſia. Unde Mabillonius in *Itinere* ſuo *Germanico* de templorum ornatu & cultura muſicæ: *Germani*, inquit, *in hoc (templorum elegantia & multiplici vocum & inſtrumentorum variorum concentu) pietatem locant, quæ nos pietatis impedimenta Galli putamus. De muſica muſicisque inſtrumentis loquor; nam optandum eſſet, ut ille eccleſiarum nitor, ita apud nos vigeret, ut apud Helvetos & Germanos muſices amor.*

Generatim autem quoad monachos

Ed. Martenius *commentario* in reg. S. Bened. cap. 19. *de diſciplina pſallendi*, ab humili prorſus & ſimplici monachorum pſallendi diſciplina alienos omnino putat omnes cantus figuratos, muſicorum voces, ſeu potius clamores, muſicalia omnia inſtrumenta: *a quibus*, addit, *abhorruere, quotquot unquam ſolidæ pietati & religioſæ ſimplicitati ſtuderunt monachi.* Subdit monaſticorum nonnullorum coetuum conſtitutiones, veluti *Fulienſium* in hanc ſententiam: „In nulla divini officii aut miſſarum parte liceat cantu figurato, aut ſymphoniaco, vel muſico uti, nec organis aut alio quovis genere inſtrumenti: longiſſimeque abſint hæc omnia a monaſteriis noſtris, nec in ea re diſpenſari poſſit.“ Et monachorum *Caſalinorum* conſtitutionem, qua monachis tam organorum quam aliorum inſtrumentorum muſicorum pulſatio interdicitur, *ita ut nec diſcant, nec doceant eorum uſum, ſimiliter caveatur omnis cantus figuratus.* Quæ quidem eadem in declarationibus & conſtitutionibus Congr. *Caſinenſis*, a Gre-

tulo, & monachi a Patre generali, & viſitatoribus gravius puniantur. Nolunt præterea, ut in monaſteriis noſtris haberi poſſint inſtrumenta quæcunque muſicalia, præter organa, & iis ſimilia, vel eis deſervientia. Vetant itaque laudos, citharas, liras, & id genus reliqua; permittunt vero, quos dicunt monochordos, graves cymbalos, & huiusmodi, quæ minus dedecent religioſum virum. Qui vero huic conſtitutioni contravenire præſumpſerit, ad arbitrium Prælati graviter puniatur. Omnia vero hactenus in hoc Capitulo enarrata ſtudebunt Prælati inviolabiliter ab omnibus obſervari facere.“ *Holſt. Cod. Reg. Tom. II. p.* 227.

Inter conſtitutiones Congregationis *Montis Oliveti* P. II. cap. LXXX. de muſicis inſtrumentis ita ſtatuit: „Inſtrumenta muſica tractare nulli concedimus, cum profeſſionis noſtræ inſtituto admodum contraria, & re ipſa inutilia cognoſcantur, quandoquidem vacare potius orationibus, & ſacris litteris operam dare noſtra interſit. Verum quoniam id fuit difficile perſuaſu, illud muſicum inſtrumentum (quod monochordum vocant) aut aliquod inſtrumentum aliud, ut Abbati loci (habita ratione tamen temporum, & locorum) viſum fuerit concedere, honeſte in cellulis retinere poſſe concedimus, non niſi convenientibus horis contrectandum: & hoc etiam nemo, niſi quantum permiſerit loci Superior, præſumat.“ *Ibid. T. V. p.* 110.

Referri huc etiam meretur, etſi alterius a *Benedictino* Ordinis, Fratrum ſcil. Redemt. Captiv. Diſcalceatorum Conſtitut. cap XI. §. I. apud eundem Holstenium; „Totum, quod in officio divino, & Miſſa cantatur, ſit in tono plano, æquali, gravi, & devoto, abſque modulatione & harmonia, ſub pœna culpæ gravis contravenienti, & ſuſpenſionis ab officio ſuperiori permittenti. Quæ autem recitantur, cum devotione dicantur, & pauſatione competenti pro inſumendo ſpatio temporis deſignato.“ *Ibid. T. VI. p.* 157.

Gregorio XIII. an. 1578. approbatis, iisdem verbis leguntur, hoc addito: „Et idem de cantu figurato intelligimus, videlicet, quod neque ipſi addiſcere, neque alios docere, neque extra chorum eo uti poſſint ſine licentia ſuperioris ... quoniam ex huiusmodi vana levitate plurimos labi vidimus in ſuarum perniciem animarum.“ Habent *Caſinenſes* ſingulares tonos, a *Gregorianis* paullulum diverſos, ac præterea cantum modulatiorem cum organo: quod ipſe tum *Romæ* apud *S. Paulum*, cum etiam in monte *Caſino* luſi, ac hic quidem etiam extra officium chori, concurrentibus ad audiendum monachis; demumque cum iam feſſus viderer, accurrit etiam magiſter novitiorum cum novitiis, a capite ordiri rogans. Cantus eorum modulatior magno in pretio habetur in *Italia*. Nec tanti muſicam faciunt *Itali*, etſi ad eam natura cumprimis efficti. Idem de gentilibus ſuis *Gallis* teſtatur *Iac.* Eveillon; quod teſtimonium Benedictus XIV. in ſæpe laudata ancylica profert ex tract. de recta ratione *pſallendi* c. 9. art. 9. p. 99.

Ob eius levitatem reſpectu cantus plani.

Sic vero ille: „Sordeſcit quippe ſanctis auribus omnis muſici concentus titillatio præ hac plani cantus & ſimplicis pſallendæ harmonia, ſi recta fuerit. Atque eo fit, ut relictis hodie eccleſiis collegiatis, & parochialibus, tam libenter & avide concurrat populus fidelis ad eccleſias monachorum, qui magiſtram habentes in colendo Deo pietatem, ſancte, moderate, & ut pſalmiſtarum princeps olim dixit, ſapienter pſallunt, & Domino ſuo, ut Domino & Deo, cum ſumma reverentia famulantur. Quod ſane pudori debet eſſe eccleſiis primariis, & maioribus, a quibus monachi & canendi & pſallendi artem omnem ac regulam didicerunt.“ Singularis profecto gravitatis cum maieſtate coniunctæ eſt divini officii actio ad cantum planum ſeu ſimplicem, ſive etiam compoſitum ad triadem harmonicam, cum ſolemnibus præſertim cerimoniis, & apparatu ſacro, ſi lento quodammodo greſſu progrediens, moderato vocis ſono ſeſe animis inſinuet, unaque reverentiæ erga ſupremum Numen ac pietatis ſenſum inſtillet; nec diſtrahat mentem, & a propoſito, uno ſcilicet fine conventuum ſacrorum ad rem divinam agendam, avocet: affectum moveat, non mentem amotam emotamque reddat, nec ſenſus, ſed cor emolliat ad devotionem.

Muſicæ inſtrumentalis uſus ab initio rarus.

XXI. Sed fruſtra hæc muſicis noſtris occinuntur, ſurdis ad omnia auribus; quidquid ratio, religio, auctoritas opponat, pergunt velut lymphata mente, ingraveſcente ſemper malo. Id nulla ratione melius perſpicitur, atque ob oculos ponitur, quam ipſa hac narratione vel hiſtoria cantus ſeu muſicæ ſacræ a prima eccleſiæ ætate usque ad præſens tem-

pus,

pus: dum mente colligitur, quibus a principiis & incunabulis ad tantum exceſſum (perfectionem dicent muſicæ noſtri temporis admiratores) res devenerit: quod nunquam tam præcipiti curſu actum eſt, quam ipſo hoc poſteriore ævo. Rarum quid erat, & ſingulare ſæculo decimo quinto, ſi alicubi diſcantus aliquis audiretur, aut ex tempore additum aliud præter organum inſtrumentum. Unum diligentiſſimus DUCANGIUS affert exemplum in *Gloſſario* V. *diſcantus* fundatæ ſolemnis miſſæ *cum cantu, diſcantu, & organis ſonantibus.* Ac paucos notat libros Mſs. de arte diſcantandi, vel diſcantus, ſeu eiusmodi cantus eccleſiaſticos. Hos rariſſime profecto in bibliothecis *Italiæ*, *Galliæ*, *Germaniæ* offendi. Unus ſingularis eſt bibliothecæ *San-Blaſianæ* 400. circiter annorum, in quo ad præcipuas tantum ſolemnitates eiusmodi diſcantus & Motteti continentur. Pro organo, & aliis inſtrumentis muſicis nihil omnino non ſolum eiusdem antiquitatis, ſed nec proxime ad noſtram ætatem accedentis, quoad alia præſertim inſtrumenta, reperire eſt ad notas muſicas compoſitum. Iam ſupra lib. II. *Io.* GERSONEM, qui ineunte ſæc. XV. floruit, audivimus, teſtantem de organo tract. I. *de canticis*, hoc ſolum vel præcipuum retinuiſſe eccleſiaſticam conſuetudinem muſicum genus inſtrumenti, cui viderit aliquam iungi tubam, rariſſime vero bombardas, ſeu thalemias, ſeu cornumuſas grandes, aut parvas, vel alia ſi qua ſunt &c. Et poſtea tractatu II. *de canticordo*, cum notaſſet poſt dilatationem eccleſiæ multam varietatem, ſolam pſalmorum accentuationem tenuem apud aliquos, apud alios crebrum cum arte ſua cantum, addit: „Fuit apud alios diſcantus, addita ſunt cymbala in eccleſiis bene ſonantia, quæ campanas dicimus. Fuerunt apud alios organa multarum fiſtularum, iunctis apud aliquos tubis ductilibus.“ Mentionem etiam paullo ante fecimus ex BUSCHIO Miſſæ, *quam ob ſuam magnificentiam auream vocamus*, ut habet chron. S. GODEHARDI *Hildesheimenſis*, ubi etiam decantatam dicit BUSCHIUS ab omnibus canonicis totius civitatis, & a cunctis prælatis & religioſis in *organis.* Sed an alia, quam pneumatica fuerint, non addit.

T. III. P. II. p. 628.

Pag. 653. *B.*

Apud Leibniz T. II. ſcript. rer. Brunſw. p. 408. & 811.

Sic alibi mentionem facit Miſſæ aureæ de B M V. *in organis, quæ per tres vel quatuor horas vix poteſt terminari propter caudas magnas, quas cantando & organiſtando protrahere tunc conſueverunt.* Cardinalis CAIETANUS commentario in D. THOMAM 2. 2. q. 91. inſtrumenta muſica non vult in eccleſia admittenda. „Tantoque magis excludenda ſunt (inquit) quanto divina diſciplina interior excellentior eſt omnibus diſciplinis humanis, huiusmodi inſtrumenta repellentibus. Et licet, per ſe loquendo, hoc verum ſit; poteſt tamen per accidens tolerari iam extenſa conſuetudo organorum propter nimiam elongationem hominum a divino cultu,

A pluribus improbatus;

cultu, ut vel ſic allecti divinis interſint. “ Quoad ipſa autem hæc organa, in Summa v. *organum*, eos criminis arguit, qui profana & turpia organis ludunt. Et ſubiungit: „Involvuntur autem eodem crimine non ſolum pulſantes, ſed qui conducunt, & conſentiunt pulſantibus hæc, ut impleantur ſcripturæ: *Gloriati ſunt, qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuæ.* “ Et in commentario citato dicit, *falſarios eſſe omnes ſic pulſantes, & procurantes, ac conſentientes*, quia cultus divinus per eosdem falſificatur. „Et ideo (inquit) ex intentione pulſare in eccleſiaſticis officiis ſive mala, ſive vana, peccatum eſt mortale ex ſuo genere. (Et iterum) a graviſſimo peccato, & forte mortali ſacrilegii non excuſatur, qui ex intentione inter divina inſtrumentorum uſu immiſcet talia mundana, quæ ſi verbis exprimeret ibidem, nullus excuſaret a mortali. “ NAVARRUS poſtquam ſtatuiſſet, tolerari poſſe harmoniam organorum in divinis officiis, infert tamen, „illicitum videri quibusdam admiſcere divinis officiis violas, citharas, fiſtulas, lyras, tibias, & alia non abſimilia inſtrumenta muſica, partim per ſupradicta in cap. 16. partim, quod ubi illa commixtio non eſt conſuetudine recepta, parere videtur mentium a debita attentione diſtractionem, licet, mea ſententia, poſſent licite tolerari, ſi neque organiſtæ, neque inſtrumenta, neque id, quod illis pſallitur, neque modus illis pſallendi, illam inducerent. “ *Wilh.* LINDANUS graviter in eos invehitur, „qui Dei chorum omni phonaſcorum ſyntagmate, vocum omnis generis diſcrimine, imo & tubarum clangore, cornutorum ſtridore, alioque ſtrepitu vario præclare gloriantur impleſſe, quod cantici verba obſcuret, ſenſumque ſepeliat, & adobruat. De quo plus hodie Cathedrales laborant paſſim eccleſiæ; quod ſane non leviter cordatis omnibus eſt deflendum, quam ut habeant aut cantores pſalmorum intelligentes, aut Deum vita ſimul & voce moderata potius, quam incondito garritu, laudantes. “ Acrioribus verbis iam antea uſus fuerat: „Quid, quod divinos hymnos non modo theatricis, adeoque bellicis, &, ſi dicere fas eſt, galliardicis contaminant modis; ſed venereis quoque conſpurcant & amatoriis. “ Iam ſupra retulimus piorum paſtorum contra graviſſimos huiusmodi muſicæ abuſus decreta, in quibus tamen rarius contra uſum inſtrumentorum muſicorum habetur exceptio, præter S. CAROLUM *Borromæum*, qui in concilio *Mediolan.* I. ſtatim ſuæ eccleſiæ ac provinciæ proſpexit, decrevitque: *Organo tantum in eccleſia locus ſit; tibiæ, cornua, & reliqua muſica inſtrumenta excludantur.* Sic etiam in ceremoniali epiſcoporum, dum cavetur, ne cum ſono organi proferantur cantus, qui ad officium, quod agitur, non ſpectent; ne dum profani, aut ludicri: additur: *nec alia inſtrumenta muſicalia præter ipſum organum*

De orat. & horis canon. c. 17. n. 32, 33.

Panopl. evang. P. I. lib. IV. c. 78.

T. XV. Conc. ed. Labb. p. 296.

L. I. c. 28.

ganum addantur. Bellarminus, poſtquam de cantu & muſica eccle-
Lib. I. de bonis operibus in partic. c. 17. ſiaſtica pluribus diſputaſſet, ſic tandem concludit: *Ex quibus omnibus illud efficitur, ut organa propter infirmos in eccleſiis retinenda ſunt, ita non facile alia inſtrumenta eſſe introducenda.*

Ab aliis vero toleratus, excluſis tamen quibusdam inſtrumentis: Nihilominus *Andreas* Castaldo in praxi ceremoniarum ſic habet: „Cum organis etiam cantorum muſicæ in ſolemnitatibus arbitrio magiſtri capellæ adhiberi debent cum tibiis, tubis, & corneis, excludendo reliqua profana inſtrumenta: pariter levia ac minus decentia moteta, caveant, ne admiſceantur in fine pſalmorum." Eadem inſtrumenta admittit Baudry in manuali ſacrarum ceremoniarum, relatus a Benedicto
a XIV. in ſæpe citata epiſtola encyclica: ubi, a) in conſilium vocatis variis inſignibus magiſtris muſicæ intra & extra urbem, admittit quidem præter organum Barbyton, ſeu tetrachordum maius & minus, monaulum pneumaticum, violas, & violina ſeu cheles tetrachordas; excludit vero tympana, cornua venatoria, tubas, tibias, & fiſtulas, pſalteria moderna, citharas, & ſimilia. Sic vero admittit alia illa, ut inſerviant ad corroborandas & ſuſtinendas magis cantantium voces, atque adeo interiorem affectum in Deum evehendum. Tolerandum etiam ſymphoniarum ſine ullo cantu uſum, ubi eſt introductus, putat ex ſententia Suaresii, quem citat, *ſi ſonus ipſe ſit gravis & aptus ad excitandam devotionem.* Allegaverat inter alios
Theatr. critico diſc. 14. n. 42. &c. etiam *Hieronymum* Feyoo magiſtrum general. Ord. S. Benedicti in *Hiſpania*, cui præ omnibus aliis inſtrumentis cheles omnino minime idoneæ pro
b eccleſia eſſe cenſentur: b) admiſſo vero barbyto maiore ſeu *violone, arpa, cembalo*, quod manichordium, clavichordium, ſeu ſpinetum vocamus, organi æmulum; quod, organum ſcilicet, recte Feyoo, utpote admirabili

a) „Non abbiamo tralaſciato di ricercare il conſiglio in *Roma* & fuori di *Roma* d'huomini aſſennati & inſigni Maeſtri di capella: & coerentemente al loro conſiglio, quando nelle ſue chieſe ſia introdotto l'uſo degli ſtrumenti, non ammettera coll' organo altro, che violoni, violoncelli, fagotti, viole, & violini che ſervono perrinforzo maggiore di quelli che cantono, e bandira i timpani, i corni da caccia, le trombe, gli oboe, i flauti, i flautini, i ſalteri moderni, i mandolini, & ſimili ſtromenti; che non ſervano, che per rendere la muſica teatrale. Quanto all' uſo de' ſopra detti permeſſi ſtromenti, altro non ſappiamo additare, ſe non che dovendo ſi adoprare per ravivare maggiormente il canto e la parola, evitando in queſta maniera l'interiore affetto verſo Dio."

b) In quanto a me, diro ſempre, che i violini ſono del tutto impropri per quel ſacro teatro. Le loro arcate quantunque armonioſe, ſono ſtrilli, i quali eccitano ne' noſtri ſpiriti una vivezza quaſi puerile, e lontana molto da quella decoroſa e ſavia attentione, che ſi dee à noſtri ſagri miſteri; ſpezialmente in queſto tempo, in cui i maeſtri alla moda pongono tutto lo ſtudio in fare le compoſizioni ſi alte, vadano i ſuonatori a dar colle dita nel ponte del violino. Viſono bene degli altri ſtromenti gravi, come il violone, che chiaman baſſo, arpa, cembalo &c. non eſſendo inconveniente di rimarco, che manchino il ſoprani alla muſica iſtromentale, la quale piutoſto riuſcira piu maeſtoſa, e piu ſeria, quale appunto conviene alla chieſa; e l'organo, i qual' è un compoſto mirabile di tutti gli ſtromenti, come ognun ſa, può ſervire per tutti. *Ibid. n.* 43. 44.

bili quodam modo omnia veluti inſtrumenta in ſe complexum, omnium loco eſſe poſſe videatur. De inſtrumentis inflatilibus, tubis, cornibus &c. ne mentionem quidem facit: quæ perinde ac tympana merito Auguſta M. Theresia in terris *Auſtriacis* atque etiam *Viennæ* exulare ex eccleſiis iuſſit.

Teſtatur auctor *Gallicus*, in hiſtoria de Muſica & eius effectibus ante quinquaginta circiter annos ſcripta, vix tum viginti quinque annos fuiſſe, ex quo tubæ & tympana audiri in eccleſiis *Galliarum* ceperint. Eandem poſtea epocham inſtrumentis enchordis ſtatuit in iisdem eccleſiis, ubi inſtrumentorum rarior ſit uſus, quam in *Italia*, ut & hunc libenter ad organa & ſerpentes, inſtrumentum *Gallis* familiare, reduceret in facie S. Altaris. a) Ut vero ex adductis hucuſque ſynodorum decretis liquet, paullo altius repetenda eſt epocha inſtrumentorum muſicorum in eccleſia uſus apud nos *Germanos*, qui nimis faciles, addam, plerumque etiam infelices ſumus *Italorum* in muſica imitatores, præſertim in vario quoque inſtrumentorum ac modulorum muſicorum genere eccleſiæ illatorum: quam ob rem tamen apud cæteras nationes, præſertim heterodoxas, tam male audiunt *Itali;* nec immerito, ut haud diffitetur Rodota hæc *Romæ* ſcribens: „Qui transverſis oculis omnia noſtra intuentur; qui odio, iraque, & ſimultate ab apoſtolica ſede diſiuncti ſunt; qui *Italiam* peragrant, ut ſtercora colligant, quod olim fecit Missonius *Anglus*; auribus exhorreſcerent, ſi quamplurium ac diverſorum inſtrumentorum ſtrepitus, ſi argutas lepidasque modulationes, ſi modificatos ſonos, per tenerum guttur mollius eliquatos modeſtiæ frena relaxantes, ſi denique mollem & effeminatam illam muſicam audirent, quam vel ipſi ethnicorum philoſophi e cœtu populi eliminandam, uti ſurdam animorum corruptricem cenſuerunt. Pugnant hæc adverſus exactas diſciplinæ, morumque regulas. Si mala hæc, atque inordinata fatemur, cur non tolluntur? cur forti brachio non exſcinduntur? cur falces non adhibentur? Tibicines ſaltem circa medium ſæculi præteriti haud valde frequenter ſacris concentibus adhibitos fuiſſe *Romæ* teſtis eſt *I. B.* Donius *de præſtantia muſ. vet.* Serius adhuc uſus chelium ſymphoniacus ibidem a Corellio, de quo infra, eſt ordinatus.

In Galliæ eccleſias ſerius rariusque admiſſus, quam in Italia & Germania.

a

T. I. p. 155.

Paſſim

a) „Nous avons moins d' Inſtrumens, que les *Italiens* a nos Motets, qui en avons plus ailleurs. Tant mieux. Aux motets, qui s'excutent en face de l'autel, il ſeroit a ſouhaiter, que nous n'auſſions, qu'un petit orgue pour fixer le ton des voix, & pour empecher, qu'elles ne hauſſent, ou ne baiſſent inſenſiblement. Cèn ſeroit aſſez, avec des ſerpens, Inſtrument d'un uſage commode pour remplir, & privilegié a l'Egliſe. Auſſi n'ya-t-il que vingt-cinq ans que nous nous y permettons les inſtrumens a cordes: il n'yen a pas vingt que nous nous permettons les inſtrumens a cordes dans le chœur, & Campra fut le premier, qui eut le credit d'en faire entrer dans celui de *Notre-Dame* de *Paris.* Mais enfin encore aujourduy nous n'avons affaire que de deux ou trois baſſes de Viole ou de Violon pour iouer les baſſes continues & d'autant de Violons pour iouer des Preludes & de Ritornelles, & il eſt rare que nous en mettions davantage.“

Sed paſſim improbatus per Concilia,

Paſſim decreta Conciliorum particularium, vel conſtitutionum ſynodalium poſterioris ævi recenſemus; ex quibus vix ullum celebrari contigit, poſt concilia *Baſileenſe* imprimis & *Tridentinum*, in quibus non aliquid circa hoc argumentum occurrat, quod vel ad ampliorem explicationem eorum faciat, quæ in illis conciliis ſunt ſancita; vel etiam quædam ſuperaddat, identidem ſucceſſu temporis ampliata ſemper, a præterito ſæculo imprimis, muſica figurali, maxime autem inſtrumentali; de qua concilium *Baſileenſe* nihil, *Tridentinum* autem ſolius organi rationem habet. Vix vero generatim in conciliis, ut poſtea notabimus, aliquid de inſtrumentis muſicis legitur, quum abuſus hic noſtra fere memoria invaluerit. In decretis ſynodalibus diœceſis *Auguſtanæ* an. 1610. P. II. c. 1. de officio divino decernitur: „Organa, tibiæ, cornua & reliqua muſica inſtrumenta in noſtris eccleſiis intempeſtive & immoderate ne adhibeantur; caveaturque ſemper in his omnibus quævis levis & laſciva modulatio, & quidquid pietati excitandæ & fovendæ non conducit. Cantores, quantum fieri poteſt, Clerici ſint, clericalibus veſtibus & ſuperpelliceo induti.“ Et in decretis ſynodalibus diœceſeos *Colonienſis* an. 1662. tit. III. c. 10. §. 2. „Organis item, & quibuscunque aliis inſtrumentis muſicis, tam in eccleſiis, quam in proceſſionibus ita canatur, ut modulatione ſua laſcivas, impuras, militares, vel indecoras cantiones non imitentur, & ea quæ voce canuntur, ne procul abſint a mente.“ Sed huiusmodi conciliorum decreta, in quibus contra depravatum muſicæ in divinis officiis uſum agitur, afferemus paullo poſt. Ex ſynodis noſtri ſæculi non habemus, quod proferamus, præter concilium *Romanum*, a BENEDICTO XIII. an. 1725. celebratum, in quo titulo XV. c. 6. *quod muſicam ſpectat, præter Extravagantem* Docta *de vita & honeſtate Clericorum, edictum pariter fel. rec.* ALEXANDRI *VII. an.* 1665. *innovandum* ſtatuitur; *prout hoc noſtro decreto innovamus .... ſub pœnis interea, in præcitata Extravagante, & edicto inflictis, cohibeant epiſcopi muſicæ magiſtros, organiſtas, & cantores, aliosque quoscumque a quibusvis in eccleſia indecori cantus modulationibus, ne fidelium magis videantur auribus prurire, quam pios in Deum affectus excitare.* Fruſtra decretum illud ALEXANDRI VII. quæſivi in Bullario magno, quod præ manibus eſt, *Luxemburgi* an. 1727. editum. Narrat vero RODOTA, muſico cantui eccleſiaſtico ut modum poneret ALEXANDER VII., in examen adduxiſſe muſices diſciplinam, quæ in urbis eccleſiis vigebat. Congregationem idcirco ſeu viſitationem inſtituiſſe an. 1665. in qua ſecretarii munere fungebatur *Proſper* FAGNANUS. Latum inde fuiſſe edictum die 30. *Iulii* anni eiusdem, cuius præcipua capita recenſeat SARNELLUS lib. I. epiſt. 9. inte-

T. IX. Conc. Germ. p. 40.

Ib. p. 943.

Comment. in epiſtol. Bened. XIV. p. 107.

integrum autem transſcripſerit Crispinus *Viſitat. paſtoral.* P. III. §. II. p. 884. Hæc ille ad Benedicti XIV. encyclicam, in qua provocatur ad Alexandri VII. conſtitutionem anni 1657. Narrat Benedictus XIV. paucis abhinc annis examinatam fuiſſe quæſtionem de uſu organi, aliorumque inſtrumentorum muſicorum, quæ aliquibus optimo zelo ductis ab eccleſiis removenda eſſe videbantur; aliis autem pro organo, cæterisque inſtrumentis in eccleſiarum muſica retinendis pari ſtudio certantibus: cumque ſatis appareret, quam difficile futurum eſſet eorum uſum tollere ab iis eccleſiiis, in quibus iam pridem invectus erat, ſatius viſum fuiſſe, mediam viam tenere; nec omnia ſcilicet muſica inſtrumenta in eccleſiis permittere, nec omnia prohibere: ſed organo, aliisque nonnullis inſtrumentis retentis, ea dumtaxat ab eccleſiarum choris eliminare, quæ theatralibus ludis potius, quam ſacris locis & actionibus convenire viſa ſunt.

Lib. XI. de ſynodo diœceſ. c. 7.

XXII. Provocat ſummus ac immortalis Pontifex ad laudatam encyclicam, in qua complura gravium etiam doctorum teſtimonia profert in medium contra labem muſicæ ſacræ illatam. Studioſe autem digitum tantum intendit dicto cuidam Card. Capranica, in eius vita apud Baluzium lib. III. Miſcell. §. 18. p. 289. quod refert commentator, collegium quoddam muſicorum videri ſibi *ſacculum porcellis plenum*, quod clamantium ſtrepitus audiretur, ſed nihil ex eo percipi poſſet. Subdit locum Polydori *Virgilii* de rerum inventoribus lib. VI. cap. 2. quod ſic inſcribitur: „Qui primi inſtituerint horas canonicas, ac ſanxerint, ut pſalmi a choro alternis cantarentur, ac quam parum frugifer ſit cantus in domo Domini mollior atque delicatior &c.“ Ipſe vero pontifex inductus fuerat ac veluti provocatus graviſſimis verbis *Wilhelmi* Lindani ac Drexelii. Illum paullo ante in teſtem ipſi compellavimus, cuius adhuc exordium de hoc argumento ſermonis lib. IV. *Panopliæ evangel.* c. 78. audire iuvat, quo in muſicos iſtos, qui indigni locum pſalmiſtarum in eccleſia invadunt, invehitur, vultque „Non tantum ut de choro eiiciantur indigniſſimi, cum propter vitæ improbitatem, qua paſſim nimium ſunt nobiles, tum propter impudicos amorum, aut indignos bellorum modulos ſacris Dei laudibus inſparſos: ſed etiam propter theatricam magis ſonorum confuſionem, quam piorum animis paſſim gignere noſcuntur; non enim nunc ſuo cantu muſici auditorum animos tam ad pietatis cultum, cœleſtiaque excitant deſideria, quam avocant, avertunt, alienant. Scio enim, aliquando divinis me interfuiſſe laudibus, cum vel attentiſſimus auſcultarem, ecquid forte pſalleretur? ne unum quidem potuiſſe intelligere verbum, ita erant omnia ſyllabarum repetitionibus commiſta, vocibus confuſa, clamoribus potius horridulis, quam cantu obſcurata. Quamquam non me fugiat, quibusdam muſicam cum organis

Variorum Doctorum contra muſicæ eccleſiaſticæ depravationem querelæ. *Pag. 119.*

& muſicis rectius videri retinenda. Quibus equidem perlibenter aſſentiar, ſi una pro iſto muſices genere, quod nunc paſſim eccleſias occupat, aliud introducatur, & gravius, & rebus ipſis convenientius: & ſi non, ut oportet, pronuntiationi, quam cantui vicinius, rebus ſaltem, quæ canuntur, aptius atque accommodatius.“

Hanc a graviſſimo ſacrorum præſule accipere catholicos viros conditionem, par omnino eſt, ſi quidem quæ ab aliis etiam religionis noſtræ irriſoribus dicta circa eandem rem, acriora exiſtimentur; *Cornelii* Agrippæ e. c. in libro de *vanitate ſcientiarum* c. 17. de muſica: „Hodie (inquit) tanta in eccleſiis muſicæ licentia eſt, ut etiam unacum miſſæ canone obſcœnæ quæque cantiunculæ interim in organis pares vices habeant, ipſaque divina officia, & ſacræ orationum preces, conductis magno ære laſcivis muſicis, non ad audientium intelligentiam, non ad ſpiritus elevationem: ſed ad fornicariam pruriginem, non humanis vocibus, ſed belluinis ſtrepitibus cantillent: dum hinniunt diſcantum pueri, mugiunt alii tenorem, alii latrant contrapunctum, alii frendent altum, alii boant baſſum, & faciunt, ut ſonorum quidem plurimum audiatur, verborum & orationis intelligatur nihil; ſed auribus pariter & animo ſubtrahatur iudicii auctoritas.“ Videant hodierni muſici, an non ſuis ſaltem moribus nonnunquam conveniant ea præſertim, quæ Erasmus *Roterodamus* in ſuis in I. *Corinth. caput* 14. commentariis annotavit, de organis primum locutus: „Non his contenti (inquit) operoſam quandam & theatricam muſicam in ſacras ædes induximus, tumultuoſum diverſarum vocum garritum, qualem, non opinor, in *Græcorum* aut *Romanorum* theatris unquam auditum fuiſſe. Omnia tubis, lituis, fiſtulis ac ſambucis perſtrepunt: cumque his certant hominum voces. Audiuntur amatoriæ foedæque cantilenæ, ad quas ſcorta mimique ſaltitant. In ſacram ædem velut in theatrum concurritur ad deliniendas aures. Et in hunc uſum aluntur magnis ſalariis organorum opifices, puerorum greges, quorum omnis ætas in perdiſcendis his conſumitur, nihil interim bonæ rei diſcentium. Alitur ſordidorum, ut plerique ſunt, hominum colluvies, & tantis ſumptibus oneratur eccleſia ob rem peſtiferam etiam. Quæſo te, ut rationem in eas, quot pauperes de vita periclitantes poterant ali cantorum ſalariis? Cur hæc nobis ſola placent, quæ Paulus ceu parvulorum infantiam parciſſime vult adhiberi; imo quæ nullo pacto laturus fuerat?“

Ad eos redeamus, quibus minus fellis ineſt, nec minus tamen facundiæ, plus auctoritatis. „In muſicis (inquit Card. Sadoletus) ne longius a Muſis abeamus, in cantu vocum atque nervorum faſtidit hæc ætas noſtra,

noſtra, quem tamen ſuperior quæſivit, concentum ſtabilem, & gravem, plenumque auctoritatis. Modulos, neſcio quos, amamus, & frequentamenta, quibus conciditur minutim cantus, factusque diſſiliat, ac plena illa & ſonora vocum vis & poteſtas enervetur. Revocati præmiſſique ex inſperato numeri, colliſi durius ſoni, ſuſpenſa illico vox, & ubi minime exſpectes amputata, artis hodie medulla ſunt, plauſumque multitudinis conſequuntur. Vixit SADOLETUS, floruitque ſub LEONE X. ei pontifici aliquando ab epiſtolis; quo tempore muſicæ ſtatus non adeo depravatus eſſe viſus eſt. Rectius Card. BONA, ubi cap. 17. de divina pſalmodia hanc materiam de muſica verſat, de ſua ad noſtram propius accedente ætate eadem fere dicere potuit. Certe quæ SADOLETUS vituperat in muſica eius temporis, tantum abeſt, ut ſubſequentibus temporibus ſublata ſint, ut potius ad noſtram usque ætatem aucta eſſe videantur, in eo præcipue, quod laudatus Card. BONA ad finem paragraphi ſecundi deſiderat, *ut non totum animum ad ſui rapiat oblectationem, ſed eorum, quæ cantantur, ſenſui, & pietatis affectui maiorem relinquat portionem.* Laudato ſæpe *Wilh.* LINDANO viſum eſt, ſuo tempore inde contraxiſſe eccleſiam labem, *quod, quæ canantur paſſim, non tam ad populi intelligentiam erudiendam, quod priſcos utique ſpectaſſe indubitatum eſt, quam ad meram Dei optimi laudem quocunque modo celebrandam frequentantur;* ſed inde etiam eousque deviatum eſſe videri queat, quod delectationi aurium plus ſemper magis, maxime autem noſtra memoria, tribueretur. Id quod paſſim ac merito *Io. Bapt.* MARTINI queritur, quocum hiſtoriam muſicam amice diſpartitus ſum, ut ille profanam potiſſimum, qua late patet, ego eccleſiaſticam ſuſciperem. In illa autem aurium voluptas & oblectatio magis ferenda, minime vero in ſacra, ſpectata cumprimis miſera humani generis noſtri conditione; quod olim Pſaltes in populi *Iudaici* captivitate *Babylonica* dixit: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* *Pſalm. CXXXVI.*

Ad rem vero *Io. Bapt.* CASALIUS de *veter. ſacris chriſt. ritibus* abuſum cantus & muſicæ eccleſiaſticæ his verbis traduxit dicti pſalmi locum verſans: „Quod faciunt ſimiliter hi, qui ſacros hymnos, & pſalmos ita decantant, ut carnalem aurium voluptatem ſolum, aut præcipue quærant: quique audientium carnales aures delectare variis vocum inflexionibus ſatagunt. Cantica enim ſacra inſtituta ſunt ad mentem erigendam in Deum, & ſpiritum potius, quam corpus recreandum. Contra autem nonnulli ſunt, qui canticum *Babyloniæ* in domum Dei & ſanctam *Sion* inducunt; illi videlicet, qui verba ſacra modulis profanis ita veſtiunt, ut, qui audiunt, non tam verba conſiderent, quam profanam modulationem attendant.“ Demum vero caput illud hoc concludit voto ad

Deum, ut repudiata muſica theatrali, mollibusque & effeminatis cantoribus, de bene morata muſica inſtauranda talis aliquando ſanciatur lex, qualem IOANNES XXII. ſancivit: gravesque & civiles illi moduli, a quibus olim S. AUGUSTNUS in eccleſia *Mediolanenſi* ad fletum ſe adductum narrat, veluti poſtliminio in patriam ſuam redeant. Subdit tandem: „Utinam! Deus catholicis principibus talem mentem inſtillet; ita enim non eccleſiæ tantum dedecori, non morum tantum corruptelæ, ſed legum etiam imperiique mutationi, quam profecto (ſi PLATONI lib. IV. Politicorum credimus) novi mollesque cantus inducere ſolent, obviam ibitur." Periculum certe hoc propinquius eſt, quam vulgo exiſtimetur, perpendaturque apud nos Chriſtianos: dum applauditur a plerisque hodiernæ muſicæ, ad tantam perfectionem artis ſcilicet perductæ: „Nunc certe (ſunt verba MURATORII) ſtuporem ingerat muſicæ noſtræ in tanta varietate vocum ac inſtrumentorum conſonantia atque conſenſus. Liceat tamen dicere, nobis non eſſe tantum plaudendum ex huiusmodi inventis, hoc eſt, ex admirabili, ut putamus, muſicæ artis progreſſu, quin ſimul illius pravos effectus agnoſcamus; dum pro virili muſica mollem ac effeminatam regnare cernimus, quam *Græci* & *Romani* omnes cordati olim averſabantur: neque nos, ſi ſapimus, umquam laudabimus, quum inde mollities, & occulta corruptela morum in populos exurgat.

Antiq. Ital. medii ævi T. II. diſſert. XXIV. p. 359.

Dum in animum inducimus, quam ſevera olim fuerit cultiſſima *Græcorum* gens, in ſtatuendis, conſervandisque muſicæ νόμοις, ſeu legibus, merito nos Chriſtianos pudere debeat, in ſacra noſtra pro lubidine quodvis modulationum genus impune inferri; „Ut nec quisquam reperiatur, (utor *Io. Bapt.* DONII verbis ex profeſſo de præſtantia veteris muſicæ tractantis) qui effeminatum quemdam ac leviuſculum, qui iam paſſim invaluit, canendi modum ſevera lege cohibeat, nec affectata illa, prolixaque ac ſæpe hiulca meliſmata ad certam normam redigenda exiſtimet; aut dies ſolemnes, ædesque ſacras ſuam celebritatem ac frequentiam habituras putet, niſi mollioribus ac ſæpe parum decoris cantibus, magnaque vocum ac inſtrumentorum confuſione certatim omnia perſonent." a) Atqui in hoc

T. I. Opp. p. III.

a

a) Idem infra p. 172. de critica facultate muſica, quam ille aliter omnino accipit, quam veteres *hypercriticam*, recte agnoſcit, quantus hic ſeſe aperiat campus. „Nimirum (inquit) in tam effuſa licentia, & corruptela huius facultatis innumera pæne erant, quæ ad criticum tribunal vocari merebantur. Nam, ut omittam nimium crebra illa prolixaque meliſmata; eaque qualiacunque ſint, ubivis, ac promiſcue uſurpata, ut ſupra innuebam, confuſamque illam rhythmicorum temporum congeriem; organaque etiam cuiuscumque generis ſine ullo delectu in ſacris, publicis privatisque locis adhibita; carminaque vilia, & vulgaria paſſim ad melodiarum opus aſſumpta; imitationes mimicas, atque affectatas, aliaque ſexcenta, quæ hodiernam muſurgiam inficiunt, atque contaminant: quot quæſo, quantaque ſunt in ſacris argumentis, quæ cenſoriam exigunt virgam?" Utemur paſſim ſuis locis viri ſagaciſſimi auctoritate.

hoc paſſim pars ſolemnitatis feſtivalis collocatur, & in eccleſiam veluti ad theatrum ſpectatum convenitur. Quem abuſum reprehendit VAN-ESPEN, non ſecus ac paullo ante EVEILLON apud BENEDICTUM XIV. loquentem audivimus contra hodiernum populi concurſum ad eccleſias, ſive ſeculares, ſive regulares, in quibus ſciuntur divina officia muſice, variisque inſtrumentis muſicis ſolemniter decantanda: „ Nunquid enim (addit) ſi quis populum ſtantem attentius conſideret, non raro fateri cogetur, eum non ad oratorium, ſed ad theatrum; nec ad orandum, ſed ad ſpectandum conveniſſe? Quin & ſubinde fit, ut leves ac laſcivas vocum alternationes, & infractiones, ſive muſicam, non ſine cachinno, riſuque auſcultent; imo animo impuro & laſcivo excipiant: quod tunc contingere frequentius ſolet, ſi muſicæ, atque muſicalibus inſtrumentis voces ſonoræ muliebres accedant. Quare ſi in monaſteriis monialium muſica canatur, ſpecialiter invigilandum eſt earum directoribus, ne illa auditores ad laſciviam potius, quam ad pietatem & devotionem alliciat; ipſaque laſcivia frequentius iuventutem, quam devotum populum, ad eccleſiam invitet." *De horis canon. c. IV. §. 6.*

Recte vero obſervat Rev.mus FEYOO, compoſitores muſicæ habiliores alias, nihilominus pro muſica ſacra minus accommodatos eſſe, quod omnem in muſicam, cuius capax eſt, diffundant mollitiem. a) Non ideo tamen excludit a muſica omnem vivacitatem, & exultationem, ſed puerilem tantum & iocoſam. Agnoſcit etiam, muſicam poſſe eſſe optimam, ſimulque nobilem, gravem & magnificam, quæ excitet in auditore reverentiam & devotionem, ſicque lætificet, & delectet animum, ut ſuavem tranquillitatem illi inſinuet, recolligendo illum in ſeipſum, ſimulque elevando extra ſe ad divina. Id optimi quique ſibi propoſitum animo habuerunt compoſitores muſici, qui muſam ſuam rite Deo conſecrarunt. a

Quod

a) Queſti ſon quegli, che ſi ſervano di tutte le dellicatezze, delle quali é capace la muſica, ma diſpoſte, che formano nna melodia buffoneſca. Tutte le irregolaritá, che impiegano colle note falſe, or colle note accidentali, ſono introdotte con gratia, ma con una grazia molto differente da quella, che S. PAOLO ricercava foſſe nel cantico eccleſiaſtico ſerivendo á *Coloſſenſi*: *In gratia cantantes in cordibus veſtris Deo*; per che quella è una grazia ed un' armonia da giuoco, & da burla; perloche i muſici medeſimi chiaman ſcimiate que' paſaggi piu piacevoli, che incontrano in queſto genere di muſica; & queſta ſara lecita per il tempio? Paſſi pur via in buon' ora alla platea vel teatro, e alla ſala del ballo; ma nella caſa di Dio ſmorfie, paſſa galli, & giu ochetti? E non é queſto un empio abuſo, che s' impieghi al culto della divinita un errore tanto abominevole? Qual effeto fara mai queſta muſica in quei, che aſſiſtono a i Divini uffizi? I Suonatori medeſimi ſi danno ſconſciamente a ridere e a far geſti indecenti nel tempo, che ſi canta; ond'e facile a comprenderſi, e puo ciaſcuno vederlo a ſuo talento, quell'effetto che fa nell' udienza, tenendo la divertita con quei concerti burleſchi, che meglio diro ſconcerti, del tutto indecenti alla caſa di Dio. *Diſc. XIV. n. 18. p. 296.*

Quod faciendum omnino eſſet, ut ſcilicet compoſitores optimi non ſolum ſcientia muſica, ſed etiam moribus & vita religioſi, uni ſe muſicæ eccleſiaſticæ dederent, a foro & theatro alieni; ſecus enim fieri nequit, quin muſica exorbitet, dum petulans quisque ſtudioſus, qui aliquid talenti muſici habere videtur, aut ii, qui theatro operam dant, etiam modulationibus ſacris incumbunt. Animadvertit in ſæpe laudata epiſtola encyclica BENEDICTUS XIV., omnes, quotquot ſunt graves auctores, qui muſicam in eccleſia non damnant, theatrales tamen in muſica ſacra reprobare modulos. Et ſane quis eos tueri poſſit, omnium propemodum malorum in muſica ſacra ſcaturiginem noſtris temporibus, moribusque? „Si quis (commentatur in illum ſummi Pontificis locum RODOTA) ſincere in tanti momenti re ſecum agat, eamque attente conſideret, quam plurima ſtatim in uno peſſima vitia, & vitioſam deformitatem inſpiciet. Theatrales moduli ad pompam & oſtentationem compoſiti, cum ſe auribus inſinuant, animam in fraudem inducunt, & ad exitioſas cupiditates detorquent. Cantus harmonicus, qui ad inflammandos fidelium animos ad pietatem plurimum valet, abutentium malitia eo redactus eſt, ut mentis virtutem oblectamento vocis enervet, animique vigorem ſolvat. Cum præmolles modulationes, ad theatralem cantum flectentes, audieris, *Sirenarum* concentum, non hominum modulationem, eſſe putes."

Pag. 99.

Non eſt hic prætereundus, quem idem poſtea refert, *Antimi* LIBERATI locus de ingenti inſtrumentorum ſtrepitu, vocum clamore, ac boatu, quibus veluti claſſico omnia perſonant, præſertim in *Italia*: *Quei compoſitori à tempi noſtri ſono ſtimati ed applauditi per i piu valaroſi, che fanno piu ſtrepito e piu rumore di voci & di ſtromenti: che fanno ſentire nuovi modi ſregolati ſenza diſtinzione immaginabilé ne di chieſe, né di theatri, né di camera.* Ut adeo ſtilus eccleſiaſticus ſua corruptela ſeſe etiam ſupra theatralem efferat ad bellicos claſſicorum modulos. Iam ſuo tempore NAVARRO diſplicuerat miſceri „ſpirituali gravitati divini officii profanam quandam & levem in *Galliis* inventam cantilenam, iam nimis in *Hiſpaniis* receptam, qua fere ad vivum repræſentantur tumultus prælii cum ſonitu tympanorum, & tubarum, & toto ſtrepitu bellico. Nam licet (addit) hæc repræſentatio de ſe non ſit inhoneſta, & conviviis recreationique ſeculari ſit apta; inepta tamen valde eſt officiis divinis, quiete dicendis, & eorum fini, qui eſt, erigere animas & ſpiritus ad meditandum divina, & ad Deum ſuper omnia diligibilia diligendum, & peccatum mortiferum, quod nos ab eo ſeparat, ſuper omnia odibilia odio habendum: ad quæ parum promovet ſtrepitus ille bellicus, magis ferociens, quam

Pag. 132.

De orat. & horis canon. c. XVI. n. 43.

leniens

leniens animos." Adducit BENEDICTUS XIV. PALUDANUM theologum ſæc. XIV. eos reprehendentem, *qui canunt motteta in feſtis, quia cantus non debet eſſe tragœdicus.* Quæ tamen poſtea, remiſſo ſemper magis rigore vigoreque eccleſiaſtico, proprie ad eccleſiam pertinere exiſtimata ſunt mela; recteque, ſi cum hodiernis cantionibus comparentur, quæ promiſcue in theatris & choro eccleſiaſtico audiuntur, ex illis paſſim in eccleſiam traductæ.

Neque vero hic iam meta eſt, ſed dum faſtiditis mottetis atque obſoletis, cantiones illæ *cantate* ſucceſſerunt, quæ rite compoſitæ aptæ eſſe poſſint ad delectandum, movendum, docendumque ſervata verborum ſuo in contextu integritate; iam neſcio, quæ iterum confuſa tripudiis ac choreis apta muſica in ſacra adyta irrepit paullatim. Cantus vero planus, qui a choro *choralis*, ab eccleſia *eccleſiaſticus*, ac *Gregorianus* dicitur a S. GREGORIO M. *Romanæ* ſedis digniſſimo pontifice (unde in omnes Occidentalis eccleſiæ partes eſt delatus) a gentilibus, *Græcis*, *Romanis*que excultus, apud Chriſtianos ceu nimis ſimplex iam locum, quem tot ſæculis honeſtiſſime obtinuit, cedere in eccleſia iubetur eius generis muſicæ, quam a bonis quibusvis reprobatam hactenus audivimus. Agmen denique ſeu nubem hanc teſtium claudat homo nil minus, quam ſuperſtitioſus, *I. I.* ROUSSEAU, ſic effatus in ſuo lexico muſico V. *Plain-chant: C'eſt le nom, qu'on donne dans l'Egliſe Romaine au chant eccleſiaſtique. Ce chant, tel qu'il ſubſiſte encore aujourd'hui, eſt un reſte bien defiguré, mais bien precieux, de l'ancienne Muſique Grecque, la quelle, aprés avoir paſſé par les mains des barbares, n'á pû perdre encore toutes ſes premiéres beautes. Il lui en reſte aſſez pour etre de beaucoup prefereble, meme dans l'etat, ou il eſt actuelement, & pour l'uſage auquel il eſt deſtiné, a ces muſiques efféminées, & theatrales, ou mauſſades, & plates, qu'on y ſubſtitue en quelques Egliſes, ſans gravité, ſans gout, ſans convenance, & ſans reſpect pour le lieu, qu'on oſe ainſi profaner.*

XXIII. Iam ad nos redeamus, quasve nunc gravium doctorum teſtimonio oſtendimus muſicæ eccleſiaſticæ corruptelas ac mala, & quomodo ea e medio tollenda ſint, ac divino cultu digna inſtituenda muſica, etiam auctoritate eccleſiaſtica ſtatuamus ac roboremus, facto veluti quodam eorum, quæ ſparſim in hoc opere referuntur, ſpicilegio. Una occurrit ſynodus *Avenionenſis* an. 1594. in favorem quidem muſicæ, ſed eccleſia dignæ, & accommodatæ; eſt autem eiuscemodi: „Muſices numeros ad pietatis ſenſum promovendum ſalubriter adhibet eccleſia. Quapropter eius ſtudium in cunctis eccleſiis non ſolum permittimus, verum

Quædam ſynodorum decreta circa muſicam in divino officio.

 indies

indies augeſcere optamus. Ea tamen obſervatio habenda erit, ut non ad modulos profanarum cantionum tum pſalmi, tum cætera eccleſiaſtica occinantur." Ut vero rem altius repetamus, quod abuſum attinet muſicæ ſacræ, nihil quidem nunc ſingulare occurrit ex ſanctionibus conciliorum ſæculi XV. Meminimus vero lib. II. P. II. inter alia ſaluberrime ad divini officii cultum, decorem, & honeſtatem conſtituta, *Trutannos*, vagos ſcholares, ac *Goliardos*, ſacra noſtra contaminantes, eccleſia pelli iuſſos; nihilominus adhuc ineunte ſæculo XVI. contra eiusmodi hominum genus in conc. *Baſileenſi* an. 1503. tit. XXII. *de celebratione miſſæ* cum

T. VI. Conc. Germ. p. 21. hac rubrica: *Symbolum finiatur abſque melodia validorum mendicantium*, ita ſtatuere neceſſe fuit: „In miſſis, quæ ſub nota cantantur, ſymbolum *Nicænum* non obtruncetur, ſed integre, mature, & honeſte (præſertim in cathedrali noſtra & collegiatis eccleſiis) ad finem decantetur: omiſſa prorſus illa melodia, quæ more agreſtis & ſæcularis cantilenæ pſallitur: qua uti ſolent peregrini & trutanni ad ſanctum IACOBUM ambulantes." Concilium *Senonenſe* an. 1528. conſtituto recto pſalmodiæ modo, ſic præ-

T. XII. Conc. ed. Labb. p. 471. cipit: „Ut in eccleſiis ſint muſici cantus diſtincti ac diſcreti, moventes cor ad devotionem compunctionemque. Porro in eccleſiis prætextu muſici cantus non ſunt audiendæ publicæ cantilenæ & laſcivæ. Neque enim, inquit HIERONYMUS, in tragœdarum modum guttur & fauces medicamine ſunt leniendæ, ne dum blanda vox quæritur, congrua vita negligatur. Nam ut cantor miniſter Deum moribus ſtimulat, cum populum vocibus delectat; ita laſcivus animus dum laſcivioribus delectatur modis, eos ſæpe audiens emollitur & frangitur. Curent ergo ſacerdotes & clerici ſic cantus ſuos inſtituere, ut modeſta honeſtaque pſallendi gravitate, placidaque & grata modulatione, ſic audientium aures deliniant, ut provocent, excitentque ad devotionem compunctionemque, non ad laſciviam, cordisque aut animi titillationem." Quæ porro adduntur de organorum uſu, neve organicis inſtrumentis reſonet in eccleſia impudica aut laſciva melodia, ſed ſonus omnino dulcis, qui nil præter hymnos divinos & cantica ſpiritualia repræſentet, antea retulimus.

Breviter ac generatim in ſtatutis diœceſis *Pragenſis* an. 1565. ſanci-

T. VII. Conc. Germ. p. 29. tur: *Inter miſſarum ſolemnia muſica qualiscunque nihil laſcivum ſonet, aut petulans.* Concilium provinciale *Cameracenſe* eiusdem anni varia ita di-

Ibid. p. 103. ſtinguit tit. VI. c. 3. „Quoniam vero in his quædam ad doctrinam pertinent, & eruditionem fidelium, ut epiſtola, evangelium, ſymbolum: quædam ad laudes, quædam ad preces; ſtatuit ſancta ſynodus, ut quæ ad eruditionem leguntur, aut canuntur, ita legantur & canantur, ut præſentes diſtincte exaudire ſingula verba poſſint. Quare in ſymbolo canendo placet,

placet, non organa, nec muſicam adhiberi: niſi ſit ſimplex, ac talis, ut ſingula verba ſine repetitione poſſint intelligi. Quæ vero ad laudes pertinent; ut ſunt hymni *Gloria in excelſis*, *Sanctus*; in his muſica locum habeat: ſed nec laſciva, nec choreis potius, quam choro congruens, ſed gravis ac movens pios affectus. Quæ vero in miſſis ad preces referuntur, ea, ſive legantur, ſive canantur, ſic fiant, ut affectus deprecantis potius, quam exultantis lætitia demonſtretur. Id autem curent epiſcopi in ſua quisque eccleſia, aut dioeceſi.“ Concilium alterum *Cameracenſe* an. 1631. hæc ſaltem repetit verba: *neque illa muſica in eccleſiis admittatur, quæ choreis potius, quam choro congruat.* (T. IX. Conc. Germ. p. 542.) Integrum vero decretum illud in conſtitutiones ſynodales dioeceſis noſtræ *Conſtantienſis* ſequentis anni 1567. eſt tranſumtum. Et an. 1570. ſynodus *Namurcenſis* ad idem illud provocat his verbis: *Quæ in ſynodo provinciali Cameracenſi de muſica, & organorum uſu pro obſervatione decreti ſacri concilii Tridentini ſunt conſtituta, ubique volumus obſervari.* (Ibid. p. 636.) Synodalia autem ſtatuta *Auguſtana* ita habent an. 1567. „Organorum uſus multis in locis eſt immodicus, atque corrigendus, ne ſacras preces, & audientium pietatem impediat laſciva modulatio, neve muſica intempeſtiva, quæ neque ſimplex, neque gravis videatur, turpes vel profanas cantiones referens, effeminatos potius demulceat, quam pios animos poſcat. Nec decet ſacros hymnos, ut ſunt *Gloria in excelſis*, Præfatio, *Sanctus*, *Agnus*, abrumpi, vel aliis canticis, aut modulationibus impediri, quin minus integre exaudiantur.“ (T. VII Conc. Germ. p. 164.)

Graviſſima eſt præcipuæ in *Hiſpania* ſedis provinciæque *Toletanæ* an. 1566. in concilium coactæ, ſententia in hæc verba: (Conc. ed. Labb. T. XV. p. 775.) „Cum ea, quæ in eccleſiis cantantur ad Dei laudem celebrandam, eo debeant cantari modo, quo populi intelligentia, quantum fieri poſſit, erudiri valeat; & religioſa pietatis ac devotionis moderatione piorum auditorum mentes ad divinæ Maieſtatis cultum, & cœleſtia deſideria excitari queant: caveant epiſcopi, ne dum in chorum muſicorum modulos, vocum omnis generis diſcrimine confuſos, admittunt, pſalmorum & aliorum, quæ cantari ſolent, verba obſcurentur, ac ſimul ſtrepitu incondito ſenſus ſepeliatur: ſic denique muſicam, quæ organica dicitur, retineant, ut eorum, quæ cantantur, verba & intelligi poſſint, & potius pronuntiatione, quam curioſis modulis, audientium animi divinis laudibus afficiantur. Sed & illud maxime cavendum erit, ne ipſius muſicæ ſonus quid theatrale, aut impudicos amorum bellorumque claſſicos modulos referat, in Dei laudibus decantandis imitetur.“ Concilium *Burdigalenſe* an. 1583. decernit: (Ibid. p. 950.) „Ab organis & omni eccleſiaſtico cantu quævis muſica, laſcivum quid-

 piam

piam & vulgares cantilenas, aut levitatem ſimilesque ineptias referens, omnino arceatur; ſit gravis ubique, ſit & divinis laudibus accommodata, ut ea circumſtantium fidelium animi ad maiorem pietatem, devotionem, ac religionem ardeſcant. In Symbolo & paſſione Domini nulla penitus adhibeantur organa, neque etiam muſica, niſi admodum ſimplex, & fuſa, quæque talis ſit, ut ſingula verba intelligantur." Concilium *Bituricenſe* an. 1584. ſic ſtatuit tit. XII. c. 1. „Sit ergo cantus religioſus & modeſtus, & muſica tempori conveniens, quæ vocum ſonum & intelligentiam non impediat, præſertim in ſymbolo apoſtolico, cantu angelico, & evangelio paſſionis Domini; vitentur repetitiones vocum & ſyllabarum ſupervacaneæ. Cantus funebris & quadrageſimæ ſit gravis, tempori & rei conveniens." Concilium *Mechlinienſe* an. 1607. laſciviente indies magis muſica, vult, ut „gravis tantum, & quæ pios motus moveat, muſica officio divino adhibeatur, non etiam laſciva vel ſæcularis. Similiter & organa, & quæcumque inſtrumenta muſica tam in proceſſionibus, quam in eccleſiis, modulatione ſua laſcivas cantiones non imitentur, nec Præfationem aut orationem Dominicam in Miſſa abſumant." In ſynodo noſtra diœceſana *Conſtantienſi* an. 1609. hoc breviter ſtatuitur tit. XX. n. 19. *Ad divina officia ita cantus muſicus, & organa adhibeantur, ne devotionem impediant, aut audientium animos potius ad tripudium excitent.* Prætereo alias huiusmodi ſynodos frequentius ſæculo præterito celebratas. Ex noſtro hoc ſæculo non eſt, quod iis addam, niſi quæ Benedictus XIV. ad officium epiſcopi pertinere mox in ingreſſu capitis ſeptimi lib. XI. de ſynodo diœceſana ſciſcit: „Ut ſynodalibus decretis eccleſiaſticæ muſicæ rationem, quatenus in diœceſi ſua opus eſſe cognoverit, ad certas regulas exigat, atque componat; ut corda fidelium ad pietatem excitet; non aures ſolas, ſicut in theatris, inani voluptate demulceat.

T. XV. Conc. ed. Labb. pag. 1080.

Ib. p. 1553.

Quid in Concilio Trident. de muſica actitatum ſit.

XXIV. In concilio *Tridentino* deliberatum, tractatumque de muſica eccleſiaſtica fuiſſe, conſtat equidem, ſed circa eam, quæ circumfertur opinio, aliquid eſt ediſſerendum. Pervulgatum eſt, in conc. *Trid.* ſub Marcello II. actum fuiſſe de abroganda muſica. Benedictus XIV. in ſæpius iam laudata epiſtola encyclica id legi teſtatur: in operis autem celebris de ſynodo diœceſana editione noviſſima *Romana*, ab ipſo auctore iam pontifice curata, nihil de Marcello P. id vero tantum narratur, quod in concilo *Tridentino* a quibusdam epiſcopis, eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudioſis, propoſitum fuerit, ut cantus muſicus ab eccleſiis omnino tolleretur, nec niſi *Gregorianus* canendi modus in ipſis retineretur: cum tamen

Lib. XI. c. 7. n. 6.

alii

alii recte animadvertiſſent, per huiusmodi novitatem innumeris querelis atque perturbationibus aditum apertum iri, hoc denique conſilium captum fuiſſe, non ut muſici cantus in eccleſiis prohiberentur; ſed ut, certis propoſitis regulis, ad pietatis & gravitatis normam reformarentur. Nullam hic, ut diximus, MARCELLI II. facit mentionem, nec quidem etiam IOANNIS *Petri Aloyſii de Paleſtrina*, ſeu *Præneſtini*, de quo in laudata epiſtola encyclica & paſſim apud auctores memoratur, quod Miſſa ab eo ad gravem modeſtamque modulationem compoſita, ac cantari curata, pontificis mentem, ſententiamque concilii de abroganda muſica permutaverit.

De MARCELLO II. rem ceu aſſertam ſumit *Io. Bapt.* DONIUS ad finem libri I. *de præſtantia muſ. vet.* inceſſens ſuæ ætatis, poſt elapſum ſcilicet fere a tempore Conc. *Tridentini* ſæculum, muſicæ ſacræ depravationem. „Quam muſicorum licentiam (addit) cum reprimere, ac reſecare iuxta ſacri Concilii ſententiam MARCELLUS II. ſapientiſſimus pontifex ſtatuiſſet, neſcio quomodo unius muſici aſtutia imponi ſibi paſſus eſt, tantique facinoris gloriam de manibus eripi. *Ioſephus* SUARESIUS autem lib. II. *Præneſtes antiquæ*, ex *Lælii* GUIDICCIONI epiſtola, ad ſe *Roma* XVII. Kal. *Febr.* an. 1637. data, refert, *Tridentinis* Patribus convenientibus ea de cauſa, *Carpenſis* Legati iuſſu partes muſicas ſuſtinentis, *Præneſtinum* transmiſiſſe *Tridentum* modulos, quibus Patrum ſit immutata ſententia: „Dulcibus enim (ait) auditis conquiſitiſſimæ & æqualibus harmoniæ ſonis, ſtatim ſententiæ in contrarium mutantur, decretum reſcinditur, res muſica coaleſcit, & *Præneſtino* ſemine per chriſtianum orbem (*Benedictini* etiam ordinis monaſteria) mirifice propagatur." Neque hic aliquid de MARCELLO II. occurrit, qui electus in pontificem nono *Aprilis* anni 1555. trigeſimo die eiusdem menſis & anni diem ſuum obiit. Quid? quod ea de re ſerius in concilio *Tridentino* actum fuiſſe, ex PALLAVICINI narratione colligitur, qui ad an. 1563. FERDINANDI Cæſaris epiſtolæ meminit, qua inter cætera ad concilii Patres detulit: *ubi in templis interdicebatur mollior harmonia, ne cantio, quam figuratam appellant, excluderetur, cum ſæpe ſenſum pietatis excitet.* Eam ob rem recte GRANCOLAS *Commentar. hiſt. in Breviar. Rom.* lib. I. FERDINANDUM Imp. interceſſiſſe perhibet, ne Patres *Tridentini* muſicam e templis exturbarent.

T. I. Opp. p. 111.

Hiſt. Conc. Trident. lib. XXII. c. 5. n. 15.

Melius autem tota res geſta ad tempora PII IV. revocatur, quam *Lud.* GRESSOLIUS in *myſtagogo* probabiliori fide ſic enarrat: „Cum enim temporibus ſuis animadvertiſſet, in ædium ſacrarum cantu atque ſymphonia nihil prope aliud eſſe, niſi quasdam murmurationes delicatas, & frequentamenta inania vocularum, e quibus fructus ad pietatem nullus colligere-

Lib. III.

ligeretur; *Tridenti* in concilio orbis terræ proponere conſtituerat, de muſica e ſacris templis eiicienda. Iamque de negotio in ſermone familiari cum purpuratis Patribus & aliis illuſtribus hierarchis egerat. Quod eius conſilium cum IOANNES *Prænestinus* reſciviſſet, qui choro ſummi pontificis & muſicæ præerat, ut ingenio fuit artificioque nobilis, promte Miſſas ea temperatione compoſuit, ut detractis illis velut cincinnis modulisque vocum ſuavibus, quibus antea ſolæ aures capiebantur, & retineretur ſymphonia, & verba omnia plane & liquido intelligerentur. Illas vero cum pontifex audiviſſet, & videret utilitatem, quæ percipi poteſt e divinis rebus, quæ canuntur, intellectis, cum ſuavitate poſſe coniungi: voluntatem illam abiecit, & putavit, non tam eſſe de muſica tollenda cogitandum, quam de adhibenda moderatione. Rem narravit ipſe *Præneſtinus* cuidam e Patribus noſtræ ſocietatis, a quo ego accepi.“ Laudat admiraturque hanc Miſſam *Præneſtini* PETRUS de *Valle* in diſſertatione inter opera *I. Bapt.* DONII *della muſica dell'eta noſtra &c.* his verbis: *Quanto alle compoſizioni eccleſiaſtice, gia che ſono entrato a regionarne, ammiro ancor' io quella famoſa meſſa del Paleſtrina, che tanto piace a V. S. e che fu cagione, che il concilio di Trento non bandiſſe la muſica dalle chieſe.* RODOTA commentario in encyclicam BENEDICTI XIV. p. 95. perhibet, Miſſam *Præneſtini* typis impreſſam PAULO IV. inſcriptam fuiſſe; qui tamen PII IV. anteceſſor fuit. Inter Miſſas *Præneſtini*, typis impreſſas, eſt, quæ MARCELLI nomine inſignitur, eaque communiter creditur illa miſſa eſſe, quæ muſicam ſervavit. Atque hinc etiam forte perſuaſio ac opinio eſt enata, quod res ſub MARCELLO contigerit. Notandum vero ad conciliandas huiusmodi contradictiones, fuiſſe in manibus meis typis impreſſam Miſſam *Præneſtini* ad quatuor voces, ſeu quadricinium, compoſitam; *Viennæ* vero in armario muſico Cæſareo ſervari eandem Miſſam ſex vocibus redditam, quam adeo ſub MARCELLO II. aut PAULO IV. ceptam reſumſerit, retractaveritque amplioribus modulis, maioreque perfectione *Præneſtinus.* Paucis vero & circumſpectis verbis concilii *Tridentini* Patres rem attigerunt, imo nec attingerunt etiam, quod propoſitum erat caput de muſica, quam proprie ſic dicimus figuratam, & inſtrumentalem: reque, ut de præconcepta ſententia non receſſiſſe animo, aut præiudicaſſe aliquid videantur, in medio relicta, tantum *ab eccleſiis muſicas, ubi ſive organo, ſive cantu laſcivum, aut impurum aliquid miſceatur*, arcendas iubent Patres, *ut domus Dei vere domus orationis eſſe videatur, ac dici poſſit.*

T. II. p. 260.

XXV.

XXV. Obverſabantur tunc circumſtantiæ, erantque rationes illæ, quando de decreto pro univerſa eccleſia agebatur, longe graviores, quam excuſſa & ponderata illa nuper a BENEDICTO XIV. de cantoribus eunuchis momenta, an conſultum foret ab epiſcopis in ſynodis ſuis eos exturbare, univerſimque de muſica, & inſtrumentis muſicalibus in eccleſia tolerandis, vel prohibendis aliquid definire. Suis locis afferimus, quæ BENEDICTUS XIII. in ſynodo *Romana* an. 1725. ſanxit circa muſicam; tum etiam variis decretis alii Pontifices, imprimis vero BENEDICTUS XIV. in ſæpiſſime laudata epiſtola encyclica an. 1749; quam formam modumque præſcripſerit ſervandam *Italiæ* peculiariter, ac ſtatus ſui eccleſiis. Eoque pertinet ALEXANDRI VII. conſtitutio an. 1657. cuius hoc eſt exordium. „Piæ ſolicitudinis ſtudio ducimur, ut eccleſiarum divinis laudibus, & orationi deſtinatarum, ac oratoriorum almæ urbis noſtræ, ex qua in omnes orbis partes bonorum operum exempla promanant, decori & reverentiæ conſulere ſatagentes, quæcunque vana, & præſertim muſicos concentus, & ſymphonias, quibus quid indecorum, ſive a ritu eccleſiaſtico alienum, non ſine divinæ Maieſtatis offenſa, & Chriſtifidelium ſcandalo, ac devotionis & cordium ad ſupernæ elevationis impedimento admiſcetur, ab illis procul arceamus &c." De confraternitate artis muſicæ *Romæ* ſuperiore ſæculo inſtituta, dicemus poſtea: ſcriptoribus vero de re muſica adiungemus conſtitutiones capellæ pontificiæ, quæ ſtatim initio produnt, quanta cura tam de moribus & vita, quam etiam de ſcientia muſica examen ſit inſtituendum. Quædam quoad organum ex ceremoniali epiſcoporum iam retulimus, nec alia inſtrumenta muſica addi vult: a cantoribus autem & muſicis obſervandum, *ne vocum harmonia, quæ ad pietatem augendam ordinata eſt, aliquid levitatis aut laſciviæ præſeferat, ac potius audientium animos a rei divinæ contemplatione avocet; ſed ſit devota, diſtincta & intelligibilis.*

Et a Romanis Pontificibus.

De Synodo diœceſ. lib. XI. c. 7.

T. VI. Bullar. magn. p. 54.

L. I. c. 28.

XXVI. Sparſim in conciliorum ſanctionibus aliquæ etiam exceptiones leguntur, quibusdam anni temporibus, ac feſtis diebus faciendæ. In concilio *Romano* anni 1725. iam citato BENEDICTUS XIII. ulterius prohibendum duxit „ne in Miſſis defunctorum, diebusque Adventus, & Quadrageſimæ, feſtis duntaxat exceptis, organa pulſentur; nec aliud quodvis muſicum inſtrumentum adhibeatur: quo tempore, Dominica ſcilicet Adventus tertia, dicta *Gaudete*, & Quadrageſimæ quarta, nuncupata *Lætare*, pulſari organa permittuntur in Miſſa tantummodo conventuali." In ceremoniali epiſcoporum, idem dum cavetur, præmittitur: „In omnibus Dominicis, & omnibus feſtis per annum occurrentibus, in quibus po-

Pro temporum & feſtorum ratione cautiones circa muſicam.

Lib. I. c. 27.

puli a ſervilibus operibus abſtinere ſolent, decet in eccleſia organum, & muſicorum cantus adhiberi." In conſtitutionibus ſynodalibus eccleſiæ *Ruræmundenſis* an. 1570. tit. IV. 15. feſta quædam recenſentur, *quæ uſque ad prandium inviolabiliter cum ſummo ſacro, ſolenni cantu, organis & concione* præcipiuntur *omnibus obſervanda.* In citato ceremoniali epiſcoporum porro legitur: *In miſſis, & officiis defunctorum, nec organo, nec muſica, quam figuratam vocant, utimur, ſed cantu firmo, quem etiam in tempore Adventus, & Quadrageſimæ in ferialibus adhiberi convenit.* In ordine *Romano*, auctore *Paride* Crasso a Dominica quinta Quadrageſimæ *de Paſſione* præſcribitur apud Martenium: *Chorus non cantat cantum figuratum uſque ad Paſcha, niſi in die Iovis ſanctæ hebdomadæ.*

T. VII. Conc. Germ. p. 667.

De ant. eccl. diſc. p. 603. & T. III. de rit. eccl. p. 614.

Præcipue tempore Paſſionis, *De horis canon. c. XVI. n. 53.*

Dum notat Navarrus, ſuo ævo pſalmos laudum tridui ante paſcha nimia feſtinatione cantari ſolitos addit: „Quod contingere vidi, eoquod cantores nimiam moram, quam fecerant cantando lamentationes Hieremiæ, & reſponſoria earum moroſiſſime modulantes in primo nocturno, nimia pſalmorum laudum cantus brevitate compenſare voluerunt." Quid diceret, ſi audiret, quid hodie audeatur circa has lamentationes ſuaves auribus reddendas, adhibitis etiam inſtrumentis muſicis, cuiusmodi per annum nunquam in eccleſia audiuntur? Auctor hiſtoriæ de muſica & eius effectibus multa hic apud ſuos reprehendit, tum circa lamentationes, cum etiam paſſionem Domini in die paraſceves alicubi *Pariſiis* muſice cantari ſolitam; uti etiam in *Hiſpania Hier.* Feyoo a Benedicto XIV. citatus in ſæpe laudata epiſtola encyclica: qui præterea in medium profert, quid Pius V. prædeceſſor ad epiſcopum *Lucenſem* iam an. 1571. reſcripſerit, cum non ſine magno animi dolore intellexiſſet, in illa civitate „abuſum quemdam valde deteſtabilem (ſunt pontificis verba) irrepſiſſe, exquiſitiſſimas omnis vocum inſtrumentorumque generis muſicas in eccleſiis per hebdomadam ſanctam adhibendi; ad quas potius, quam ad divina officia audienda, omni utriusque ſexus iuventute magna frequentia cupidiſſime confluente, gravia peccata, nec minora ſcandala committi, experientia comprobatum eſt."

T. IV. p. 87.

Riſus paſchalis.

Idem Pius V. ut hoc obiter notem, in decretali, quæ habetur in ſeptimo, *de celebrat. Miſſar.* c. 2. inter alios abuſus contra divini cultus religionem & decorem, notat etiam riſum in templis immoderatum, qui tamen paſſim veluti ex condicto concitari ſolet variis fabulis & iocularibus verbis, proximis poſt paſcha feriis, unde etiam riſus ſeu fabula paſchalis vulgo appellatur, *das Oſtermährlein*, oder *Gelächter.* Quamobrem falſe ab adverſariis ridemur. Vid *Io. Petr.* Schmidt in program. paſch. *Roſtochii* a. 1747. Statutis concilii

pro-

provincialis *Andegavenſis* an. 1448. abuſus tollitur quarundam *Turonenſis* provinciæ eccleſiarum turpis: „Quod in craſtino paſchæ clerici eccleſiarum & alii ad domos adiacentes accedant, & alias cameras intrent, iacentes in lectis & nudos penitus ducant per vicos & plateas ad ipſas eccleſias, & non ſine magno clamore, & alibi aquam ſuper ipſos proiiciant, ex quibus ſequitur divini ſervitii perturbatio &c." Pace tamen mea, exceptionem quis faciat, riſum & clamores non eſſe ad muſicam referendos. *T. XIII. Conc. ed. Labb. pag.* 1353.

XXVII. Spectacula ſeu ludos, quos ab eccleſia iam proſcriptos obſervavimus libro & ætate ſuperiore, medii ſcilicet ævi, Concilium *Baſileenſe* adoleſcente ſæculo XV. varios velut in globo reprobavit, nempe „turpem illum abuſum, in quibusdam frequentatum eccleſiis, quo certis anni celebritatibus nonnulli cum mitra, baculo, ac veſtibus pontificalibus more epiſcoporum benedicunt, alii ut reges ac duces induti, quod feſtum fatuorum vel Innocentum, ſeu puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur; alii larvales & theatrales iocos, alii choreas & tripudia marium ac mulierum facientes homines ad ſpectacula & cachinnationes movent, alii comeſſationes & convivia ibidem præparant." Quæ ad verbum repetuntur in concilio *Eyſtattenſi* an. 1447 *Senonenſi* an. 1485. ut tamen aliquid indulgeat. Concilium *Rothomagenſe* an. 1445. paucis prohibet *ludos, qui fatuorum vulgariter nuncupantur, cum larvatis faciebus, & alias, inhoneſte fieri in eccleſiis aut cœmiteriis; cum tales ludi honeſtatem eccleſiaſticam deturpent.* Ex concilio *Toletano* an. 1473. palam fit, ludos illos, qui frequentiores fuerunt feſtis proximis natali Domini, in *Hiſpania* quoque obtinuiſſe, ut videlicet in feſtis Nativitatis Domini Iesu Chriſti, & ſanctorum Stephani, Ioannis & *Innocentium*, aliisque certis diebus feſtivis, etiam in ſolennitatibus miſſarum, „dum divina aguntur, ludi theatrales, larvæ, monſtra, ſpectacula, nec non quam plurima in honeſta & diverſa figmenta in eccleſiis introducuntur, tumultuationes quoque & turpia carmina, & deriſorii ſermones dicuntur, adeo, quod divinum officium impediunt, & populum reddunt indevotum." Concilium *Senonenſe* an. 1528. cum feſto fatuorum aut innocentium prohibet præterea ſpeciatim: „Ne hiſtriones aut mimi intrent eccleſiam ad pulſandum tympano, cithara, aut alio inſtrumento muſicali: neque in eccleſia, aut iuxta eccleſiam ſuis pulſent inſtrumentis." In concilio *Narbonenſi* anni 1551. præſcribitur, „ne in templis, cum aliqui dies feſti coluntur, vel alio tempore ſpectacula (quibus ſtultorum, puerorumque animi ſolent delectari) artes ludicræ, cantilenæ ſæculares, ſtrepitus a clericis vel laicis, neque alia huiusmodi fiant, quibus a religione populus revocatur, & in cachin-

Contra ſpectacula ac ludos ſynodorum ſtatuta, *T. XII. Conc. ed. Labb. p.* 555. *T. V. Conc. Germ. pag.* 382. *T. XIII. Conc. ed. Labb. pag.* 1728. *T. XIII. ed. Labb. p.* 1304. *Ib. p.* 1460. *Ib. T. XIV. p.* 471. *Ib. T. XV. p.* 26.

Ib. T. XV. p. 826. cachinnationes immodicosque riſus ſolvitur.“ *Rothomagenſe* an. 1581. iterum prohibet, *ne in eccleſiis cathedralibus, aut aliis, pueri, aut alii quicunque in feſto* SS. INNOCENTUM *theatralia, aut ridicula exerceant.*

Qui tamen in Germania rariores. In *Germania* noſtra haud videtur opus fuiſſe poſteriore hac ætate tot ſtatutis, inhærente antiquioribus canonibus decretoque INNOCENTII III. cap. *Cum decorem.* de vita & honeſt. cler. ad quod provocat concilium *Colonienſe* an. 1536. *T. VI. Conc. Germ. p. 265.* *Olim theatrales quoque ludi, & larvarum ludibria inferebantur* (templis) *peſſimo quidem exemplo, adeo ut proviſione canonica, qua is deterrimus abuſus aboleretur, opus fuerit: quem ex noſtris diœceſibus iam, ut ſperamus, eiectum gaudemus.* Paullo poſt tamen notatur abuſus in anniverſariis epiſcoporum, qui ad præſens pertinet argumentum: „Dum vigiliæ in anniverſariis epiſcoporum in ſummo noſtro templo convenientibus illuc collegiis perſolvuntur, inconcinnus, atque adeo ſpecie ipſa non ſatis pius ac devotus cantus editur. Quare nobis viſum eſt expedientius, ut collegia ſingula in ſuis templis vigilias haſce devote abſolvant, dein eccleſiam noſtram maiorem ad ſacrum tantum accedant, illic tantiſper facturi moram, donec id compleatur, ſingulis interim animum ad Deum ac pias precationes converſuris.“ Spectacula vero illa quod attinet, poſt integrum, & quod accedit, ſæculum decreta ſynodalia in concilio *Colonienſi* archidiœceſano an. 1651. promulgata declarant, necdum prorſus obliterata ſubſtitiſſe in aliis ludis puerilibus, quorum etiamnum veſtigia apud nos reperiuntur. *Ib. T. IX. p. 739.* Nempe *abolitum prorſus eſſe volunt* (*ſi vel ex parte aliqua alicubi in uſu adhuc ſit*) *feſtum hypodiaconorum, quod ſtultorum vocant, omneſque nugas, levitates, & abuſus, qui hoc nomine in ullam civitatis & archidiœceſis noſtræ eccleſiam irrepſerunt, antiquamus. Conſuetudinem quoque, ſeu potius deteſtabilem corruptelam, qua pueri die S.* NICOLAI *uſque ad feſtum SS. Innocentium perſonatum epiſcopum ſuum colunt, cum ea puerilibus levitatibus & ineptiis plena ceperit eſſe &c.* Prohibetur inſuper, *ne clerus ſe pueris die SS. Innocentium ſubmittat, ac eorum locum occupet, & functiones in divinis officiis obeat, neque perſonatus epiſcopus benedictiones aliquas faciat, aliique pueri in cantandis horariis precibus, lectionibus, & collectis, ſacerdotum, diaconorum, aut ſubdiaconorum officia quædam uſurpent; ne ſe puerilis ætatis epiſcopus die, quo eligitur, vel munere ſuo defungitur, ad ſe oſtentandum, vel colligendam pecuniam, mitratus, baculo & ornamentis cæteris pontificalibus decoratus, cum perſonatis aliquot militibus per plateas equitet &c. Similiter graviſſimis ſub pœnis vetamus abuſum illum, quo in pluribus noſtræ archidiœceſis eccleſiis parochialibus, Fauni potius & Satyri, quam ſinceri catholici ſub ſpecie ſpargendorum inter cantillantes pueros ſcholares*

lares in ſecundis veſperis Natalis Domini bellariorum in magna quantitate poma, pira, & in eorum defectum alios ſilveſtres fructus in domum Dei inferunt &c. Poſt alia nonnulla eiusmodi proſcripta ludicra demum etiam cavetur, ut *extra gymnaſia ſeu ſcholas, aut ſodalitatum oratoria, nullæ impoſterum comœdiæ, tragœdiæ, hiſtoriæ ludique, ſcenæ, eiusque generis actiones, tempore ſacro, maxime hebdomadæ ſanctæ diebus, exhibeantur.* Taceo, quæ addunt de ſæcularium ſpectaculis, ſcenis & ludis. Quo etiam pertinet ſtatutum ſynodi *Audomarenſis* anni 1583. quod, cum alio *T. VII. Conc. Germ.* etiam nomine huius ſit loci, exſcribimus: „Ludi theatrales, ne vel hære- *p. 944.* ſim ſapiant, quod pias aures queat offendere, nolumus populo exhiberi, niſi per nos, aut vicarios noſtros viſos & approbatos, impetrataque a nobis expreſſa eos exhibendi licentia: quam nec dabimus, niſi delegato aliquo, qui loco noſtro ludis interſit, ſcriptorum ludorum exemplar inſpiciat, obſervetque, nihilne aliter exprimatur, aut exhibeatur, quam probatum ſit. Porro viſitationi & probationi huiusmodi cum ludicrorum theatralium, tum rhythmorum, & cantilenarum, Decani, neque extra viſitationem, ſe immiſceant, atque multo minus paſtores, aut ſacellani, niſi a nobis ſpecialiter deputati.“

XXVIII. Invigilavit etiam ſemper ſolers paſtorum eccleſiæ cura, ut Nec non reliquiæ illæ, quas ex paganiſmo reſiduas iam primo huius operis libro choreæ, deſcripſimus, aut quæ etiam ætate ſequiore gliſcere ceperunt (quas inter, præter ludos, de quibus diximus, cenſentur choreæ, ſacro quodam prætextu fieri ſolitæ) eliminarentur a ſacris noſtris, cultu officii divini publico, ac feſtis diebus, tum a clericis, cum reliquo etiam chriſtiano populo. Huc pertinet, quod in concilio *Pariſienſi* anno 1429. prohibetur *T. XII. Conc.* clericis, „ne de cætero facere præſumant deriſorios & inhoneſtos ludos, *ed. Labb. pag.* quos in feſtis Sanctorum quidam ex ipſis facere conſueverunt; præcipue *393.* autem a ſupra dictis ludis, & aliis quibuscunque irriſibus, choreis & cantilenis abſtineant, cum divinum celebratur officium; cum Deo noſtro ſatis non valeamus deſervire, cui nec angeli famulari ſufficiunt, nec eius magnitudinem valet ambitus cœlorum comprehendere.“

Spectat huc pariter concilii *Cameracenſis* ſanctio an. 1565. c. 11. In Primitiis, Nihil indecentius, irreligioſiusque erat, quam quod ipſi ſacerdotes pri- *Ib. T. XV.* mum, quod ſolemni celebritate Deo litabant ſacrificium incruentum, *p. 159.* ſic contaminarent. Et tamen cauſa fuit, nec hodie forte ſatis ubique ſublata, ut in ſtatutis ſynodalibus abuſus eiuscemodi & ſcandala tollerentur. Sic in Synodalibus Ioannes epiſcopus *Ratisbonenſis* an. 1512. *T. VI. Conc.* editis: „Sane dudum (inquit) ad nos multorum veridica relatione per- *Germ. p. 95.*

 venit,

venit, qualiter tranſactis temporibus nonnulli in presbyteros noviter ordinati, in decantationibus ſeu celebrationibus ſuarum primarum Miſſarum, quas primitias vocant, more ſæcularium nuptiarum convivia & comeſſationes ſuperfluas præparaverint, turbamque tam cognatorum, quam aliorum utriusque ſexus hominum ad convivia huiuscemodi invitaverint, in popinas receperint, choreas duci, ſtrepitum cum inſtrumentis muſicalibus, & plura alia, quæ in dictis ſæcularibus nuptiis vix licite admittuntur, fieri & exerceri permiſerint: quæ omnia & ſingula presbyteros ipſos a devotione, quam in prima celebratione maiorem habere præſumuntur, magis diſtrahunt, quam conducunt; nos igitur abuſiones huiusmodi tollere, ipſosque ſic celebrantes a menſarum curis abſolutos eſſe cupientes &c. "

Et dedicationis anniverſariis. Vix frequentius etiamnum, enormiusque fiunt huiusmodi mala, quam in ſolemnitate ſeu commemoratione anniverſaria dedicationis templorum: „Quare, (ut habetur in decretis ſynodi diœceſanæ *Argentin.* an. 1549.) comeſſationis compotandique ſtudium & frequentiam, aliaque profana, & Chriſtianis indigna, & inconvenientia, ut mercatus publicos, tripudia, ſaltus impudicos, ludosque uſurarios, & id genus alia, quibus Deus graviter & offenditur, & irridetur, interdicimus &c." Generatim vero, „quia ipſis in templis in maximum chriſtiani nominis dedecus, & rei ſacræ contemtum, ducuntur choreæ, fiunt ſaltationes, aliaque tripudiorum & ludibriorum genera, voluit concilium (*Narbonenſe* anno 1551. can. 47.) hæc radicitus extirpari, ut poſthac nemo audeat in æde ſacra vel cæmeterio ſaltare, ſeu chorum ducere, nec extra, quo tempore divina officia celebrantur. Et, ut omnis huiusmodi abuſuum & turpitudinis occaſio tollatur, parochis prohibemus, ne poſthac ad comeſſationes (quas defructus appellant) ullo modo parochianos ſuos admittant; ſed potius a domibus ſuis arceant: nec permittant, quempiam canere (ut dicunt) *Memento Domine* David ſans truffe &c. nec alia huiusmodi ridenda: quæ in contemtum divini officii, ac in dedecus, & probrum totius cleri & fiunt, & cantantur." Sic Patres concilii *Rothomagenſis* an. 1581. concilii *Aquenſis* an. 1585. iisdem fere verbis, „Comeſſationes, ebritates, ſumtus, lites, luſus improbos & inhoneſtos, choreas plenas inſaniis, cantilenas turpes, breviter omnem luxum & laſciviam, atque omnem feſtorum profanationem damnamus & reprobamus." In ſynodo *Mechlinienſi* anno 1570. de officio & cultu divino cap. 12. & *Buſcovienſi* anni ſequentis requiri magiſtratus quoque locorum iubentur, ut edicto publico prohibeant, „ne tum aliquod genus ludi publice, aut privatim inſtituatur, tripudia, aliæque inſolentiæ exerceantur, aut tympana pulſentur, quibus parochiani

T. VI. Conc. Germ. p. 519.

T. XV. Conc. ed. Labb. p. 26.

Ib. 825. 1146.

T. VII. Conc. Germ. p. 616. & 722.

rochiani

rochiani a viſitatione divini officii, & verbi Dei auditione diſtrahi poſſent." Neceſſe etiam habuit ſynodus *Harlemenſis* an. 1564, *Choriſationes & tripudia* prohibere in monaſteriis monialium. *T. VII. Conc. Germ. p. 22*

XXIX. Synodus provincialis *Colonienſis* an. 1549. dilaudans proceſſiones illas, in quibus ſacra Hoſtia cum imaginibus Sanctorum circumfertur, „Verum (addit) huc ſæcularis ſtultorum hominum vanitas irrepſit, & adhibentur etiam ludi profani & ſcurriles magno ſtrepitu: ac quaſi ad bellum procedendum eſſet, tympana pulſantur, & otioſa ſpectacula eduntur rebus iſtis non congruentia: quibus populus delectatus, a rebus, quæ proceſſione aguntur, avocatur. Mandamus idcirco, ut iuxta Cæſareæ Maieſtatis reformationem, quicquid non valet ad devotionem excitandam, a proceſſionibus removeatur. Sed ſint Proceſſiones compoſitæ, graves, & modeſtæ: abſint riſus, ioci, & confabulationes, & orent homines, aut ſuaviter corde & voce modulentur." Quæ iisdem verbis repetuntur in ſynodo *Harlemenſi* an. 1564. eadem rubrica. Poſt ſæculum fere, anno nimirum 1651. iterum in ſynodo provinciali *Colonienſi* reprobantur *tripudia, choreæ, pulſatis tympanis, quæ ocaſione feſtorum SS. Sacramenti, vel dedicationis eccleſiarum parochialium ſolent inſtitui.* Concilium *Cameracenſe* anni 1565. de cultu, ceremoniis, & officio divino, dum „ſupplicationes, quas uſitato vocabulo letanias dicimus, graviter, religioſeque, & quaſi depreſſa voce cani" iubet, ſtatuit, *ne incongrua vociferatione eiusmodi letaniæ cantentur, quo populi devotio magis accendatur.* Concilium *Mediolanenſe* IV. an. 1576. ſic cavet: *Muſicis vero cuiusvis generis inſtrumentis in proceſſionibus ſonari ne ullo modo permittatur.* In ſynodo diœceſana *Warmienſi* anni 1610. proceſſio in ſolemnitate ſanctiſſimi Corporis Chriſti, „in qua ſummo cum apparatu venerabile Euchariſtiæ Sacramentum, muſicis ſymphoniis undique perſtrepentibus," circumfertur, hoc ordine deſcribitur: „Atque primo quidem loco ſodalitia laicorum præcedant, hos ſequantur pueri ſeu ſcholares lineis induti, & coronas in capite, non calices tamen, ſed candelas accenſas, aut inſignia paſſionis Domini, vel nolas in manibus portantes & pulſantes; ſubinde Regulares, ſi adſunt, loco & ordine quisque ſuo: poſt hos chorus vel muſica, & Clerus ſæcularis &c. Sed & alii omnes modeſte ac devote inter eundum ſe gerant, a colloquiis abſtineant, oculis curioſe hinc inde non vagentur, ſed orationibus vel piis meditationibus vacent, pſalmosque, antiphonas, vel hymnos pſallant recitentque."

Etiam in proceſſionibus cum vociferationibus & muſicis inſtrumentis vetitæ,

Ib. T. VI. p. 558.

Ib. T. VII. p. 11.

T. IX. p. 755.

Ib. p. 105.

T. XV. Conc. ed. Labb. p. 484.

T. IX. Conc. Germ. p. 119. 120.

XXX.

De cymbalis & campanis ad harmoniam compoſitis cautiones.

XXX. Semper frequentior in ſacris factus eſt nolarum ſeu cymbalarum ac tintinnabulorum uſus a medio ævo etiam in veſtibus ſacris, ut ſuperiore libro vidimus; inde haud dubie ad veſtes etiam virorum Principum & Optimatum ſæcularium translatus a ſæculo decimo quinto in *Germania* & *Gallia*: ut ſingulari diſſertatione ſeu diſputatione, præſide *Chriſt.* SCHOETGENIO, oſtenditur ad illuſtrationem verborum hymni ſacri vulgatiſſimi *In dulci iubilo*: quem PETRO *Dresdenſi*, ludimoderatori & concionatori *Pragenſi* circa annum Chriſti 1417. tribuendum probat, atque hæc continet ad rem verba:

Da die Schellen klingen
In regis curia.

Syſtemata vero illa cymbalorum & campanarum, de quibus ad finem libri ſuperioris diximus, ad harmoniam compoſita atque concinnitatem, tantopere ſunt exculta, ut eadem præcautione opus fuerit, ac de organis, & aliis inſtrumentis muſicis, præſertim in *Belgio*, ubi hodieque ut plurimum obtinent. a) In ſynodo diœceſana *Harlemenſi* an. 1564. ſtatim ac *de organis* actum eſt, de campanis & horologiis n. 1. prohibetur, „ne campanis abutantur ad laſcivarum ineptarumque cantionum tinnitum: quandoquidem illæ ad convocandum populum ad audiendum verbum Dei, & ut myſteriis interſint divinis, avertendisque tempeſtatum cladibus, conſecratæ ſint: neutiquam, ut ſonitu eorundem a pietatis contemplatione, ac ab iis, quibus pro ſalute ſua intendere debent, avocentur homines, coganturque propemodum vel inviti ad laſcivias dedecoraque . . . memoriam revocare, quod ſane nefas eſt Chriſtiano.“

a: *T. VII. Conc. Germ. p.* 8.

Quod minora vero eiusmodi ſonora vaſa attinet, a conc. *Cameracenſi* anni ſequentis tit. VI. c. 15. ſtatutum eſt: „Qui tintinnabula & campanulas ad harmoniam quandam pulſare ſolent, caveant omnino, ne huiusmodi pulſatione cantiones turpes, inhoneſtas, & vulgo iactatas imitentur;

Ib. p. 106.

a) *Georg.* BURNEY in *Diario Itin. muſ.* Vol. II. & III. morem hunc *Belgio* ſingularem paſſim ceu *Gothicum* ac barbarum perſtringit, *Anglis*, *Italis*, *Gallis*, quorum lingua *Carrillions* vocantur, inſuetum; per utrumque vero *Belgium* ubique pervagatum: ut tamen *Gandavis* & *Antwerpiæ* præcipua ſint eiusmodi campanarum ſyſtemata, quæ manibus, pedibusque tractentur ſtatis horis improbo labore, quo qui ludunt, ſudore permadeſiunt; qui tamen rem ſuam ea haud raro dexteritate agant, ut cum inſignibus organiſtis certent, cuiusmodi exemplum affert Vol. II. p. 52. *Lovanii*; *Amſtelodami* item ea arte præſtantem organiſtam POTTHOFF laudat Vol. III. p. 227. &c. eiusque tanto condolet labori: qua in urbe, ad quartam quamque horæ partem omnia perſtrepent eiusmodi ſyſtematibus, quæ phalangis agitantur. Cuius certe ritus ac conſuetudinis mirum eſt, quod haud tædeat audientes, quam ubique per *Belgium* reperit inolitum uſque ad *Aquisgranum*; ubi aliam lepidam conſonantiam ubique ſe per urbem, in qua paullo antea proceſſio ſit habita, audiiſſe ſe memorat, ex ramentorum vitreorum ad harmoniam conciſorum colliſione mutua. Vol. III. p. 54.

tur; ſed potius hymnorum & canticorum eccleſiæ modulationes. Siquis non paruerit, puniatur: ut qui multis labendi occaſionem præbuerit, & in re ſacris dicata ſpurca, & inhoneſta attulerit." In conciliis *Cameracenſi* & *Mechlinenſi* ſecundis anni 1631. & 1607. eadem habentur quoad tintinnabula quoque & campanas ad harmoniam quandam pulſantes; in primo autem *Mechlin.* an. 1570. organiſtæ & campanarii iunguntur cap. 10. *de officio & cultu divino.* „Cohibeant epiſcopi cantores, organiſtas, & campanarios, & alios quoscunque a laſciva, militari, & quavis indecora muſica in cantu, organis, & campanis." Sic ſynodus *Audomarenſis* an. 1583. tit. XII. c. 2. *Organorum & muſices uſum, ſicut & campanarum, ita retinendum* mandat, *ut nihil laſcivi, aut ſæcularis cantus imitentur.* Omnia vero complectuntur, quæ ſpectari in hac re par eſt, decreta ſynodalia diœceſis *Colonienſis* anni 1662. tit. III. §. 2. „Organis item ac quibuscunque aliis inſtrumentis muſicis tam in eccleſiis, quam in proceſſionibus ita canatur, ut modulatione ſua laſcivas, impuras, militares, vel indecoras cantiones non imitentur, & ea, quæ voce canuntur, ne procul abſint a mente. Quicunque tintinnabulorum & campanarum, ſiquæ ſint ad harmoniam compoſitæ, curam gerunt, caveant, ne earum pulſu turpes, inhoneſtas, vel ſæculares cantiones exprimant, ſed potius hymnorum & canticorum eccleſiæ modulationes graves, & quæ pios affectus moveant, imitentur."

T. IX. p. 543.
T. VIII. pag. 782.
T. VII. pag. 615.
Ib. p. 941.
T. IX. p. 943.

Multa collegit *Ang.* Rocca in libro de *Campanis*, iam ad calcem libri ſecundi P. II. unacum *Hieron.* Magio de *Tintinnabulis* citatus, & caput 12. *de muſico campanarum concentu, nec non turrium præſtantia* inſcribit: quod nempe attinet maiorum campanarum ſyſtemata, *quæ etiamnum hodie* audiuntur *apud Menapios & Sicambros præſertim populos ad utramque Rheni, Germaniam & Galliam dividentis partem ſitos.* Veluti *Antwerpiæ*, *Mechliniæ*, *Leodii*. In paralipomenis vero ad eundem librum, tabulis etiam æri inciſis, poſt horologium S. Marci apud *Venetias*, horologium item, quod *Leodii* extat mira arte conſtructum, modum deinde pulſandi ingentem campanam explicat a viginti quatuor hominibus; demum qua ratione ſyſtema triginta trium campanarum promiſcuæ magnitudinis in Cathedrali eccleſia *Antwerpiæ* turrique admirandæ altitudinis ac ſtructuræ organorum inſtar manibus pedibusque pulſatur: & hunc in modum pulſatæ tam conſonantem edunt ſonum, & diverſas eccleſiaſticas melodias ita exprimunt, ut ab harmonia muſica vix eum diſtinxeris. Amplius adhuc teſtimonium hodierno uſui reddentem D. Burney modo audivimus. Ad hunc aut ſimilem modum tractandi campanas videtur pertinere, quod in ſynodo *Sedonenſi* a. 1626. circa campanilia cavetur:

T. IX. Conc. Germ. p. 390. „Campanilia non ſint cuivis obvia potiſſimum adoleſcentibus, qui cum ludere pulſando cum campanis volunt, pedes, brachia, crura, & cervices frangunt, uti plura habemus exempla.

Campanarum varius uſus. XXXI. Vix eſt, quod iis ſuperaddam, quæ quoad ævum hoc poſterius ætatemque noſtram idem *Ang.* Rocca ex omni ætate collegit de multiplici campanarum uſu, in ſancta & univerſali Dei eccleſia recepto, ad congregandum clerum, convocandumque populum in eccleſiam, in ſacrificio Miſſæ, veſpere item, mane, & meridie; ad celebritatem item dierum feſtorum, ſacris ſub proceſſionibus, pro defunctis, ad intempeſtivas pluvias, vel tempeſtates pellendas; in alicuius magnæ perſonæ adventu, in diſtinguendis horis &c. quæ ſingula ille ſingulis explicat capitibus. Qui uſus plerique medio ævo cepti ſemper magis increbuerunt, auctique ſunt, quædam etiam nonnunquam in ſynodis ad rem acta ſunt conſtitutaque. Faciunt huc, quæ P. *Io. Bapt.* Enhueber monachus *San-Emeramenſis* in conciilorum *Ratisbonenſium* brevi recenſione anno 1768. edita ex hiſtoria *Laurentii* Hochwart de Alberto de *Stauf*, in epiſcopum *Ratisbonenſem* anno 1409. electo, narrat: „Anno decimo ſeſſionis ſuæ, cum iam ex concilio *Conſtantienſi* redierat, ſynodum ordinariam celebravit, & reformationem cleri religioſorumque, in qua, publicatis ſtatutis provincialibus Eberhardi Archiepiſcopi *Salzburgenſis*, ſtatutum eſt, ut per epiſcopatum *Ratisbonenſem* deinceps ſingulis feriis ſextis, ob recordationem Dominicæ paſſionis, hora nona pulſaretur tintinnabulum ingens, quo audito clerici perorarent preces: *Reſpice in me DEUS meus &c.* laici vero V. *Pater noſter*, & V. *Ave Maria.* Id quod etiam Archiepiſcopus *Salisburgenſis* per totum archiepiſcopatum mandavit fieri."

Pag. 57. Refert porro idem P. Enhueber, in Mſc. codice Bibl. *San-Emeramenſis* ſæc. XV. contineri litteras Alberti *Ratisbonenſis* Engelmari *Chiemenſis*, Ulrici *Seccovienſis*, & Wolfhardi *Lavantinenſis* epiſcoporum, quibus decretum Eberhardi Archiepiſcopi *Salisburgenſis* publicant, & quadraginta dies Indulgentiarum iis omnibus concedunt, qui feria ſexta ad pulſum campanæ in memoriam Agoniæ Domini aut pſalmum *Deus, Deus meus, reſpice in me &c.* aut quinquies orationem Dominicam totiesque ſalutationem angelicam recitaverint. Eædem indulgentiæ conceſſæ ſunt in ſynodo diœceſana *Olomucenſi* an. 1413. omnibus „qui audito pulſu campanæ paſſionem Domini recolentes flexis genibus tria *Pater* & totidem *Ave Maria* devote dixerint: (dum ſtatuitur) ut ſingulis feriis ſextis, hora meridiei maior campana pulſetur in memoriam paſſionis Ie-

T. V. Conc. Germ. p. 41.

su

ſu Chriſti, conformantes nos, quantum in hoc, eccleſiæ *Metropolitanæ.*" In concilio *Moguntino* an. 1423. præterquam „quod in omnibus eccleſiis civitatum & locorum totius provinciæ omnibus feriis ſextis hora meridiei vel circa in memoriam paſſionis ac mortis D. N. I. Ch. noſtræque redemtionis pulſetur ſolemniter magna cuiuslibet earundem eccleſiarum campana &c. ſimiliter quoque approbante hoc ſacro provinciali concilio, ſtatuitur, ut deinceps ſingulis eccleſiis prædictis omni die circa ſolis ortum in memoriam compaſſionis glorioſiſſimæ, & intemeratæ ſemper virginis Mariæ, quæ ſtans iuxta crucem ſui dilectiſſimi Filii cruciabatur, anxietate & mœrore plena, pulſetur tribus vicibus campana ipſius eccleſiæ, quæ & prout hactenus circa occaſum ſolis pro ſalutatione eiusdem virginis pulſari conſuevit, ad hortandum Chriſti fideles: ut tunc in laude ipſius virginis incipientes, eam cum ſalutatione angelica devote venerentur." Indulgentiæ pariter conceduntur quadraginta dierum iis, qui feria VI. tria *Pater noſter*, & tria *Ave Maria*, ſingulis vero diebus circa ortum ſolis ter ſalutationem virginis angelicam, *Ave Maria*, flexis genibus oraverint. Quod deinceps mane, meridie, & veſpere conſtitutum, etiamnum pio uſu obtinet. *T. V. Conc. Germ. p.*209.

In conſtitutionibus ſynodi *Sedunenſis* a. 1626. c. IV. §. 10. angelica ſalutatio, ſicubi exoleverit, in integrum reſtituenda decernitur: „Ter quotidie pulſandum eſt ad ſalutationem iſtam, in aurora, meridie, & crepuſculo veſpertino. Pulſus nec nimis longus, nec nimis brevis ſit, ſed commenſuratus communi eccleſiæ ſalutationi, quæ incipit: *Angelus Domini nuntiavit Mariæ &c.* Toto reliquo anno ad hunc pulſum omnes genuflectant: tempore vero paſchali, id eſt, a Paſchate uſque ad Dominicam SS. Trinitatis ſtatur ad illum." His veſpere campanæ pulſus pro defunctis ſuperadditus in ſynodo diœceſana *Colonienſi* an. 1627. legitur: „Ut populus fidelis mane, meridie, & veſperi, atque etiam ſub elevatione in ſumma Miſſa ſigno campanæ ad orationem incitetur, pie in omnibus eccleſiis introductum eſt. Et quia ſancta ac ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſolvantur; idcirco præcipimus, impoſterum poſt veſpertinum pulſum diverſæ campanæ ſigno, ubi plures ſunt, eiusdem autem, ubi una duntaxat exiſtit, populus ad habendam commemorationem pro defunctis admoneatur. *T. IX. p.* 378. *T. IX. p.* 411. 2. *Macchab. XII.*

XXXII. Præterimus alios campanarum uſus, earumque ſolemni cum apparatu & cantu benedictiones, quæ ad liturgicam rem pertinent, quam, quod *Alemanniam* noſtram veterem attinet, ſingulari opere illuſtravimus. Synodus *Colonienſis* provincialis anni 1536. dum Parte nona ceremonia- Campanarum conſecratio.

 rum

T. VI. Conc. Germ. p. 295. rum eccleſiaſticarum rationes explicat, ſingulari etiam capite XIV. cur benedicantur Campanæ, exponit pluribus; eodemque pertinet etiam mox ſequens cum hac rubrica: *Docendus populus, ut ſignatis potius, quam ſignis inhæreat.* *T. VII. p. 8.* Paucis vero, dum ſynodus diœceſana *Harlemenſis* an. 1567. rationem dat, cur conſecrentur eccleſiæ altaria &c. addit, „Campanis vero ab operibus & negotiis ſæcularibus ad orationem, laudes Dei, & ſacra myſteria invitari, cogitando e tanto vaſorum apparatu & tot conſecrationibus, quanta reverentia ſacrificium Corporis & Sanguinis Chriſti a rebus profanis ſit ſecernendum & diiudicandum.“

Et apparatus. Crevit vero, ac creſcere indies videtur, campanarum apparatus, tum quod numerum, tum quod eorum pondus ſpectat, quod in *Italia* aliquando fixum fuiſſe fertur ad 22000. libras. Longe maioris ſunt, quas Mersennus & Kircherus *Rothomagi*, *Rhedonis*, *Lugduni*, *Turonis*, *Pariſiis* eſſe memorant; „Sed has omnes merito ſuperat *Erfortenſis* (inquit *Lib. VI. Muſurg. p. 522.* Kircherus) omnium campanarum regina.“ Cuius accuratam deſcriptionem exhibet. Iam libro II. P. II. notavimus, Campanariorum nomen ac munus, cum ſit promiſcuum & commune circa officium eccleſiæ & *Ib. T. V. p. 40.* altaris, habitum illis clericalem in eccleſia præſcriptum eſſe: „Ut ſacerdotes & campanarii, qui ſacerdotibus ad altare in celebratione Miſſarum aſſiſtunt, iuxta quod officium eorum requirit, ſuper veſtimenta ſua ſuperpelliciis utantur,“ ſancit ſynodus *Olomucenſis* an. 1413.

CAP. II.

CAPUT II.

Uſus cantus ac muſicæ apud heterodoxos.

I.

WICLEFFUM, clericos laudes divinas cantantes ſacerdotes *Baalim* vocantem, iam ſupra notavimus ex THOMA *Waldenſi* T. III. tit. 2. c. XVI. *de orationibus & canticis altis:* qui poſtea cap. XIX. profert WICLEFFI ſententiam, qua eccleſiaſticis noſtris improperatur, *prolixitas orandi, & cantus alti, qui uni competunt, ab altero diſſonant.* NAVARRUS generatim aſſerit, „quod hæretici veteres noſtro hoc ſæculo renovati, & ab inferis revocati, qui omnino ſuſtulerunt cantum divinorum officiorum, iniuſtiſſima id de cauſa fecerunt. Tum quia licet multi cantores modis præfatis peccent, non tamen ſunt pauci, qui debita cum reverentia cantent. Tum quia ſatis erat emendare, & tollere abuſus, & errores, & defectus cantus, eo minime ſublato: ſufficiebat enim removere abuſum, bono uſu relicto. Tum quia tollere omnino cantum, eſſet tollere magnas commoditates &c. Quo circa convenientiſſimum foret cultui divino, & honori ſanctæ Matris eccleſiæ, cantores eſſe modeſtos, devotos, & bene compoſitos, & timentes offendere Deum, cuius maieſtati & obſequio cantum ſuum potiſſimum devoverent, non autem guſtui, oblectationi, & auditui populi . . . quod facile facerent cantores, ſi per opera & beneficia principum, & prælatorum cognoſcerent, parvi eos facere virtute & devotione deſtitutum, & magni eis comitatum.“ Putat BELLARMINUS, a *Magdeburgenſibus* Centuriatoribus catholicos ſacerdotes *Baaliticos* propter cantum vocari. Affertque *Trinitariorum Transſylvanorum* dictum, ſe cantum cum omnibus tubis & organis proſcripſiſſe: Et *Petri* MARTYRIS, inſtrumenta muſica pertinere ad ceremonias *Hebræorum*, & ideo non magis convenire Chriſtianis, quam circumciſio, ſabbata, neomeniæque conveniunt. Ob eandem ſententiam BEZAM ſtringit *Wolfgang.* FRANZIUS apud CALVÖR in *Rit. eccl.* Alia eiuscemodi habes apud *Io. And.* QUENSTEDIUM in *antiquit. bibl. & eccleſiaſt.* de precibus publicis & pſalmorum cantu. Unum *Io.* COCCEIUM ex ſchola *Calviniana* adducit, qui auctorem

Acatholici, qui muſicam reiecerunt.

De orat. & horis canon. c. XVI. n. 49.

De bonis operibus in particul. lib. I. c. 15.

P. II. Sect. V. cap. 21.

Pag. 485.

Quæſt. & reſponſ. ad orthodoxos inter opera S. IUSTINI M. his verbis corrigit comment. in epiſt. ad *Epheſ.* V. 26. „At idem ὀργανικὴν ἀποδοκιμάζει, ut νηπιώδη, quæ infantibus inſervierit in vet. teſtam. Dicamus ergo, & DAVIDEM νήπιον fuiſſe, & ELISÆUM. Nos ὁμοιπαθεῖς illis, & illi nobis. Si qua ſignificatio typica in organis eſt, ea ceſſat; quatenus autem lætitiæ ſpiritualis adiumenta & teſtimonia ſunt, poſſunt adhiberi, dummodo id fiat μετ' οἰκοδομῆς.“ CARLSTADIUS & ZWINGLIUS, uti ſeſe aliis ceremoniis, ita etiam muſicæ oppoſuerunt. Ea haud dubie de cauſa eccleſia *Turicenſis* diutius cantionibus caruit, teſte LAVATERO. ZIEGLERUS, & ex eo alii narrant, ZWINGLIUM aliquando magiſtratui obtuliſſe libellum pro abroganda muſica, quem ad verbum cantando recitaverit. Quæſitus, quid hoc ſingulari facto vellet, reſpondit: veluti parodoxum hoc abſurdumque videretur, ita perinde eſſe cum oratione ad Deum, ſi cum cantu & organo fiat. ZWINGLIUM ipſum muſicæ addictum fuiſſe palam fit ex ea, de qua me certiorem reddidit *I. I.* BREITINGERUS, rector Gymnaſii *Turicenſis*, apologia in reſponſione ad *Io.* FABRI μὴ ἐπισαλμένην ἐπιςολὴν in hæc verba: „Præterea aulicam chelym, tibias, & alia muſica inſtrumenta mihi obiicis, FABER. Atqui, aulicam chelym non agnoſcere me, fateor, nec ſcio, qualenam illud inſtrumentum ſit. Tu fortaſſis eius me multo es peritior. At chely, fidicula, tibiis, & aliis huius generis inſtrumentis canere olim didici, nec me eius artis adhuc pœnitet: nam liberos eiulantes hac compeſcere licet. Tu vero ſanctior es, quam ut huiusmodi ludicris des operam. Scias tamen, DAVIDEM citharœdum fuiſſe longe præſtantiſſimum, qui SAULIS dæmonium canendo compeſcuit. Ita ſi tu quoque cœleſtis aulæ chelym agnoſceres, haud dubie & gloriæ & pecuniæ & ſanguinis ſtudium, quod in te eſt, extingueretur. Qua fronte autem reprehendis id, quod e ſeptem liberalium artium (quarum tu magiſtrum te profiteris) numero eſſe, non ignoras? quod denique a nemine bono unquam reprehenſum eſt? SOCRATES ſenex iam repubeſcere incipiebat, cum in extremo ſenio citharæ operam daret. Atqui tua illa eccleſia non muſicam modo, ſed & campanarum ſonum inter cultus divinos numerat. Muſica mea neminem offendit, quicunque tandem ſint, qui huiusmodi mendacia tibi ſuggerant.“ Obiecerit ZWINGLIO FABER, quod muſicam ipſe domi exerceat, in eccleſia reſpuat. Cantum tamen ſimplicem nec CARLSTADIUS reiiciebat; quique ex ZWINGLII & CALVINI ſchola prodierunt, paullatim etiam ad hodiernum usque diem organa cantui conſociant. In *Anglia* vero ſuperiore ſæculo fuit inter *Epiſcopales* & *Presbyteranos* hæc etiam controverſia ac diſſidium, illis pro muſica eccleſiaſtica ſtantibus, his contra: *Quackeris*,

De ritibus eccl. Tigur. c. 10.

Theatr. temp. p. 1159.

ris,

ris, cum reliqua Fanaticorum etiam extra *Angliam* turba, quævis cantica ex cultu divino proſcribentibus, quorum dubitationes diluit *Ern. Sal.* Cypriani diſſert. *de propagatione hæreſum per cantilenas.*

II. Id genus exempla iam libro primo in prima eccleſiæ ætate dedimus. Inter novatores, annotante Gretsero in libro de iure & more prohibendi libros malos c. 17. *Huſſitæ* etiam cantilenas ſua hæreſi infectas, clerique & rerum eccleſiaſticarum deteſtatione refertas diſſeminarunt, ut in circulis & triviis decantarentur. Idem ex Cochlæi hiſtoria *Huſſ.* refert, *Ioannem* Huss, libris ſuis ab Archiepiſcopo *Pragenſi* combuſtis, ut iniuriam rependeret, ita & odioſum & contemptibilem eum ſuis detractionibus populo reddidiſſe, ut plerique partium ſuarum laici vulgares & ironicas in optimum patrem cantiones confingerent ac decantarent; quod deinde Wenceslaus edicto vetuit. Id etiam contra alios, ipſumque concilium *Conſtantienſe* factum, palam fit ex eiusdem concilii edicto: „Ut omnes cantilenæ introductæ in præiudicium ſacri concilii, & virorum catholicorum cuiuscunque ſtatus, qui *Wicleffitis* obſtiterunt & *Huſſitis*, vel cantilenæ in commendationem *Ioannis* Huss vel Hieronymi hæreticorum condemnatorum, prohibeantur in omnibus civitatibus, & oppidis, & quibuscunque manſionibus decantari ſub graviſſima pœna.“ Inter articulos Hieronymo *Pragenſi* obiectos XI. & XII. ſic ſonant: „Quo latius Wicleffi hæreſin propagaret, verba canonis per cantilenas *Bohemicas* in vulgari fecit: ut etiam ruſtici credant ſe, ſi verba conſecrationis pronuncient, conficere poſſe Corpus Chriſti non minus, quam ſacerdotes, idque ſingulis horis, quando libet. Effinxit & alias diverſas cantilenas in vulgari *Bohemico*, e bibliæ & evangeliorum verbis ſenſuque contextas pro confirmatione ſuæ hæreſeos, ut per eas laici ſui ſacram ſcripturam melius noſſe & intelligere viderentur, quam cæteri Chriſtiani.“

Errores nihilominus per cantilenas propagarunt tam Huſſitæ;

Prodierunt an. 1766. vernacula lingua meletemata de muſica eccleſiaſtica & ſacrorum cantuum, ubi deſcribitur liber cantionum *Waldenſium*, Fratrum *Bohemorum* ſeu *Huſſitarum* an. 1566. typis editus, Maximilianoque II. Imp. dicatus. Qua in dedicatione ex *Latino Bohemico*que ſermone in *Germanicum* converſus dicitur; in præfatione autem *Ioannes* Huss primus cantiones ſacras lingua *Bohemica* induxiſſe perhibetur. Alium recenſet huiusmodi librum, *Noribergæ* an. 1580. editum, *Io. God.* Bauman in Schediaſmate hiſt. theol. *Bremæ* an. 1765. *de hymnopœis veteris & recentioris eccleſiæ, veræ atque Chriſtianæ religioni promovendæ ac propagandæ inſervientibus*; idemque de *Huſſitis* & Fratribus *Bohemis* ex Camerarii hiſtorica narratione *de fratrum orthodoxorum eccleſiis* in *Bohemia*, *Moravia*,

Pag. 102. *&c.*

Moravia, & *Polonia* p. 286. addit: „Ad rem ipſam quod attinet, accepimus hunc morem a maioribus noſtris, ut non tantum de ſuggeſtu doceremus, ſed cantionibus etiam comprehenderetur doctrina eccleſiæ & ſcientia ſanctorum, ut cantiones noſtræ eſſent homiliarum inſtar.“ Vid. quæ ex SCULTETI annal. evang. ad an. 1525. de cantionibus LUTHERI, & ex SECKENDORFFII *hiſtoria Lutheraniſmi* lib. I. ſect. 57. p. 271. & 281. de SPERATI quadam cantilena refert p. 50. 51.

Quam Lutherani.

Narrat D. BURNEY in *diar. Itin. muſ.* Vol. III. p. 35. novæ religionis in *Saxonia* propagatores eum in finem voces etiam pueriles adhibuiſſe, a quibus decantari per plateas cantilenas curabant ad dogmata eccleſiæ *Romanæ* convellenda compoſitas; communemque eſſe perſuaſionem, huiusmodi pueriles cantus ad propagationem doctrinæ LUTHERI multum contuliſſe. Cuius generis cantiones aliquas adducit SECKENDORFFIUS in *hiſtoria Lutheraniſmi*, ut ad calcem adnotat interpres *Germanicus Hamburgenſis*, huncque in cenſum refert cantiones WEZELII, GOTTSCHALKII, BUSCHII &c. Laudatus *Ern.* CYPRIANI de propagatione hæreſum per cantilenas, catalogum diſſertationi ſubiicit cantionum vernacula lingua decantari, LUTHERO ſuperſtite, ſolitarum. LUTHERUM hac in re plurimum elaboraſſe, conſtat apud omnes. „Cantilenæ (inquit) THOMAS *a IESU*, vernaculo idiomate quam plurimæ ex ipſiusmet LUTHERI officina profectæ, mirum eſt, quam promoveant rem *Lutheranam.* Quædam ſunt catechiſticæ, quædam dogmaticæ, aliæ æmulantur pſalmos, recitant exagitantque Chriſtianorum vitia ſeu vera, ſeu ficta. Maxime autem ſolemnis oda illa eſt, quæ Pontifici ac *Turcæ* ſimul inferni abyſſum imprecatur. Nec templa ſolum & ſcholæ huiusmodi cantus reſonant; verum etiam ædes privatæ, officinæ, fora, plateæ, campi. Nam ſunt in uſu apud omne genus hominum, ubique locorum ſeu tædii ſolandi, ſeu laboris levandi, ſeu temporis fallendi cauſa.„ Digitum intendit famoſæ illi ſtrophæ, *Erhalt uns Herr bey deinem Wort &c.* cantionis in *Anglia* & *Belgio* etiam frequentatæ, quæ hactenus fuit in Imperio *Germanico* motuum, litium, ac exacerbationum cauſa & ſeminarium. Ob varias ab exordio factæ in religione per LUTHERUM innovationis cantiones famoſas in contumeliam tum ſæcularium, cum eccleſiaſticarum perſonarum in fulgus ſparſas, in Comitiis *Auguſtanis* neceſſe fuit hanc petulantiam coerceri hac CAROLI V. conſtitutione: „Cum variæ & leviculæ plebes reperiantur, quæ cantionibus & rhythmis operam dant, per quos eccleſiaſticos & ſæculares ſtatus contumeliis afficiunt: in utramque partem iuxta apti, paratique: nimirum ſi fuerint cum eccleſiaſticis, cantillant de ſæcularibus, & econtra, ſi fuerint cum ſæcularibus, canunt de

De converſ. omn. gent. lib. VIII. p.541.

ec-

eccleſiaſticis, ſeu ſacerdotibus, quæ res ad diſcordiam, diſſidia, & contumeliam vergit, tenditque. Itaque ſevere præcipimus, volentes, ubicunque deprehendantur, a magiſtratu puniantur." Fertur tamen MAROTUS ab eodem CAROLO V. oblatis XXX. pſalmis ad cantum rhythmice compoſitis, accepiſſe ducentos dublones, is ipſe, de quo *Fam.* STRADA de bello *Belg.* lib. X. „Nec paucos alliciebant cantilenæ, quibus DAVIDIS pſalmi *gallicis* metris alligati a MAROTO ac BEZA, ut olim memoravimus, magnis per agros agminibus canebantur, *Genevatum* ritu." Hæc aliaque legeſis apud *Io.* HOORNBEECK.

III. Ingens fuit pangendarum eiusmodi cantionum vernacularum ſtudium ipſis factæ innovationis coryphæis: quales indicantur a citato *Io.* HOORNBEECK, præter LUTHERUM *Iuſtus* IONAS, ZWINGLIUS, CAPITO, *Ambr.* BLAURERUS, *Leo* IUDÆ, *Ioannes* AGRICOLA, *Paulus* SPERATUS, SPENGLER, *Matthæus* GREITERUS, VOGHTHERUS. Ubi obſervare licet inter primores etiam ZWINGLIUM, paulloque poſt *Theodorum* BEZAM, quem ac memoratum *Clementem* MAROTUM nominat, poetas ſui ævi feliciſſimos, *qui huic ſtudio accuratius intenti, illas pſalmorum cantiones dederunt, quibus exinde non Gallica modo uſa eſt eccleſia; ſed etiam inter Germanos Ambroſius* LOBWASSER *ad eandem Gallicam melodiam germanicos pſalmos, & Petrus* DATHENUS *belgicos nobis dederunt.* Addit in ſynodo *Dordracena* an. 1574. art. 43. concluſum, utendos ſolum in eccleſia pſalmos a *Petro* DATHENO compoſitos, hymnosque adiunctos, uſque dum in generali ſynodo aliter fuerit determinatum.

Calviniſtarum cantiones & organa muſica demum, *Lib. I. c.* II. *de pſalmodia.*

Quæ deinceps in ſynodis eam in rem ſint conſtituta, idem paucis refert. Iuvat ſaltem, quæ ex ſynodis *Dordracenis* de uſu organorum affert, adſcribere, ac primum anni 1574. art. 50. „Quod ad cantum organorum in eccleſia, cenſemus omnino abrogandum eſſe, iuxta doctrinam PAULI I. *Cor. XIV.* 19. & quamvis etiamnum in aliquibus eccleſiis dumtaxat in fine concionum, ſub diſceſſum populi, uſurpetur, tamen potiſſimum facit ad obliviſcendum eorum, quæ audita, verendumque, quod poſthac ad ſuperſtitionem abutetur, quemadmodum nunc ad levitatem ſpectat." Et an. 1578. „Uſum organorum in eccleſiis, maxime ante concionem, non probamus. Ideoque cenſemus, miniſtros debere allaborare, ut, quemadmodum pro tempore tolerantur, ſic quam primum & quam commodiſſime amoveantur." Provocat porro ad VOETII diatriben de organis. Quæ tamen ab eo tempore cumulata potius dici poſſunt ad hunc uſque diem apud *Batavos*, memorante D. BURNEY in *Diar. Itin. muſ.* Vol. III. pag. 249. &, ut idem Vol. I. de *Genevatibus* notat,

 etiam

etiam apud *Helvetos Turicenſes*, *Bernates*, *Baſileenſes*; haud ſcio, an unquam apud *Hugonotas* etiam in *Gallia*, quamdiu tolerabantur: apud quos ſemper in pretio fuit MAROTUS, a) etiam ob hilares modos muſicos a doctis muſicis additos, ut auctor hiſtoriæ muſicæ ex præfatione Rev.mi GODEAU epiſcopi in pſalmos annotavit. Alibi CLAUDINUM, celebrem auctorem muſicum, muſicæque moderatorem ſub HENRICO IV. ex ea ſecta fuiſſe, memorat: proſtat opus typis impreſſum *Melanges de Claudin.* Laudatus HOORNEECKIUS porro refert, quos *Clemens* MAROTUS, & *Theodorus* BEZA rhythmo *Gallico* incluſerunt pſalmos, a præſtantiſſimis illius ætatis muſicis, inter quos præcipui GODIMEL, & BOURGEOIS, modulationi muſicæ aptatos fuiſſe. Paullatim hodie veluti in *Helvetia* muſicæ vocali inſtrumentalique locum in ecleſia dant *Calviniſtæ*.

T. IV. p. 87. T. III. p. 254.

In Anglia.

IV. *Angliam* quod attinet, nominatur laudato D. BURNEY prima ſtatim *Diar.* ſui per *Galliam* & *Italiam* pagina TALLIS, qui tempore reformationis antiquis cantionibus eccleſiaſticis ac antiphonis verba *Anglica* adaptarit. Id inde colligit, quod, quidquid in illis cantionibus melodiæ deprehenditur, conveniat fere cum exterorum catholicorum cantu firmo ut p. 11. vocat. Agit poſtea p. 52. de *David* RIZIO *Turinenſi*, qui olim melodiarum pro cantionibus *Scoticis* auctor ſit habitus: quam rem disquiſiturum ſe promittit in hiſtoria muſica. Eſt præ manibus *Liturgia* ſermone latino, „ ſeu liber precum communium, & adminiſtrationis Sacramentorum, aliorumque rituum, atque ceremoniarum eccleſiæ iuxta uſum eccleſiæ *Anglicanæ*, unacum pſalterio ſeu pſalmis DAVIDIS ea punctatione diſtinctis, qua cantari aut recitari debent in eccleſiis &c. " *Londini* an. 1670. impreſſa. Dieſque conſtituta natalis S. IOANNIS *Baptiſtæ* eius anni, qua ab omnibus ubique ſuſciperetur, prout legitur in ſtatuto prævio *pro uniformitate precum communium*, *cultusque in eccleſia*, *atque adminiſtratione Sacramentorum anno primo Eliz.* id eſt, ELISABETHÆ reginæ. Sic vero ibi conſtitutum eſt, decretumque ſub pœna 100. marcarum: „Quodſi quis poſt prædictum feſtum natalis ſancti IOANNIS *Baptiſtæ* proxime futurum in ullis hiſtrionicis aliiſque ludis, cantionibus, rhythmis, aut alia voce publica quidquam declaraverit, aut locutus fuerit, quo liber ille corrumpatur, aut ulla res in eo contenta, aut illius pars aliqua, aut quo ei derogetur, aut contemtus concilietur; aut ſi opere, facto, aut interminatione publica rectorem ullum, vicarium, aut alium miniſtrum coegerit, aut, quocunque modo procuraverit, ut in ulla cathedrali, aut parochiali eccleſia, aut ſacello, aut ullo alio loco cantet, aut recitet ullas communes aut publicas preces &c. " *Spectator Ang-*

a) *Celebre par les avis agreables*, *Que les doctes Muſiciens y mirent.*

Anglus T. I. diſc. 23. de cantu eccleſiæ *Anglicanæ* mentionem faciens, cantoris, addit, intonantis pſalmum vocem mox abſorberi a toto ſuccinente auditorio. Alio vero pertinent, quæ ibidem de muſica *Italica*, apud ſuos obtinente, habet. *Edit. Baſil. Gall. p. 146.*

Proſtat inſigne opus D. Boyce cum præfatione hiſtorica de muſica ſacra in eccleſia *Anglicana*: æri inciſo ipſo cantu ſeu muſica ſacra auctorum *Anglorum* usque ad hodiernum diem, imprimis celebris D. Green organœdi etiam præſtantiſſimi. D Burney in *diario Itin. muſ.* Vol. I. dum laudat muſicam ſacram, quam *Venetiis* audierat apud *S. Marcum*, & in eccleſia *S. Franciſci* vocibus ſolo organo iuncto, hanc muſicam, ad inſtar optimorum veterum *Anglicorum* meletematum compoſitam dicit, quæ collegerit D. Boyce. Vocat vero dialecto *Anglica Anthem*, cui voci alicubi æquivocum facit vocabulum *cantates*, dum muſicam apud *Lutheranos* in *Saxonia* diebus Dominicis & feſtis celebrari ſolitam cum *Anglica* comparat. Vol. III. p. 26. Interpres autem *Hamburgenſis* ad calcem p. 299. quoddam utriusque vocis notat diſcrimen: *In der innern Einrichtung ſind ſie aber ſehr verſchieden. Anthems ſind nemlich blos ſchicklich oder unſchicklich zuſammengeſetzte bibliſche Sprüche, die der Componiſt nach Gutdünken zu Chören, Recitativen oder Arien macht. Unſre deutſchen Kirchenkantaten beſtehen in Chören, Arien, Duetten, Recitativen, untermiſchten Kirchengeſängen, welche der Dichter ausdrücklich in Ordnung bringt; ſind auch wohl nur für eine oder zwey Singeſtimmen geſetzt.* In eccleſiis parochialibus, eodem teſte D. Burney p. 16. obtinent ſolum cantiones monodicæ lente productæ. Ut ab iis percepi, qui in *Anglia* fuerunt, audieruntque, concinna obtinet ac elegans in ſacello regio, cathedralique eccleſia *S. Pauli Londini* muſica quatuor vel octo vocum ſine aliis inſtrumentis muſicis, excepto organo, & ſi quæ ad ſuſtinendum, quem vocamus, baſſum generalem, faciunt, Barbiton e. g. fidiculare, Violoncello, Theorba. *Pag. 102. 105.*

Ita vero ab inſtrumentis muſicis abhorrent *Quackeri*, muſicam univerſim ſaluti hominum adverſam iudicantes, ut *Sal.* Eccles celebris muſicus, qui quotannis ex muſica proventum nongentarum librarum faciebat, omni apparatu muſico divendito, ſutoriam exerceret. Piaculo autem ducens, quod emtores inſtrumentis ſuis muſicis abuterentur, redemta ſua inſtrumenta, eo quo divenderat pretio, publico ea cremavit foro, ut narrat *Gerh.* Croesius in hiſtoria *Quackerorum* lib. I. p. 170. apud *Laur.* Mizler in Bibl. muſ. T. III. P. II. p. 561. Muſicam tuetur contra *Quackeros* Schelnig *Quackeriſmi confutati* art. XVIII. antith.

20. p. 255. itemque *cynoſura conſcientiæ* p. 173. & *ſynopſ. controv. Pietiſt.* art. 32. q. 8. eiusque ſupplementum ad hæc: „De hypocritis pietatis prætextu muſicam, uti ex ſocietate humana, ita ex eccleſia eliminantibus.“ Contra *Presbyteranos* autem muſicam defendit celebris theologus *Anglus Ioh.* DURELL *Hiſtoriæ rituum* c. 27. Commendat porro muſicam eccleſiaſticam *Spectator* ille *Anglus.* Verba eius refert *Ioach.* MATTHESON in *Gloria muſica.*

Grundlage einer Ehrenpforte. p. 302.

LUTHERUS, eiusque affectæ muſicam tuentur. *T. I. P. I. p.* 50.

V. Idem in Schediaſ. epiſt. *de eruditione muſica* refert nonnulla *Martini* LUTHERI loca in commendationem muſicæ ex T. VIII. opp. ed. *Altenb.* p. 411. *Laur.* MIZLER vero in bibliotheca muſica eiusdem epiſtolam ad omnes amatores liberalis artis muſicæ exhibet, quam deſiderari in omnibus editionibus putat. Extat etiam LUTHERI encomium muſicæ cum aliis theologorum *Lutheranorum* teſtimoniis in libro Mſc. apud laudatum MATTHESON recenſito, auctore *Chriſt.* SCHIF, chori muſici directore *Laubenſi* an. 1694. ed. contra *Io.* MUSCOVII *Laubenſis* ſenioris tract. *de recto & perverſo uſu muſicæ eccleſiaſticæ;* dum econtra *Chriſt.* MASECOVIUS, reg. *Boruſs.* conſiliarius conſiſtor. ac paſtor in *Kneiphof,* inſigni ſermone an. 1721. & anno præcedente *Bern.* de SANDEN reg. *Boruſs.* concionator aulicus muſicam egregie, eodem recenſente, deprædicaverint. Hoſtem habuit muſica eccleſiaſtica ab ineunte hoc ſæculo apud *Lutheranos* earum partium *Chriſtianum* GERBERUM in libro *de peccatis non agnitis, von den unerkannten Sünden,* cui *Georg.* MOTZ *Filſenſium* phonaſcus apologiam oppoſuit inſcriptam *de beneficiis Dei non agnitis,* aliaque ſcripta, duobus comprehenſa tomis.

Ehrenpforte p. 317.

Pag. 300. *&c.*

Ibid. p. 239.

Narrat MATTHESON, eundem auctorem an. 1724. iam ſeptuagenario maiorem miſiſſe Mſc. librum eiusdem argumenti: *Von der groſſen, unbeſchreiblichen Weisheit Gottes, in dem Gnadengeſchencke der geiſtlichen Sing- und Klingkunſt,* quem ibidem per capita recenſet librum; veluti etiam poſtea tractatum *Godofredi Alberti* PAULI archipresbyteri ac paſtoris *Salfeldenſis, de choris prophetarum ſymphoniacis in eccleſia Dei;* ubi ea contrahit, quæ ad conſultationem de nunquam negligenda inſtauratione cultus Dei rationalis, etiam in choris eccleſiæ muſicis, in hac theologiæ regiminis eccleſiaſticæ parte facere videntur. Symphoniacum autem hunc chorum definiens, „quia (inquit) non ſolum quodvis ſympſalma, quod ſimul pſallitur choraliter, ſed etiam figuralis concentus concordantiam artis muſicæ regulis ex aſſe reſpondentem eidem attribuimus.“ Ubi mox prima pagina id habet aſſertum muſices ſtudium. Inter alios vero muſicæ eccleſiaſticæ defenſores & patronos ſui haud obliviſcitur

MATTHE-

Mattheson, ipſe acriter aggreſſus *Ioachimum* Meierum, cantorem *Gottinganum*; qui tamen abuſum potius exceſſumque introductæ in eccleſiam muſicæ theatralis hodiernæ, inſtituta comparatione muſicæ ſuperiorum temporum ad emendationem noſtri, aggreſſus eſt oppugnare (quod ipſum nos argumentum operoſius tractandum ſuſcepimus) defenſorem ille nactus *Innocentium* Franckenberg, hic D. Gudenum. Agit ea de controverſia *I. G.* Heinsius in hiſtoria eccleſiaſtica, & *Anonymus* quidam, qui anno 1766. conſiderationes ſuper muſicam eccleſiaſticam & ſacras cantiones oppoſuit *Io. Laurentio* Albrecht, qui *Berolini* an. 1764. patrocinium muſicæ ſacræ nimium in ſe ſuſcepiſſe viſus eſt auctori huic Anonymo, qui ſaltem pro muſica inſtrumentali in arenam deſcendere non auſum ſe profitetur. *Betrachtungen über die Kirchenmuſic und heiligen Geſänge.*

VI. Muſicam nihilominus apud ſuos nimis monotonicam, id eſt, laſſam, humi ſerpentem ac inſulſam, noſtram econtra theatralem exiſtimat. De muſica vero inſtrumentali feſtiva ſingulari programmate *Siegf.* Æminga, rector academiæ *Gryphiswaldenſis* in *Pomerania* ſic diſſerit: „Poſtquam ubique fere locorum muſica inſtrumentalis eccleſiaſtica in puriori Chriſtianorum eccleſia recepta, abuſum improbantes, uſum toleramus, quatenus ad eccleſiæ ædificationem & gloriæ divinæ illuſtratiouem tendit. Siquidem ipſe Spiritus ſanctus in ſacra ſcriptura nos docuit, Deum non ſolum per cantiones & pſalmos ſimplices & harmonicos ſine inſtrumentis, ſed & cum inſtrumentis recte laudari. Ipſa præterea experientia docet, ſolis inſtrumentis muſicis mentes commoveri, & devotionem excitari, ut ore tacente corda ſurſum tollantur, quod ad minimum nemo verus muſicæ æſtimator in dubium vocabit." Adnotat, de muſica eccleſiaſtica in plurimis legibus provincialibus ſpeciales diſpoſitiones extare, ac variare conſuetudines locorum. „Et quamvis (addit) muſica eccleſiaſtica inſtrumentalis etiam in hac provincia & terris adiacentibus variet, pro more tamen in plurimis civitatibus recepto, ſolo organo pneumatico, cantu intermixto, diebus dominicis, iunctis vero aliis inſtrumentis, cæteris diebus feſtivis, muſica eccleſiaſtica alternis vicibus in templis maioribus formatur; in pagis vero muſica illa rarior ob defectum organorum, & muſicorum. Pro ratione temporum muſica organica & inſtrumentalis etiam tempore bacchanaliorum, luctus publici, & diebus pœnitentiæ, ac precibus in ſpecie a principe dicatis, ſuſpenditur, cæterum vero Dei cultu in eccleſia remanente. Finis itaque muſicæ eccleſiaſticæ cum in eo ſit ponendus, ut devotio augeatur, & gloria Dei promoveatur, videamus, ne in alium noxium abuſum illa deflectatur, & ne profana ſacris miſceatur, nec

Adhibentque in Sacris.

Pag. 10.

muſica choreis ac theatris apta in templis toleretur. Uti etiam nec honeſtam muſicam inſtrumentalem ad ſolum animi oblectamentum extra templum, finitis ſacris & publicis actibus eccleſiaſticis, in aliis privatis, ſeu publicis locis, inſtitutam, in ipſa die Dominica damnamus, cum nec choreas quidem honeſtas tunc temporis illicitas ſtatuerimus; ſtudendum tamen, ne fiat fomentum libidinis & actionum irreligioſarum, ne ullo modo muſica illa terminos honeſti ac decori egrediatur.“ Videatur etiam CARPZOVIUS definit. conſtitor. lib. II. tit. 17. d. 263. a BESOLDO relatus in theſ. pract. continuatione V. *Muſica.* *Ahaſv.* FRITSCHIUS Iuris eccleſiaſtici obſervat. pract. XXIII. *organa pneumatica non promiſcue in templis paganis admittenda*, ſic apte ad rem loquitur: *In multis pagis ludimoderatores ſimul ſunt organici; cum vero experientia docuerit, non facile inveniri homines, qui iuventutem bene informare, ac ſimul melodias in organis templi pneumaticis figurare poſſint; præterea organicos plerumque magis exercitio muſicæ artis, quam ſcholaſtico labori incumbere ſolere, ac in eccleſiis paganis muſicam organicam non adeo neceſſariam eſſe: utilius viſum fuit, eam non introduci, cumprimis, quod plerumque proventus ærarii eccleſiaſtici in pagis admodum tenues eſſe, & vix neceſſariis expenſis ſufficere ſoleant.*

In eccleſiis etiam maioribus muſicam plenam ex vocibus & inſtrumentis non ubique ſemper apud *Lutheranos* tolerari, ſeu etiam muſicæ indictas ferias aliquando, palam fit ex iis, quæ MATTHESON de *Hamburgenſi*, ubi is erat muſicæ director, dicit, nec omnia apud omnes probari inſtrumenta muſica. Quod vero idem alibi ſe primum dicit fuiſſe, qui ad rite inſtitutam ampliorem plenioremque muſicam eccleſiaſticam ante & poſt concionem tres aut quatuor voces muliebres induxerit, non ſine ingenti impendio, incommodis, & contradictione, laudandum ſane præbet exemplum eorum, qui ſeſe ſalutari zelo huic innovationi oppoſuerunt. *Caſp.* CALVÖR in *Rituali eccleſ.* P. I. lib. II. ſect. II. caput 19. *de cantu figurali poſt evangelium* ſic auſpicatur: „Feſtis diebus ſolent cantores noſtri poſt peractum evangelium (alicubi tamen & poſt epiſtolam) figurali muſica demulcere aures; clauſulaque ut plurimum eſt *Hallelujah* mira variegataque admodum gyratione circumductum. Et hoc ipſum ex veteri *Halleluia.*“ Quod cum demonſtraſſet: „Enimvero (ſubdit) uti in ipſo ritu latino viri graves laſcivas iſtiusmodi non raro circulationes *Alleluiaticas* in proſam commutarunt, ita noſtrates eius vice ſolent dictum aliquod ſcripturæ, ſimileque ex ſacris ad feſtum tempusve quadrans, muſicis adaptare metris. Et quidem ceu tibicen apud *Romanos* ſacrificiis præcinebat ſpondæum a σπονδῇ ac libaminibus dictum, quem NUMA pedem pontifi-

Ehrenpforte p. 25. 212. 222. 241. 305. Generalbaß-Schule. Vorbericht num. LXX. p. 42.

pontificum nuncupavit, cum ſpondæi melos, id eſt, cantu patrios placaret indigetes; ſic primis Reformationis temporibus gravis ac honeſta reſonabat in ſacris cœtibus muſica. Aſt ubi noſtratium aures quoque prurire ceperunt, laſciviens *Italorum Halleluiah* ut plurimum perſtrepit templa acerbo virorum gravium cordolio, de quo pluribus infra.“ Parte II. nimirum ſect. ult. ubi ex profeſſo de muſica omnis generis agit auctor.

Io. HERBINIUS de cryptis *Kyovienſibus* laudans nonnullarum eccleſiarum modeſtam muſicam, pio zelo efervefcit in abuſus exceſſusque alibi in hac re: „Sane (inquit p. 155. &c.) quando pſalmi atque hymni harmonici in ſpiritu & veritate cantantur, fides piorum in amore filii Dei usque adeo accenditur, ut unita ei fidelis anima ſponſa, extra ſe rapta, vitæ æternæ delicias ſentiat. Cuiusmodi harmonia in *Regiomontanis*, *Dantiſcanis*, aliisque eccleſiis auguſtioribus cantilenæ ac mottetæ ſacræ antiqua fide ac religione, auctore phonaſco clariſſimo STOBÆO, dulciſſime tam latino quam germanico idiomate ac ſpiritu vere devoto reſonant; ſecus quidem, atque *Itali* atque *Galli* abiectis veterum muſicorum *Orlandi* di LASSO, PRÆTORII, VULPII, HAMMERSCHMIDII paullo tardiore, quem vocant, tractu gradientibus mottetis, quas religioſa patrum noſtrorum gravitas atque ſpiritus vere Θεόπνευςος commendat, nova & ſatis quidem levi arte numerisque celerrimis, ita in eccleſia pipiunt, aut ſoluto in luxuriam & concuſſo cachinno boantes tremunt, ut ridere eos, aut inſanire voce ſola canentes exiſtimes haud iniuria. Qua vocis laſcivia devotæ orantium fidelium mentes non impediuntur duntaxat in religione ſua, ſed a vero Dei ſpiritu atque laudibus avocantur, ut non iam Deo, non Chriſto, glorioſæ ipſius gratiæ, ſed cantori *Italo* aut *Gallo* laus artis muſicæ a vulgo in eccleſia attribuatur. Non odio artis muſicæ, cuius ego ſtudioſiſſimus cultor, inque omnibus ſcholis, quibus rector præfui quondam, cultor inſtantiſſimus fui; ſed expertus deſultoriam muſicorum in cantando levitatem in eccleſia fieri ſolitam damno.“

Hac oratione quoscunque demum petat HERBINIUS, confitendum eſt, apud *Lutheranos* ſerio magis ac religioſe curari, ut intra orbitam ſuam conſiſtat, ſeſeque contineat muſica eccleſiaſtica; cum tamen nos iugem in altari ſtatuamus Chriſti Domini præſentiam, coram quo ſumma modeſtia, reverentia, & humilitate miſeris nobis in hac lacrymarum valle ſtandum eſſet. Neque etiam tam facile *Lutherani* ab exteris ſeſe corrumpi ſiverunt, tum quoad genium, cum etiam genus muſicum ludicrum illud, quod foro, vel theatro competit: etſi ſtudioſe etiam *Italiam* imprimis muſicæ cauſa adierint; cuiusmodi non pauca exempla recenſet lau-

datus

Ehrenpforte p. 331. 351. 353. 372.

datus MATTHESON ex ſuo contubernio, qui inde iam a ſæculis optimorum Muſurgorum magiſterio profecerint *Io.* ZARLINI, POLAROLI, GRASSI, PASQUINI, CORELLI, VIVALDI, BIFFI &c. Sed non licet omnibus adire *Corinthum*: nec etiam eam naturæ felicitatem habet promiſcuum ſervumque imitatorum pecus, ut appellat HORATIUS. Ipſa teres atque rotunda *Italorum* lingua muſicæ noſtræ, alii ſaltem quam eccleſiaſticæ, accommodatior creditur; at magis *Græca* foret, ſi trita eſſet. Sic præterea id commode veniret, ut ſcriptura ſacra Nov. Teſt. præſto eſſet. Pſalmi tamen ac cantica Vet. Teſt. cum reliqua ſcriptura ſacra in lingua *Latina* ad gravem & modeſtam, quæ eccleſiam decet, muſicam textum accommodatum præbent, multo magis, quam vernacula ſive *Itala*, ſive *Gallica*, ſive noſtra *Germanica*, vulgaribus tamen cantilenis idonea.

Liturgia precum, & cantionum apud eosdem.

VII. Etſi vero LUTHERUS e re ſua duxerit, ut liturgia precum & cantionum non *Latine*, ſed *Germanice* ageretur; non ſtatim tamen id ubique obtinuit. Feci ego non parvam collectionem ex Mſs. bibliothecæ *Vindobonenſis* eiusmodi formularum, quæ factæ ſunt primis exordiis innovationis in religione ſæc. XVI. adoleſcente, in quibus pleraque haud raro adhuc *Latina* erant. Omnibus vero illis collectaneis, quæ huic operi paraveram, cum aliis infelici monaſterii mei conflagratione an. 1768. combuſtis; ſaltem hic ex uno alterove libro tunc temporis pro eccleſia *Argentoratenſi* facto excerpta do. a)

Varia

a) Titulus primi libelli hic eſt:

Teutſch Kirchenampt mit Lobgeſängen, und göttlichen Pſalmen, wie es die Gemein zu Strasburg ſingt und halt, mit mehr gantz Chriſtlichen Gebetten. Getrukht by Wolff Käppel.

Præfatio item hæc:

Es haben die Diener des Worts zu Strasburg dem alten Gebrauch ſo viel möglich nachgeben, und alſo nachgehende Ordnung des Geſangs der Meß und Veſper &c. Chriſtlicher Weiß vorgenommen, darinnen wir von der Gemein täglich befunden groſſen Fürgang und Meinung des Glaubens. Deßhalb ich ſie neben andern Gebetten getruckht. Allein ſey gewarnet, das du nit achteſt, als ob ſolche Ordnung müſte gehalten werden, dann hienach findeſt du, welches ſey das Hauptſtuckh der Meß, gehab dich wohl.

Sequitur ordo Miſſæ germanicæ ex toto:

Das Introit *oder Anfang der Meß* cum notis muſicis, uti etiam
Das Gloria in excelſis Deo
Die Epiſtel
Das Alleluja cum notis
Das Evangelium.
Dan folget die Predig
Darnach der Glaub cum notis
Das groß Patrem das man nent Symbolum Niceum wird von etlichen geſungen.
Ermahnung gegen dem Volckh
Sanctus
Benedictus.
Sodan kombt der Anfang der wahren Meſſe, und des Herrn Nachtmahl. Verba inſtitutionis. Ultimo gratiarum actio populi cum notis
Die Ordnung der Veſper incipit cum pſal. CXII. cum notis. Similiter Antiphona & pſalmi cum notis.
Darnach folgt das Magnificat, *ein Geſang der Jungfrauen Mariä: Mein Seel erhebt den Herren &c.* cum notis.
Alsdann die Collect.

Varia ſunt ac ſæpius immutata eiusmodi *Agenda*, canendaque eccleſiaſtica, apud *Lutheranos* præcipue; apud quos celebrior eſt, quam apud *Calvinianos*, cultus publicus officii divini. De quibus fuit votum *Io. And.* SMIDII, in diſſert. de lectionariis, ut collecta in unum digererentur opus. a) Erat is ipſe celebris ſcriptor abbas monaſterii eiuscemodi *Mariavallenſis*, ſimulque pro more *Helmſtadenſis* profeſſor Theologiæ, quique multa ad præſens argumentum de cantoribus primitivæ eccleſiæ collegit: quæ vero hic habet de libris ſacra cantica continentibus, ad reliquias officii canonici pertinent apud *Lutheranos* in illis locis, ubi olim fuerat officium ſtatum chori horarum canonicarum. Iuvat

Sequitur:

Ordnung ſo man halt an den Tagen, ſo man allein verkündigt das Wort Gottes, und hält kein Ampt noch Meſſe.

So ſingt man vor der Predigt einen Pſalmen, oder das geiſtlich Lied: Nun bitten wir den heiligen Geiſt.

Und nach der Predigt den Pſalmen Deus misereatur noſtri: *Es wöll uns Gott genädig ſeyn.*

Alterius libri hic eſt titulus.

Die erſten acht Pſalmen Davids nach der rechten Verteutſchung in das Geſang gebracht, wie jezt zu Strasburg die Gemein im Brauch hat. M. D. XXV.

Omnes octo pſalmi (promittuntur autem reliqui) uni melodiæ ſunt aptati.

Tertius libellus inſcribitur:

Der L. *Pſalm Davids* Miſerere mei Deus. *hoch zu ſingen*. 1525. quinque verſiculi cum notis.

Singularis eſt libellus alius:

Von der Evangeliſchen Meſſe, mit Chriſtlichen Gebetten vor und nach Empfangung des Sacraments, durch Caſpar Kanz von Nördlingen.

Præmittitur:

Die Summa Chriſtlicher Gerechtigkeit und des Glaubens Vollkommenheit.

Sequitur:

Von der Evangeliſchen Meſſe wie man ſie halten ſoll. Und werden die Worte der Einſezung des heiligen Abendmahls geleſen, und communicirt der Prieſter ſo er anders dazu geſchückht iſt, und das Volckh.

Nach dem wird das Te Deum laudamus *geſprochen.*

Salve Maria Mater miſericordiæ *lateiniſch.*

Zuletzt aber das recht Chriſtliche Salve. *welches anfangt: Biſt gegrüſſet Maria du Mutter des Königs der Barmherzigkeit &c.*

a) Sic vero ibi: „Utinam ex omnibus illis agendis a reformationis momento ad hæc uſque tempora collectio aliqua inſtitueretur omnium ceremoniarum & officiorum, quæ in diverſis eccleſiis fuerunt vel retenta vel mutata, ut inde haberemus ceremoniale commune eccleſiarum *Proteſtantium*, & ſimul appareret ſpecimen libertatis chriſtianæ in his talibus quædam introducendi vel abrogandi! In quibusdam etiam locis, ubi lectio biblica certis diebus publice peragitur, etiam huius vel illius doctoris eccleſiaſtici capitis cuiusque ſummaria, & uſus theoretici & practici inde deducti, publice præleguntur, ut auditores habeant partim, ad quæ attendant, partim videant, quæ ſuos in uſus transferre debeant. In templis vero cathedralibus, collegiatis, & clauſtralibus, quibus facultas adhuc relicta eſt horas canonicas aliaque officia celebrandi, certi adhuc dantur a prioribus diſtincti libri, qui cantica ſacra, quo ordine & melodiis per totius anni curriculum in matutinis & veſpertinis, itemque intermediis precibus cantari ſoleant, unacum lectionibus & precationibus in unum volumen congeſta exhibent. Teſtis eſſe poteſt Metropolitana *Magdeburg.* eccleſia, quæ ſuis ſumtibus 1613. eiusmodi librum excudi fecit. Teſtis eſt eccleſia *S. Blaſii* apud *Brunſvicenſes:* teſtes ſunt monaſteria, quæ Ducatus *Brunſvico-Luneburgenſis* magno litterarum commodo a tempore repurgatæ eccleſiæ hucuſque conſervavit, fovit, & auxit.“

Iuvat vero paucis annotare ordinem liturgiæ ſeu officii maioris Miſſæ apud *Lutheranos*, prout eam anno primum 1766. expoſuit Anonymus ille ſupra citatus. a) Exordium facit hymnus matutinus. Sequitur *Kyrie eleiſon* muſice, cuius multi compoſitores abuſum faciunt iucunda nimis muſica. Poſtea ante altare diaconus angelicum hymnum *Gloria in excelſis* intonat, ſuccinente populo *Allein Gott in der Höh ſey Ehr &c.* Sequitur muſica: deinde collecta cum lectione epiſtolæ ante altare: tum populus cantionem, quæ ad concionem pertinet, cantat. Sequitur iterum collecta cum textu evangelii, quem diaconus ante altare cantat. Populus immediate canit ſymbolum apoſtolorum, ſequitur concio. Deinceps preces, cantiones, collectæ ante communionem &c. prout in agendis habentur. Improbat auctor uſum illum ſuorum, apud quos muſica fit demum abſoluto officio. Id quod facit auctore LUTHERO, quem dixiſſe narrat *Laur.* MIZLERUS, muſicam habere, neſcio, quam occultam vim; ſe nunquam magis exhilaratum eſſe ad concionem faciendam, quam ſi antea pulchram audierit muſicam. BRENZIUM item adduxerat aſſerentem, ſi verbum Dei muſice pronuntietur, nihil eo efficacius fortiusque eſſe ad conſervationem fidei noſtræ. Taceo alios ibidem laudatos & ſupra recenſitos in eadem bibliothecæ muſ. parte p. 233. & 371. Quibus unum addo pro coronide *Io. Baltaſ.* BERNOLDUM *Altorfii* prof. Theol. ſub feſtum SS. Trinitatis an. 1727. in doxologiam eccleſiaſticam *Gloria Patri* hæc perorantem ſecundum ſuum, ſuorumque uſum ac ſententiam: „De muſica artificioſa, quæ vocis varia modulatione fit, fidibusque, pneumatico organo, & inſtrumentis affabre compoſitis ac belle reſonantibus: utrum in publicis Chriſtianorum concionibus adhiberi debeat, & uſum obtineat? adverſus *Udalricum* CINGLIUM, & ſimiles, quæſitum eſt. Equidem paſſim obvium talis muſicæ abuſum non probo; verumtamen in ſe præcipuum Dei donum, alendoque pio mortalium affectui aptum natum, non puto ſpernendum. Neque enim improbari Deo in univerſum hodie poſſe, quod in DAVIDE, in Levitis, celebratisque cantoribus ſacris olim non diſplicuit, credibile eſt: quemadmodum parum quoque intereſt, ſi quis *Gloria Patri* aſſa voce recitet potius, quam cantillet, ſive plura ſimul muſicorum artificia caſte accedant. Ubi etiam corde potius, quam voce nobis decantantibus, concedimus, dæmona quod pellat, quod ad horrida regna remittat.“ Provocat porro ad *Georgii* KOENIGII heptadem caſ. conſcient. Caſ. I. p. 24.

Muſic. bibliothec. T. III. p. 562.
Pag. 561.
§. *XXXIII. p. 26.*

CAP. III.

a) Betrachtungen über die Kirchenmuſic und heiligen Geſänge deren Rechtglaubigen, und ihren Nutzen. *Breslau* und *Leipzig* 1767. pag. 99.

CAPUT III.

De cantu & muſica recentiorum Græcorum, Moſcorum, aliarumque gentium extra Europam.

I.

G*ræcos* abundare libris ad officium divinum pertinentibus, ac pluribus etiam, quam nos, cantionum generibus, iam obſervavimus libr. II. P. II. ad finem tomi primi. Ex iis etiam, quæ ſpeciminis loco edemus *Græca* monumenta cum notis muſicis, palam fiet, redundare eorum cantum longioribus haud raro ſyrmatis. Metrophanes *Critopulus* in epiſtola quadam ad amicum, quam recudemus in collectione ſcriptorum de muſica ſacra, explicat non pauca nomina, quæ huc pertinent, veluti *εἱρμὸς, τροπάριον, κοντάκιον, ὑπακὸη, ἐξαποςειλάριον, Φωταγωγικὸν, κανών.* Quorum etyma, quatenus ad inſtitutum faciunt, iam dedimus. Diximus etiam de ſtatis orandi canendique temporibus ac horis, quas easdem habent ac nos canonicas, explicatque *Martinus* Crusius in annotationibus ad *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ* librum II. de patriarcha Raphaële, qui carpitur, quod temulentus *οὔτε ὥρας, οὔτε ἑσπερινὸν, οὔτε ὄρθρον αὐτός ποτὲ δ᾽ἐν ἄκουσε,* nullas canonicas horas, nec veſpertinas, nec matutinas ipſe unquam audierit.

Diſciplina cantus apud Græcos poſteriore hac ætate.

Turcogræc. T. I. p. 130. 195. 196.

Canonem appellant, quas nos horas canonicas dicimus, ut ibidem ex vetuſto Mſc. Gerlachii annotat, „Pſalmorum cantio opus eſt SS. Angelorum, qui miniſtrantes continenter Deo aſtant: *Laudate Dominum omnes Angeli ſui.* Pſalmodia noſtra *Canon* dicitur. Quemadmodum agricola, niſi canonem ſuum probe perſolverit, in carcerem coniicitur; ita & monachus, quando neglexerit canonem ſuum, ſtatim deſeritur a gratia: & traditur inimicis ſuis &c.“ Explicat porro *τὰ ἀπόδειπνα* ſeu gratiarum actionem poſt cœnam, deinde *meſonycticum:* inter Nonam item & Veſperas, quæ canuntur a *Græcis* Typica loco liturgiæ: quæ non poſſint quotidie celebrari. Qui cantus, cum liturgia celebratur, præmittitur. Liturgia vero, ſeu proprie celebratio ſacrificii Miſſæ, amplior multo eſt

noſtra,

noſtra, præſertim S. Chrysostomi: unde cum breviores eſſe volunt, utuntur liturgia S. Basilii. Neque vero, etiam dum canunt, facile libros cum notis in manu habent, ex conſuetudine memoriæ infixum cantum tenentes; reliquis ad canonarcham reſpicientibus, ut ſupra p. 308. ex Goarí *Euchologio* notavi. Idipſum ſæpe eorum veſpertino & matutino officio ac liturgiæ Miſſæ, in ſummis etiam feſtivitatibus, præſens ipſe audivi, *Romæ* præſertim, ubi maior eſt confluxus *Græcorum*: fruſtra tamen diu ſpe lactatus a *Græcis*, quibus familiariter uſus fui, exſpectavi vel unum in arte muſica peritum adventurum ex Oriente, cum quo agerem conferremque.

a Legitur inter opera *Io. Bapt.* Donii a) conſilium ad Em. *Card.* Barberinum datum, pro conſervanda pſalmodia *Græcorum*, noſtris reddita notis: ubi eandem notat inſcitiam, præſagitque brevi interituram omnem cantus eorundem notitiam, niſi eo conſervetur modo, quo etiam in uſus noſtros converti queant gratiæ cantus *Græci* melodici apud nos
b inſuetæ. b) An unquam aliquid eiusmodi in lucem prodierit, haud ſcio.
Tabb. Id vero facile iam erit huius rei ſtudioſo, æri incidi a nobis curatis in-
xlviii. ſtitutionibus muſicæ ſeu cantus *Græci* ex codice *San-Blaſiano*, collato
xlix. cum variis codicibus *Græcis*, quales paſſim in noſtris bibliothecis repe-
riuntur; dum interim ab ipſis *Græcis* hodiernis diſciplina ad principia artis conformata negligitur. Chytræus in oratione de ſtatu orient. eccleſ. maiorem adhuc inſcitiam tribuit modernis *Græcis*, quod nec intelligant

a) Diſcorſo all' Eminentiſſimo Signor Cardinale Barberino del conſervare la ſalmodia de' *Greci*, recandola nella noſtra Intavolatura. *T. II. Opp. p.* 161.

b) Eſſendo dunque il canto eccleſiaſtico *Greco* parte molto principale del loro rito, che ella deſidera ſommamente, che ſi conſervi, e illuſtri: come fede ne può fare quell' erudita adunanza di S. Basilio, la quale per queſto fine maſſimamente viene da lei continuamente protetta, ed onorata della ſua aſſiſtenza; credo, che non gli ſarà diſcaro, che io le proponga un modo faciliſſimo da conſervarlo, quanto durera il mondo, e la chieſa ſancta: dove per altro poſſiamo dubitare grandemente, che tra poche decime d'anni reſti del tutto annichilato, ed eſtinto; poichè oltre il vederſi di continuo mancare la nazione *Greca*, già quaſi ſiamo venuti a ſegno, che appena ſi trovi, chi le loro note o ſegni muſicali intenda, e ſappia cantarli: onde non è da maravigliarſi, ſe per l'ignoranza grandiſſima, che regna oggi in *Levante*, appena ſi trovi uno fra molti giovanetti, che vengano in queſto Collegio *Greco* di *Roma*, che ne abbia qualche leggiera notizia; che pero cantando eſſi ſolo per una certa pratica, è forza che rieſca quel loro canto piano (come in effetto ſi ſente) poco grato, e melodioſo. E contuttocio avendo io agli anni paſſati fatto ſentire a un perito muſico di *Roma* uno di queſti cantori *Greci* (ch'eſſi dicono ψάλτας) egli riconobbe in quel ſuo canto ſemplice, ed eccleſiaſtico molti portamenti di voce, e grazie, a noi inſolite, con le quali le noſtre melodíe profane ſi potrebbono arrichire, e perfezionare: la quale ſarebbe la ſeconda utilità, che ne recarebbe tale impreſa; benche indirizzata principalmente alla conſervazzione di queſta parte del rito *Greco*. Cio s'effettuerebbe dunque con eſprimere con le noſtre note muſicali le loro.

ligant non ſolum ex vulgo plurimi, verum etiam ſacerdotes & monachi, *qui bonam religionis partem in horum canticorum & precum recitatione ponunt.* Suavius tamen aliquid in *Græcorum* vocibus modulantibus mihi audire viſus fui, quam *Thomas* SMITH, ipſe etiam teſtis αὐτόπτης ϗ αὐτήκοος, memoriæ prodidit in epiſtola de *Græcæ* eccleſiæ hodierno ſtatu: „Exulantibus (inquit) cæteris humanioribus artibus, quas pax & molle otium alunt, quibusque maxime delectari ſolet ingenua libertas, in *Pag.* 145. iſta miſerrima ac dura, quam ſerviunt, ſervitute, non eſt, quod exſpectes ſolam muſicam ſupereſſe, quæ hic plane inſuavis eſt, & absque omni arte.“ *Chriſtoph.* ANGELUS nihilominus in Enchiridio de ſtatu hodierno *Græcorum*, a *Georgio* FEHLAVIO editus, hæc de eorum muſica habet: Ἄιδουσιν ἕλληνες ἄσματα μετὰ μεγάλης φωνῆς, ϗ ξηρᾶς πολλάκις, ϗ μελῳδικῶς, ὥστε ἀκούειν πάντας; *canunt Græci voce magna & arida ut plurimum, & harmonice, ita, ut omnium aures penetrent.*

Sine inſtrumentali aut alia præter cantum planum muſica.

II. Quodſi vox ξηρὰ reſponderet voci *Aſſæ* apud *Latinos*, prout in muſica excludit inſtrumenta muſica, videri queat, non omnem penitus horum uſum apud *Græcos* excludi; aut ſaltem vocem μελῳδικῶς modulatiorem aliquem, quam ſimplicem ac planum, denotare cantum. Sed fruſtra hæc omnia in templis *Græcorum* quæri, teſtis eſt αὐτήκοος GERLACHIUS apud CRUSIUM, a quo ea de re interrogatus fuit; reſpondit autem his verbis: „Cantus figuralis apud *Græcos* non eſt: niſi quod cantores *Turcogræc.* in templis variata interdum voce ea imitari conantur: & more utricula- *T. I. p.* 197. riorum noſtrorum, alius vocem eodem ſono tenet: alius *Dra Dra* ſaltatorium in modum canit.“ Ipſe id obſervavi, ut unus alterque inter canendum vocem in uniſono inferius continuaret, cæteris cantum modulantibus, ut melodia ſe habebat. Quod vero de notis muſicis addit, ſigna etiam effingens, id levi brachio inter ſcribendum epiſtolam fallente calamo fecit, ut noſtris ſpeciminibus conferenti ad oculum patebit. Quæ autem ſubiungit de inſtrumentis muſicis, ad eorum uſum ſacrum non pertinent. „Inſtrumentis (inquit) muſicis non utuntur: niſi forte teſtudine & clavichordio, ii, qui ex *Chio*, *Cypro*, *Corcyra*, aliſque *Italicæ* imitationis locis veniunt. Habent lyram, inſtrumentum oblongum ſex aut ſeptem chordarum, quod calamo pulſant; βάρβιτον & τρίχορδον, de quibus quæris, ignorant.“ Addit ex ore eiusdem GERLACHII, *Græcos* mirari noſtrum teſtudinis cantum, artificem memorans (*einen Lautenſchlager*) quem D. UNGNADIUS Legatus apud ſe *Cpoli* habuerit.

CODINUS qualem organorum ſeu inſtrumentorum muſicorum uſum commemoret de officiis aulæ *Cpolitanæ*, explicavimus alibi; ipſeque ti-

tulus libri prodit, eum ea deſcribere, quæ ad pompam aulæ imperatoriæ pertinent, Imperatoriſque ſolemnem conductum. Eodem, ni fallor, pertinent, quæ olim in CITRIO inter *Scriptores Bizantinos* notavi; qui vero nunc ad manus non ſunt. Dum autem in hiſtoria patriarchica ſeu eccleſiaſtica poſt *Cpolim* a *Turcis* expugnatam, a CRUSIO *græce* & *latine* edita, de ritu creandi proclamandique Patriarcham ſolemni agitur, is in ſublimi patriarchali throno conſtitui narratur, dato etiam baculo paſtorali in manu, ψαλλόντων τῶν ψαλτῶν ὡς συνήθες τὸν δεσπότην κ̇ ἀρχιερέαν; quæ eſt crebra polychronii acclamatio a cantoribus fieri ſolita.

Turcogræc. p. 132.

Ruſſorum ritus Græci muſica ſacra.

III. Iam BENEDICTUS XIV. ex P. le BRUN *explicat. cerem. Miſſæ* notavit, ritu *Græco Ruſſorum* exeſſe etiam organa & alia inſtrumenta muſica e templis officioque divino. *Caſp.* CALVÖR in *Rituali eccleſiaſtico*, quod ineunte hoc ſæculo *Ienæ* editum eſt, P. II. Sect. V. c. 20. *de organis*, ad *Moſcos* ante paucos demum annos translata eſſe organa refert ex ore ipſius illius artificis organarii inſignis, *qui primus fiſtularum organicarum tormenta magno Zaro* PETRO, *templisque Evangelicorum, quæ habent in urbe Moſcua, fecit.* Sed, an ſacro ſuo ritu *Moſcowitæ* utantur organis, non addit. Admittunt tamen muſicam harmonicam recentioris ævi noſtri, qualem egregie compoſitam pro hoc opere inter collectanea iam igne abſumta ſervavi a 4. vocibus, omnino iis reſpondentem, quæ de eorum muſica *Io.* HERBINIUS de cryptis *Kyovienſibus* narrat c. 14. *De ſacrorum liturgiæ elegantia*, in hæc verba: „Sanctius longe atque elegantius apud *Græco-Ruthenos* colitur Deus, quam quidem apud *Romanos*. Pſalmi enim aliique ſacri Patrum hymni in templis, accinente lingua vernacula populo, arte muſica, in qua diſcantus, altus, tenor, & baſſus harmonia ſuaviſſima & ſonora diſtincte audiuntur, quotidie ibi decantantur. Intelligit apud eos plebs promiſcua, quæ clerus lingua *Sclavonica* vernacula aut canit, aut orat. Hinc omnes coniunctis clero vocibus ea cantant harmonia ac devotione, ut audiens raptum me in ἔκςασιν, *Hieroſolymis* eſſe, primitivæque ibi Chriſtianorum eccleſiæ faciem atque ſpiritum videre, mihi viderer, eoque nomine Filium Dei, ſacrorum *Ruthenicorum* ſimplicitati illacrymando, ex ſymbolo divorum AMBROSII & AUGUSTINI laudavi, inquiens: *Pleni ſunt cœli & terra Maieſtatis gloriæ tuæ.*" Apponit, quibus *Sclavi* ac *Rutheni* cantantes utuntur, notas muſicas, ruditer admodum delineatas ſaltem, ut nec aliter nobis liceret adumbrare in ſpecimine. Idem, poſtquam nervoſe in hodiernam muſicam ſacram declamaſſet: „Quodſi (concludit) avorum noſtrorum ruditas minime probatur; ito mi phonaſce ad *Græcos* in *Dalmatiam*, *Sclavoniam*, *Boſniam*,

Pag. 153.

TAB. X. n. 1.

niam, *Myſiam*, *Ruſſiam &c. &c.* quam tu homo levis fers ſusque deque, etiamnum rides impie, devotam eccleſiæ primitivæ in laudibus Dei ſimplicitatem admirare, atque ediſce, quæ ignoras. Privatim vero vel ipſemet arte muſica tecum concertabo." Vid. *Theophili* WAHRMUNDI liber *Germanicus* de univerſa religione *Ruthenica* p. 37. 66. 67.

IV. A *Syris Armenis*que ſubinde terras noſtras obeuntibus didici, eos in cantu eccleſiaſtico extemporaneo perinde exercitatos eſſe, ut paullo ante de *Græcis* orientalibus diximus. Id vero perhibet *Io.* SCHREDER in *Theſ. Armenico* p. 42. *Armenos* omnes hymnos eccleſiaſticos diſcere. Fruſtra autem ex eis aliquid ad artem compoſitum ſum ſciſcitatus; dumque ad cantandum excitavi, plerumque mihi id *Horatianum* evenit: Syrorum item, ac Arabum.

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos,
Ut nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniuſſi nunquam deſiſtant.

Exhibet ex *Fr.* BLANCHINIO *Mich. Ang.* CAUSEUS in *Muſæo Romano* T. II. Sect. IV. inter inſtrumenta muſica veterum Cymbalum ſacrum *Armeniorum* ſeu tympanum cum crepitaculis. „Tympani (inquit) genus eſt cymbalum, a concava figura cymbæ nomen deducens. Alii tamen malunt etiam pateris, metallicis orbiculari forma præditis, cymbali nomen commune facere: præſertim, ſi, appenſis crepitaculis, concuſſione tinnitum edant; ut *Armeniorum* in ſacris etiam in urbe præſtatur." *T. VII. n. 4.*

V. *Armenis* accenſentur *Æthiopes Abyſſini*, de quibus SCALIGER lib. VII. de emendat. temporum; articulatius vero *Iobus* LUDOLPHUS: „Campanis (inquit a) æneis carent; earum loco tintinnabulis ligneis vel ſaxeis, aut ferreis utuntur, quæ ſtridorem magis, quam ſuavem ſonum edunt. Non multo iucundior eſt muſica ſacra; inſuavi ſatis voce canunt illorum canonici . . . interſtrepentibus veterum *Ægyptiorum* ritu crepitaculis, ſiſtris, crotalis, quæ in feſtis ſolemnibus pulſare ipſi magnates honori ducunt. Accedunt tripudia, & ſaltationes, tanquam imitando DAVIDI ante arcam fœderis ſalienti, ubi tanto ſtrepitu terram pedibus pulſant, ut choreas magis, quam feſtum Chriſtianum agere videantur. Illi exultare ſeſe, & plaudere, atque iubilare Deo IACOB ex præcepto Pſalmorum dicunt, Abyſſinorum tripudia ſacra. a *Hiſt. Æthiop. lib. III. c. 6. n. 87.*

a) Taceo, quæ idem libro II. c. 18. narrat, qua ratione ſupplices *Æthiopes* regi peculiaribus vocibus inclamant, ac monachi imprimis, preces ſuas ad regem delaturi hymnum quendam canunt. In commentario pag. 263. notis etiam muſicis exprimit, quem peculiariter *Ambarenſes*, *Gongæi*, *Tigrenſes* canant.

cunt, ſeque laudare Dominum in tympano & choro, in chordis & organo, etiam in cymbalis, ſed (ut facete TELLEZIUS ait) non bene ſonantibus." Eſt hic P. *Baltaſ.* TELLEZIUS, ex cuius *hiſt. Æthiop.* lib. I. c. 39. p. 96. LUDOLPHUS in *Commentario* p. 380. huc affert locum, ex *Hiſpanico* in *Latinum* ſermonem translatum, de *Æthiopum* muſica: „Muſicam iſtam tanti faciunt, ut ipſe frater Imperatoris RAS-SEELAXUS multum ſibi placeret modis temperandis, quos tamen ſaltantes parum obſervarent. Quin & patruelis eius MELEAXUS, ſupremus Imperatoris aulæ magiſter, ſibi valde gratulabatur, cum illius vices eſſent tympana illa ruſtica pulſandi." Idem etiam confirmatur ex *Itinerario Chriſtoph.* FUHRER. ed. *Germ.* pag. 94. habere ſcilicet *Habeſſinos* duo tympana, æneis (*Heerpaucken*) ſimillima, tintinnabulis plena, quæ pulſent, ſimulque exiliant, & ſaltent, *Halleluia* creberrime concinentes: nihilominus inconditam hanc muſicam mire placere.

Addit LUDOLPHUS alia teſtimonia de tripudiis in *Habeſſinorum* cultu ſacro uſitatis ad crepitaculorum, tympanorumque ſonitum, quæ *Ioh.* COTOVICUS in ſuo *Itinerario Turcico* appellat, inſtrumenta ænea „quæ manuum quodam motu percuſſa ſonum edunt, ſuis hymnis & pſalmodiis mire congruentem. Pſallentes aſſiduo corporis motu ſeſe exagitant, utrumque per vices flectentes genu. Ipſa vero Dominicæ reſurrectionis nocte viri, feminæque ſimul conveniunt, tympanis, citharis, aliisque inſtrumentis muſicis perſonant, clamoribus, cantuque diſſono perſtrepunt, ad plauſum manuum choreas ducunt, & uſquedum illuceſcat, ſummo cum iubilo ac corporis defatigatione tripudiant." Idem dum *Iac.* WORMSER in *Itinerario* p. 221. confirmat de cantu, ſaltuque nocte perpeti, crepitacula lignea circulis ferreis inſtructa memorat, quæ quadantenus *Semantris Græcorum* conveniunt, quorum ſub *Turcico* iugo Chriſtianis, ut diximus, uſus eſt ad convocandum populum. Affert porro LUDOLPHUS in *Commentario* etiam ſolemnia quædam verba, quibus ſic tripu- *Pag.* 381.
diando canentes utuntur, ex *Æthiopico auctore Organi*, qui de S. MARIA Virgine ad hunc morem alludens ait: *Laudat te S. Eccleſia plaudens manibus: & tripudians pedibus.* Alibi vero: *Plaudo manibus meis ad pſallendum tibi: & tripudio pedibus meis ad celebrandum te veluti iubilo.* Addit, GREGORIUM, *Abyſſinum* ſcilicet, cuius opera in veſtigandis rebus *Æthiopicis* uſus fuerat, cum animadverteret, ſe ſummopere talem morem mirari, tanquam a dignitate cultus ſacri alienum, reſpondiſſe: An non etiam miraretur DAVIDEM, & omnem *Iſrael* ludentem coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & ſiſtris, & cymbalis: ſaltantemque totis viribus ante Dominum?

VI.

VI. Monachi quoque *Turcici*, quos *Dervis* vocant, perinde tympanis a) & fiſtulis cum genere quodam choreæ utuntur, ex veteri teſtamento a patriarcha IACOB rem repetentes, atque etiam exemplo DAVIDIS ſe tuiti, cum aliquando eis iuſſu Sultani id vetaretur: quam in rem RICALTIUM, qui tunc *Cpoli* fuerat, teſtem citat *Ger. Corn. von den* DRIESCH, qui hiſtoriam legationis Comitis *Hug. Damiani de* VIRMONDT ſub CAROLO VI. ſcripſit. HOORNBECKIUS perhibet, *Turcas* ſua lingua pſalmos etiam DAVIDIS in ſuis templis cantare, MUHAMEDE pſalterium in *Alcorano* azoara XI. commendante, dicenteque, illud DAVIDI e cœlo miſſum, ut mundo traderet. Ex lege eiusdem *Alcorani* muſicam omnem aliam, præter vocalem, in ſacris reiiciunt, voce humana populum e turribus ad cœtum convocantes, uſu campanarum reiecto, etiam apud Chriſtianos *Turcis* ſubiectos: moxque SALADINUS *Ægyptius*, capta *Hieroſolyma*, civitatem ingreſſus campanas e turribus eiecit, ut *Ang.* ROCCA ex variis teſtatur ſcriptoribus cap. 1. de campanis. *Turcicorum* ſacerdotum *alla alla* notis muſicis expreſſum reddit KIRCHERUS in muſurgia, ſed veluti incerta fide: „ Audio (inquit) nonnullos ſacerdotes *Turcicos*, quoties *alla alla* illud „ ſuum ſolemniter intonant, hoc clauſulæ genere intervallis miris, inſolitis, conciſis, abhorrentibus referto uti, cuius mentionem & KEPLERUS „ in ſua harmonia fecit; nihil tamen in hoc occurrit, ut aliqui obiiciunt, „ non diatonicum.“

Monachorum item Turcicorum,

Hiſtoriſche Nachricht. §. 8. *B.* 3. *p.* 333.

Exercit. theolog. lib. I. c. 11. *p.* 318.

Lib. VII. c. I. p. 568.

VII. Affert ſimul KIRCHERUS noſtris redditum muſicis notis ibidem ex relatione P. SAMEDII S. I. qui apud *Chinenſes* multis annis converſatus fuit, eorum *Chuypo*, clauſulam nempe, qua utuntur, dum CONFUTIUM adorant. P. *Matthæus* RICCIUS in *hiſtoria exped. Chriſtianorum apud Sinenſes* de eorum muſica hæc ſcribit: „ Inſtrumentorum apud *Sinenſes* muſicorum varietas eſt & copia; ſed organis carent, atque clavichordiis, & omni huiusmodi inſtrumento. Fides inſtrumentis omnibus adhibent e crudo byſſo retortas; ex animalium fibris ne confici quidem poſſe notant. Inſtrumentorum tamen concinnandorum ſymmetria noſtræ reſpondet. Muſica porro omnis ars in unius vocis ſono conſiſtit, vocum diverſarum diſcordem concordiam plane ignorant. Et tamen ipſi de ſua muſica ſibi maxime blandiuntur, quæ noſtrarum aurium iudicio ſuperbiſſimo abſona omnino iudicatur. Et quamquam ipſi ſibi primas de muſicis concentibus arrogent, noſtratia tamen organa, & cætera, quæ hactenus audierunt inſtrumenta, admirantur; idemque fortaſſe de noſtrarum vocum harmonia iudicabunt, cum eius artificium ſonosque perceperint, quos

Chinenſium, Iaponenſium &c. muſica.

a) Inſtrumenta *Turcis* familiaria, quid cum crotalis commune habeat, ego non video.

quos hactenus templa noſtra non audierunt; omnium quippe rerum fere muta ſunt rudimenta. "

Muſicæ antiquæ indagatores, qui aut veteres concentu plurium vocum caruiſſe ultro concedunt, aut ſaltem neglexiſſe putant, hoc in argumentum aſſumunt. *Iſaacus* VOSSIUS *de poematum cantu & viribus rhythmi* p. 94. dum memorat, quod, qui illas oras adierunt indocti, in *Sinarum* reprehendant comœdiis, quod cantum contineant propemodum μονότονον, unius eiusdemque ſoni, ac vocis humanæ intenſione; addit, dici vix poſſe, quantis cachinnis excepti fuerint, poſtquam *Europæi* ſuæ muſicæ ſpecimen exhibuere. „Nec *Sinis* modo (pergit) ſed & *Iaponenſibus* a) quoque hanc diſplicere, teſtes ſunt non ſine magno ſuo dolore, quotquot *Ieſuitæ* terras illas frequentarunt. Et ſane minime hoc mirum videri debet, ſi quis hodiernæ ſimplicitatem ſpectet muſicæ; iſtam quippe quanto penitius cognoveris, tanto magis intelliges, nihil omnino aliud in receſſu habere, præter inanem ſonum: illum quidem aliquando harmonicum, ſed tamen omnis rationis & ſignificationis expertem. Talem vero cantum velle obtrudere *Sinis*, populorum, quotquot ſol aſpicit, longe cultiſſimo, non temeritatis ſolum, ſed & extremæ fuerit dementiæ. "

Accedant huic, qui quidem diſpar muſicæ antiquæ ſtatuunt pretium, PERALTII fratres, quorum alter ad *Chinenſes* præcipue, gentem cultiſſimam, b) alter ad *Turcas*, aliasque tum cultas, cum barbaras gentes provocat: veluti etiam ROUSSEAU in lexico v. *Harmonie* apud ſolos recentioris ævi *Europæos* obtinere hanc muſicam harmoniam obſervat. Idem v. *Caracteres de muſique* ſolis *Europæ* nationibus id tribuit, quod ſciant muſicam ſcribere, ſeu characteribus quibusdam exprimere: id ſaltem eſſe certum, *Arabes* & *Sinenſes*, qui litteras maxime excoluere, carere eiusmodi characteribus. Singulare eſt, quod de *Perſis* habet, eos nomina villarum vel humani corporis quadraginta octo tonis muſicæ ſuæ dare. c) Habes apud eundem modulationem notis noſtris expreſſam cantionum *Sinenſis, Perſicæ & Canadarum. Planch.* lit. N. EX BLANCHINIO CAUSEUS in

a) *Iaponenſes* eiusdem in muſica palatus eſſe cum *Chinenſibus* feruntur.

b) *Chinois*, peuples qui paſſent pour avoir eu de tout tems les eſprits les plus polis & les plus delicats de toute la terre, & qui ne peuvent ſoufrir la muſique a pluſieurs. *Hiſt. de la muſique & de les effets* T. III. p. 251. Vid. Tom. I. pag. 120. ſeqq. ubi quo in pretio ſit muſica, uſuque ad ornanda feſta & celebritates, idoneis teſtibus pluribus oſtendit.

c) Ils diſent, par exemple, pour donner l'intonation d'un air; Allez de cette ville a celle la: ou allez du doigt au coude. Mais ils n'ont aucun ſigne propre pour exprimer ſur le papier ces memes ſons. Et quant aux *Chinois*, on trouve dans le P. du HALDE, qu'ils furent etrangement ſurpris de voir les *Ieſuites* noter & lire ſur cette meme note tous les airs *Chinois*, qu'on leur faiſoit entendre.

in *Theatro Romano* Sect. IV. deſcribit, exhibetque Tab. III. n. 23. & 24. *T. II. p.* 33. duplex *Sinenſium* organum, alterum πολύαυλος utriculare, alterum Dulcino *Europæorum* perſimile ex *Caſp.* Calvör Rituali P. II. p. 693. ubi genus hoc tubæ graviſſimæ a noſtris ut vocant, Fagottis non admodum diverſum in manu ſenis, qui accinenti adſtat, repræſentatur, cum cæteris trium generum pulſatilis, enchordi, & pneumatici inſtrumentis; in ſingulis exhibens *Sinarum* inventa æneo iconiſmo P. II. S. V. c. 20. Vid. quæ modo laudatus Calvör de muſica funebri *Hiſpanorum*, *Livonorum*, *Lettorum*, *Lapponum*, *Thracum*, *Indorum*, *Perſarum*, *Sinenſium*, *Africanorum* de *Madagaſcar*, *Mexicanorum* P. I. lib. III. Sect. II. c. 24. *de cantu funerali &c.* differit.

Neque vero eſt natio aliqua hominum fera adeo ac barbara, apud quam non aliquod muſicæ genus obtineat: brutiſſimum etiam inter pipedes creditur genus, quod *Hotantots* appellant, ex ſono, quem ſaltantes edunt, cum menſura ſaltem aliqua muſica. *Chriſt.* Columbus muſicam reperit apud *Indos* occidentales, etſi nec veſtigium aliquod ſcripturæ ſeu artis ſcribendi deprehenderet. Hæc aliaque collegit auctor *Gallicus hiſt. muſ.* de variis mundi plagis recens detectis in *America*, quarum incolæ ſeu noſtri, ſeu nigri ſint coloris, plerumque quatuor ſaltem tonorum muſicam tenent. Notat porro genuset iam quoddam organi alicubi, ex ore D. Helliot, qui utramque *Indiam* orientalem & occidentalem peragravit, atque uſum quendam ſacrum ſaltandi cantandique. a) Plura nobis D. Burney promittit de muſica novi orbis recens etiam detectis terris.

Americanorum.

T. I. p. 33. 108. *T. III. p.* 241.

a

CAP. IV.

a) „Les dans & le chant ſont fort en uſage chez les peuples de nouveau monde, & il paroit, ainſi que nous l'avons dit, dans ces deux pratiques quelques traces d'un culte religeux. Pour leurs chanſons, elles roulent ſur les beaux faits de leurs Peres, & ſur la ruine des leurs ennemis. *Hiſt. generale des ceremonies, mœurs, & coutumes religieuſes &c. des Africains* T. VII. ch. 3. p. 44. Et chap. IX. p. 59. „Diſons quelque choſe du chant des *Americains.* Quoiqu'ils n'obſervent ni regle, ni art, ils en tirent des uſages, qui leur ſont communs avec tous les autres peuples. Le chant leur ſert a louer les Dieux, & les hommes, a ſe divertir & a regler les pas de leurs danſes. On croit aſſez, qu'il n'y a ni élegance, ni delicateſſe dans les chanſons des ſauvages: cependant on y trouve des figures, quelque elevation, des expreſſions diſtinguées du langage populaire, un ſens myſterieux & enveloppé, des inverſions de phraſes, des ſailles, qui ſont l'effet de ce, qu'on appelle verve: en un mot, tous les déreglemens cauſés par cette fureur Poetique, qui de tout tems a trompé les peuples, & leur a perſuadé, qu'elle parloit comme les Dieux. *Et p.* 60. Tous les conquerans du nouveau monde, & nos meilleures relations aſſurent, que tous ces peuples ont l'uſage de la poeſie; qu'ils ſont des chanſons a la gloire de leurs Dieux, & de leurs Heros, comme nous les pratiquons aujourd'hui, & comme le pratiquoient autrefois les peuples de l'antiquité, meme les *Scythes*, les *Cimbres*, les *Goths*, & les *Allemans.* Vid. T VI. p. 137. les effets de la muſique ſur les pretres & ſur les prophetes des anciens payens. “

CAPUT IV.

Ars, ac inſtitutio cantus & muſicæ ſacræ poſtrema hac ætate.

I.

Muſica conſtat medolia & harmonia.

Iam velut e diverticulo ad noſtrum redeamus cantum, hodiernamque muſicam eccleſiaſticam, quæ melodia conſtat & harmonia; illa in ſucceſſione, hæc in coniunctione ſeu combinatione diverſorum ſonorum ſimul eodemque tempore, conſiſtit. Illa iterum duplex eſt pro diverſitate muſicæ ſeu cantus plani, vel figurati.

Cantus planus Gregorianus, Mozarabicus, Ambroſianus.

II. Uſu eccleſiaſtico, & antiquiſſima præſcriptione, obtinet hodieque cantus, quem proprie choralem ſeu planum vocamus, idem ſibi ſemper ſimillimus; tantum quod *Ambroſianus*, & *Gregorianus*, genere idem, aliquantiſper inter ſe differant, veluti etiam ritu. His tertius accedit *Mozarabicus*: quod officium etiamnum in eccleſia *Toletana* dici quotidie *cum tono*, iam ſupra notavimus. Pag. 272. Donius in diſſertatione *de muſica ſacra* obſervat, intonationes quoque eius ritus, ſaltem in vetuſtis quibusdam codicibus, ſupereſſe. Annotaverat is in bibliothecæ *Laurentianæ Eſcurialis* elenchis tractatum quemdam, qui inſcribitur *Mozarabes intonationes.* Cuius ſpecimen aliquod petiit a *Luca* Torrio epiſt. 81. p. 131. *Si ut arbitror*, addit, *ſacros cantus liturgiæ Mozarabum continent ... Peropportunum id erit illuſtrando operi, quod molimur de muſica ſacra vel eccleſiaſtica.* Nihil vero amplius ad rem occurrit apud Donium in diſſertatione illa *de muſica ſacra*, aut alibi, inter copioſa eiusdem opera de muſica. Reſtitutum fuiſſe a Card. Cimenio officium *Mozarabicum*, iam
a notavimus. a)

Neque vero eſt, quod hic addamus: cum haud dubie in genere cantus plani conveniat cantus ille cum *Gregoriano* & *Ambroſiano*, de quo *Fran-*

a) P. *Henr.* Florez in *Hiſpania ſacra* ad finem diſſertationis de antiqua miſſa *Hiſpanica* ſeu officio *Mozarabico*, ſequentem huius reſtitutionis chronologiam colligit ex præmiſſis: „ En el 1436. reſtauro en aniago el oficio *Muzarabe* el Sennor Obiſpo de *Segovia*. Deſde el anno 1500. ſe reſtauro en *Toledo*. En el 1517. ſe introduio en *Salamanca*. En el 1567. ſe hizo otra fondacion en *Valladolid*, para perpetuar a quel Rito. " *Eſpana Sagrada T. III. p.* 36o.


Franchinus Gafforus *Laudenſis*, ditionis nempe etiam ſacræ *Mediolanenſis*: „*Ambroſiani* noſtri (inquit) atque *Gregoriani* clerici cantum planum vocant: quoniam ſimpliciter & de plano ſingulas notulas æqua brevis temporis menſura pronuntiant. Non enim concinnitatis noſcitur ſervare naturam; ſed quod certi ipſorum modorum (quos & tonos vocant) limites & termini, atque vocum congreſſiones & tranſitus, ſecundum ſcilicet naturalem diatonici generis diſpoſitionem obſervari pernoſcuntur: cantilenarum ac totius modulaminis exordia in ipſo ut plurimum comprobantur.“ Notat ſubinde differentiam ſecundum tonos eccleſiaſticos uſitatos *Ambroſiani* & *Gregoriani* cantus ſeu melodiæ. Quæ tamen ipſa vox apud *Ambroſianos* idem ſignificat, quod paſſim iam neumam dici a medio ævo obſervavimus. Eſtque ipſi etiam Franchino *vocum ſeu notularum unica reſpiratione congrue pronuntiandarum aggregatio.* Hæc vero definitio non propria adeo eſt, ac poſtea allata deſcriptio, eam ipſam ad rem, ſeu nominis diſtinctionem, de qua modo diximus: „Solent quoque (inquit) cantores eccleſiaſtici in canticis, ut ſunt *Alleluia* & verſus, ac in eo genere plurima, circa unam eandemque vocalem continuato & perenni tranſitu modulari. Id *Ambroſiani* communi nomine melodiam appellant: divinam ſcilicet Trinitatem & angelicam harmoniam (ut ipſi aiunt) mente & animo interea percurrentes.“

Lib. I. Muſicæ arctioris c. 1.

Ib. cap. 8.

Cap. ult. lib. I.


Sed videntur *Ambroſiani* his cincinnis parcius uti. Nempe cantus *Ambroſianus* ad unam reſtrictus provinciam melius ſe intra orbitam, quam *Romanus*, totam fere *Europam* pervagatus, continere potuit. De cantu hoc *Ambroſiano* egimus T. I. p. 252. ſeqq. & ſparſim alibi. Si D. Burney credimus (Diar. itin. muſ. Vol. I. p. 59.) nec ipſi *Mediolanenſes* de eo certi aliquid habent, fruſtraque *P.* Io. *Bapt.* Martini in hoc argumento deſudavit. Genere certe, atque adeo inſtitutione non differt a *Gregoriano* ſeu *Romano.* Speciminis loco apponam, quas laudatus Franchinus ad finem libri primi deſcribit *Ambroſianas* pſalmodiarum terminationes, ſecundum octo tonos eccleſiaſticos *Gregorianis* plerumque ſimpliciores, *quas Ambroſianæ* (inquit) *modulationes frequentius comitantur.*




Euouae primi toni. Euouae ſecundi toni.



Euouae tertii toni. Euouae quarti toni.



Euouae quinti toni.




Euouae ſexti toni.




Euovae ſeptimi toni.



Euouae ſeptimi toni.



Euouae octavi toni.



Euouae octavi toni.

Muſica rhythmica neglecta.

III. Tractationem autem de muſica menſurata ſeu figurali deinceps a ſuis primordiis repetens, auſpicatur libri ſecundi caput primum hoc aphoriſmo rubricæ inſtar poſito: *Menſuram temporis in voce poetæ & muſici brevem & longam poſuere.* Quæ nimirum ad rhythmum ſpectant, nunquam magis in muſica neglectum, quam dum poſteriore ævo ſemper magis ſonorum menſura ac tempus diſpeſci in minimas partes uſuvenit; ut ſi uſpiam, id vulgatum hic obtineat: *copia inopem facit.* Sed hæc ipſa eſt ratio, quod hodie notarum tantum attendatur menſura; veteres autem, qui hac ſignorum varietate caruerunt, ſyllabarum quantitatem ſpectabant. *Eſt igitur cantus (melos) & quidem perfectus*, inquit BRYENIUS, *illud, quod ex harmonia, & rhythmo, & prolatione conſtat: ſive acumine & gravitate, celeritate & tarditate, longitudine item & brevitate.* Gravis eſt *Lor.* GLAREANI Dodecachordi lib. I. c. 39. & ultimo *ad phonaſcos de inveniendis tenoribus* admonitio. Tenorem ibi pro harmonia, ſeu melodia accipit, *qui*, inquit, *auribus dulciter verbis apte iunctis inſonet, mentique inſideat, ac in audientis animo aculeos relinquat, in quo naturæ vis expreſſa videatur. Denique in quem animus hominis aliquando velut e ſomno experrectus prorumpat.* Melopœi noſtri ſoli ſonorum compoſitioni intenti, ut ex verbis ipſis vis & energia cantui accedat, qui in animos ipſos influat, non curant, ut veteres. Eſt hoc argumentum libri ab *Iſaaco* VOSSIO editi *de poematum cantu & viribus rhythmi*: ubi hoc utraque in pagina in muſica noſtra deſiderat. *Cantus*, inquit p. 29. *non poteſt ſubſiſtere, ſi ſyllabarum non conſtet quantitas, huius vero nullam vulgo haberi rationem, apud pleroſque in confeſſo eſt. Uno enim ore omnes fatentur, negligi hoc tempore veram & naturalem ſyllabarum quantitatem; ſed hunc defectum commode ſuppleri cenſent accentuum obſervatione.*

Apud Walliſ. lib. III. harm. ſect. 10. p. 502.

At

At poſtremum hoc etiam vulgo negligitur, miſcenturque quadrata rotundis, longa brevibus, prout ſe thema muſicum ſeu harmonicum offert; cui haud raro iam perfecto verba demum innectuntur, quæ neceſſe eſt langueſcere, omnique deſtitui energia.

Secundum Vossium muſici veteres triplicem fecerunt vocis motum, *continuum*, *diaſtematicum*, ſeu intervallis diſcretum, & *medium* inter utrosque. *Continuum* ad vocem loquentium refert: *diaſtematicus* proprie ad muſicam pertinet. „Cantantium autem vox (inquit) debet habere intervalla non ſonorum tantum, ſed & temporum, ita ut ſinguli pedes & ſingula membra exacte diſtingui poſſint; aliter enim olim ſi fieret, non canere, ſed loqui dicebantur. Erant quidem etiam olim aliqua cantica, quæ ἀπνευςὶ & velut uno ſpiritu abſolverentur, ſed levia & nullius pretii, vixque alium uſum habentia, quam ut cantui diaſtematico velut nævi quidam permixta, maiorem adferrent ornatum. Ille autem cantus ab antiquis maxime probatur, qui fit non ἀποτάδην, ſed κατὰ κόμμα, non continuus, ſed in partes & membra diſtinctus. Hodie id fere negligitur, poſtquam ſublato metro & carminum dimenſione barbarus & inconditus ſucceſſit cantus.“ *Pag. 30.*

Hymnos ſacros Urbanus VIII. metricis legibus reſtituit: „Hymni (inquit in bulla *Divinam pſalmodiam*) paucis exceptis, qui non metro, ſed ſoluta oratione, aut etiam rhythmo conſtant, vel emendatioribus codicibus adhibitis, vel aliqua facta mutatione ad carminis & latinitatis leges, ubi fieri potuit, revocati, ubi vero non potuit, de integro conditi ſunt, eadem tamen quoad licuit ſervata ſententia.“ Laudat hunc pontificem Mecœnatem ſuum *Io. Bapt.* Donius in epiſtola dedicatoria *lyræ Barberinæ*, quod illius incomparabili ingenio doctrinaque multiiugi, maſcula illa caſtaque poeſis, quam tantopere admirabamur in priſcis, ſua ætate rurſus refloruerit. Ipſe haud dubie ea in re Pontifici, reſtituendo veteris muſicæ decori intentiſſimus, operam navavit; quod paullo poſt innuit, his verbis: „Quo conſilio rem novam, ac nemini hactenus tentatam aggreſſi ſumus, ut de tota ratione modulandorum carminum latinorum iuſto commentario tractaremus: in quo præter alia multa, ut parum hodie nota, ſic ad veterem muſicæ præſtantiam, ac maieſtatem in uſum revocandam neceſſaria, niſi me animus fallit, vulgo innoteſcent: tum illud præcipue apparebit, quam ſapienter ac providentiſſime, ut omnia, Sanctitatis tuæ iuſſu hymni ſacri metricis legibus reſtituti ſint nuper, ſine quibus videlicet præcipua ſui parte, quæ rhythmus eſt, mutila, ac deficiens muſica facultas videri poſſit.“

Hymni metrici ab Urbano VIII. P. reſtituti.

Idem

Idem paſſim hoc inculcat, præſertim vero in opere *de præſtantia* T. I. p. 142. *muſicæ veteris* hinc etiam argumentum petit: „Melopœiæ ἐκ τοῦ ἀντιστρόφου, (inquit) reſpondet rhythmopoeia; effectricis muſicæ non obſcure & ipſa pars: cuius antiquus ſtatus & conſtitutio quantum recenti huic præſtet, non difficile probatu eſt. Nam cum ex tribus ſummis rhythmorum generibus, quibus priſci artifices utebantur, parili, duplo, & ſexcuplo, ſive ſeſquialtero (quæ aliis nominibus vocantur *Dactylicum*, *Iambicum*, *Pæonicum*) tertium nobis deſit, ex prioribus duobus quodammodo compoſitum; quid ſupereſt, niſi ut noſtram egeſtatem, ac negligentiam agnoſcamus? Mirum, ſcio, & hoc cuipiam videbitur; verumtamen auctor ei ſum, ut vel ὁδοῦ πάρεργον inſpiciat, quæ ſuper hac re Donius noſter (ita is ipſe in dialogo loquitur) appoſitis etiam exemplis diſſeruit in adnotationibus ſuis ad compendium de generibus ac tonis muſicæ. Quare ſi ulla in re, hic certe, hodiernorum muſurgorum incredibilem quamdam oſcitantiam mirari licet; qui cum infinitis prope rhythmicorum temporum notis, ut nudius tertius dicebam, ſuos referſerint libros, ac maximam rhythmorum varietatem poſſidere ſe putent; ſi res ad calculum redigatur, valde inopes reperiuntur. "

Iam Glareanum audiamus: „Ego tenorem requiro, quem unus vel ſolus ſecum perſonet, vel aliis accinat, vel quem multi ſimul, ſed unum intonent, quemadmodum in choro ſacri hymni ac pſalmi adſolent. Præterea eum requiro, qui brevibus longisque ſyllabis ſua det tempora, quod in choro hodie, mirum, cur non obſervetur, olim, ut puto, non neglectum; unde adhuc puto eſſe, ut non nunquam uni longæ ſyllabæ plures datæ fuerint notulæ, quamquam poſteri hoc ita deinde neglexerunt, ut brevibus pariter ac longis promiſcue plures dederint notulas. " Laudat poſtea Franchinum, & ſuæ ætatis cantores, ad ſyllabarum differentias oſtendendas brevibus ac ſemibrevibus uſos notulis: tum priſcos illos, qui, ut „affectus exprimerent, magis harmonias verbis aptabant, quam aut menſuræ aut numeris verba; quanquam omni carmini ſua quædam eſt menſura, ſed non prorſus, ut nunc exigunt muſici. Sunt & notulæ affectuum, quas lectoris iudicio examinandas relinquo. "

Hoc vero maxime eſt, quod ſibi proponere debet, qui muſicæ pro eccleſiaſtico uſu pangendæ modulandæque operam collocat, ut ad pietatem affectum commoveat, eumque animi ſenſum, quem propoſitum thema continet. Idque nonnunquam faciunt optimi quique ſatis feliciter hodieque, quos *ad textum componere* dicimus; ſed deeſt plerumque vis ac

energia

energia illa, de qua hic loquimur, deberetque muſicæ menſuratæ eſſe vel maxime propria, ſi imitaretur muſicam veterem rhythmicam metricamque. Affert Glareanus quædam modulationum exempla tum ſua, quas nimirum dicit, ſe iuvenem in Horatii odas finxiſſe harmonias; cum etiam *Roberti* Gaguini celebris *Francicarum* hiſtoriarum ſcriptoris, elegiaci carminis harmoniam *plenam fletu & lacrymis:* atque *Hermannum* Buschium inſignem illa ætate poetam memorat, ad *Ionicum* cantantem ſuam *Floram.* „Carmen erat (addit) heroicum de laudibus inclytæ urbis *Agrippinæ,* quo intra annos octingentos, non puto, quidquam conditum elegantius, quod & ipſi litterarum principi D. Erasmo aliquando viſum fuit. Et ipſe etiam Buschius illud idem carmen ad eum, quem dixi modum, non minus graviter, quam eleganter decantavit coram univerſitate *Agrippinenſi* anno a Chriſto nato M. D. VIII. quem ego tunc adoleſcens viginti annorum magna voluptate audivi."

Pag. 181. *P.* 187. *P.* 188.

IV. Hæc idcirco commemoranda duxi, ut ſtudium melopoetarum noſtrorum excitarem ad rhythmopoeſiam, fere neglectam in ipſa muſica menſurata ſeu figurali, quæ ſuapte natura ad hoc accommodata eſt. Notularum quippe differentia ſupplere poteſt in muſica ſacra quodammodo rhythmum & metrum, ſi quidem illa ſua themata rectiſſime ex ſacra ſcriptura repetit, quæ metro ac rhythmo carent. Nihilominus vero videas peritiores muſurgos proxime elapſorum ſæculorum maximam vim muſicæ ſuæ addere ex ſyllabarum quantitate, accentu proſodico emphaticoque notis & melodiæ apte innexo applicatoque, antequam ſoli fere celeritati ſtuderetur, ac muſica figuralis in minimas diſſiliret particulas. A ſæculo decimo quinto, ſunt, qui epocham muſicæ figuralis repetendam putant, annum idcirco iubilæum meditati in gratiam Dunstaphi *Angli,* qui circa anno 1440. floruit, excoluiſſeque muſicam maxime dicitur. Tunc vero ac diu adhuc poſtea duæ tantum menſuræ ſeu temporum agnitæ ſunt ſpecies, perfecta nimirum trium, altera duorum, quam imperfectam dixerunt. Tempus, modus, ac prolatio figebant notarum valorem. „Tres ſunt gradus muſicales (inquit Listenius) ſcilicet modus, tempus, & prolatio. Modus debita menſura longarum & maximarum. Eſt enim in notulis (quemadmodum in cæteris rebus) ſecundum temporis menſuram, & numerum notularum ſemper obſervandus modus, quem a moderata modulatione dictum putant. Hic in ordine graduum recte primum ſortitur locum, quod in primas ac præcipuas notulas, utpote maximas & longas vim ſuam exerceat. Tempus proximum, quod in proximas

Muſica figuralis primitus ſimplex;

De muſica menſurabili P. II. c. 4.

ximas & breves agat. Prolatio vero poſtremum, quod poſteriores ſemibreves & minimas conſideret, tot enim antiquitas notulas habebat, quibus ſingillatim hos gradus tribuebat, ut ſinguli in ſingulas, tanquam ſibi proprias, non promiſcue in omnibus, agerent.“

Poſtea ultra modum aucta.

Iam quidem tunc ab hac ſimplicitate abitum eſt, ſed non tanto, ut deinceps, exceſſu. Adhuc magis ſuæ definitioni reſpondebat muſica figuralis, quam talem ponit laudatus Listenius: „Muſica figuralis eſt muſicalium graduum ac proportionum ſub certa menſura figurata cantandi ſcientia. Hæc conſtat (addit) variis planeque diſſimilibus notarum, pauſarum, ac ſignorum figuris. Figura eſt ipſe habitus ſeu diſpoſitio, qua notæ & quælibet pauſæ liquido cognoſci queunt. Notarum vero alia ſimplex, alia ligata, alia minor dicitur.“ Longum vero eſſet percenſere, quantis ambagibus inſtitutio muſicæ figuratæ involuta, quam confuſa & intricata fuerit; quod adoleſcente adhuc ſæculo XVII. queritur *Io. Bapt.* Donius lib. I. de *præſtantia muſicæ vet.* etſi tunc magna iam obſoleverit parte. „Iam vero (inquit) quot inutiliter paginas implent tam multis fuſiſſime tradendis, quæ tanquam ſupervacua prorſus, ac nullius plane uſus, non heri atque hodie obſoleverunt? Quotus quisque, quæſo, eorum eſt, qui regulas illas concentuum innumerabiles, quas nemo unquam memoriter comprehendere poteſt, usque ad faſtidium in ſua ſcripta non congerat? Qui non paſſim legentium oculis ingerat, tanquam pulcherrima quædam ornamenta chartarum, & quaſi vermiculati operis ſpeciem, tot inaniſſima ſchemata temporum rhythmicorum? qui non illa toties recoquat, quaſi braſſicam quamdam, quid ſit Modus, Tempus, Prolatio? quotve ſint eorum combinationes ac formæ, in maiores, minores, in perfectas atque imperfectas, futili ſubtilitate diſtinctæ? quæque, ſi utilitatem requiras, nulli plane uſui ſunt; ſi proprietatem vocabulorum, nihil minus ſignificant, quam quod ſignificare primo aſpectu videntur. Mitto tot claves, tot ligaturas, tot proportionum ſpecies, tot pauſarum ſigna, tot punctorum genera, Perficientia, Augentia, Diſcernentia, Alterantia; cum regulis, exceptionibus, atque obſervationibus pene infinitis, circa notarum, quem vocant, valorem, atque uſum; ut ne a conſummatiſſimis quidem hac in arte ſatis probe teneantur. Mitto tot alia pene innumera, quibus ſuos inferciunt libros, legentium otio abutuntur, bonas horas male perdunt, ac ſuam demum produnt ſtupiditatem. Quodſi vocabula, ac loquendi formulas perpendere paulliſper velimus, quodnam, obſecro, ſcriptorum genus tot verborum ſordibus, & quisquiliis

T. I. opp. p. 88.

liis adeo ſcatet, ut quorundam muſicorum, & quidem non de vulgo ac trivio, ſed maxime inſignium atque illuſtrium? " Affert deinceps quædam exempla ex Franchino, ipſoque Glareano. a) a

V. Notarum ſimplicium figuras, unde muſicæ figuratæ nomen eſt, cenſet laudatus Listenius numero octo, ex quibus maxima 8. longa 4. brevis 2. ſemibrevis unam menſuram, quam *tactum* vocamus, valent; reliquarum quatuor prima, ſeu minima, dimidiam; ſemiminima quartam; fuſa octavam; ſemifuſa decimam ſextam, ut hodieque, partem eiusmodi *tactus* explent. b) Addit vero: „Tres poſteriores ſpecies unacum ſuis pauſis magis muſicis inſtrumentis propter ſuam celeritatem, quam humanæ voci, competunt. Sunt enim a neotericis ſuperioribus illis (quibus veteres contenti fuiſſe leguntur) tanquam ſupplementum adiectæ, non quod non plures & ſubtiliores excogitari queant, ſed elegantioris ac ſuavioris melodiæ gratia. b

Cumulatis eius ſignis ſeu figuris.

Vellem hæc verba notarent muſici noſtri, quibus adhuc, ut videre eſt apud *Io. Bapt.* Martini, binas minuritiones addere (croma & ſemicroma vocant, quas veteres fuſam & ſemifuſam, ut hæc nomina ſervent, quas triplici quadruplicique linea diſpeſcunt notas) viſum eſt ad oſtentationem ſaltem celeritatis, non elegantiam ſuavitatemque muſicæ, aut decentiam certe & gravitatem muſicæ eccleſiaſticæ. Glareanus lib. III. cap. 1. poſtquam dixiſſet, ſeptem eſſe, quarum in frequenti cantu ſit uſus, notarum figuras a maxima usque ad fuſam, ad finem addit: „Organarii vero, aliique plurimi, qui inſtrumentis utuntur muſicis, etiam fuſam diviſerunt, ut facerent octavam notarum figuram, quam ſemifuſam vocant quidam, varieque pingunt, maxime tamen altero adiecto unco fuſæ. " Puteanus in *Modulata Pallade* ed. 1599. iam miſſis aliis, quinque agnoſcit notas ſuo tempore uſitatas, duas candidas, reliquas *colore noctis*, quarum ultima ſcilicet ſemifuſa. *Claudius* Sebastiani tamen Organiſta *Metenſis*, nempe iam an. 1563. ponit inſuper notam cum triplici unco, quam fuſellam vocat c. 8. & 12. operis, quod inſcribit: *Bellum muſicale inter plani & menſuralis cantus reges de principatu in muſica provincia obtinendo contendentes, Argentorati* ed. Franchinus, cuius *Practica muſicæ Mediolani* an. 1496. impreſſa eſt, lib. II. c. 4. prodit, variaſſe adhuc ſua memoria nomenclaturam harum minimarum notarum. Dum vero lib. I. c. 2. notas cantus plani deſcripſiſſet, ſubiungit: „Sunt &, qui notulas huiusmodi plani cantus æque deſcribunt & commenſurant figuris menſurabilis conſiderationis, ut longas, breves, ac ſemibreves, ut conſtat in ſymbolo cardineo,

Storia della muſica T. II. p. 252. *&c.*

Pag. 117.

Mm 2 &

a) Addi poteſt exempli loco integer tractatus di *Giovanni* Spataro *muſico Boloneſe*, *nel quale ſi tratta de la perfectione da la ſesqualtera producta in la muſica menſurata exercitate.*

b) Aliam poſteriorum notularum nomenclaturam vid. apud modo cit. Spataro c. 4.

& nonnullis proſis, atque hymnis: quod potiſſime ad ornatiorem modulorum pronuntiationem ipſa diverſitate concipiendam celerrime proſequuntur.

Fruſtra tentata earum mutatione. a

VI. Inter eos, qui nuper alia notis vulgaribus ſigna ſubſtituere in animo habuerunt, ſemet etiam nominat *I.* ROUSSEAU; ſed facti ſe pœnituiſſe, ſatis ingenue confitetur v. *Caracteres de muſique.* a) V. *Notes* breviter quidem iterum mentionem facit ſyſtematis, quod excogitavit SAUVEUR, explicatumque habetur in commentariis Academiæ ſcientiarum an. 1721. alterumque DEMAUX aliquot poſt annis; ſuum autem (quod ediſſeruit ſingulari diſſertatione *Diſſertation ſur la muſique moderne*, edita an. 1743.) hic pluribus recenſet, atque etiam ad calcem ſui lexici modulationem ad hæc ſigna ſeu characteres novos expreſſam in ſpecimine Tab. litera F. inſignita exhibet.

Syllabæ, quas ſolmiſationem vocant, varie auctæ & immutatæ.

VII. Idem hic auctor, qui, ut inſignem aliquem locum inter ventilatos illos grandes ſpiritus, ſuperbiæ ſcilicet & impudentiæ, vendicaret, ſuperos acherontaque commovit, ut ſolent, ſubtilitate quadam ingenii cum fronte perfricta, pectoreque æneo: nihilominus dum hiſtorica tractat, perinde ac anteſignanus ſuus VOLTAIRE, deſipere ſolet, ac eſſe etiam aniliter fabuloſus. Is dum in lexico ſuo muſico de ſyllaba *Si* vulgato hexachordo *ut*, *re*, *mi* &c. in *Galliis* addita, agit, mire rem confundit. Cardinalis BONA, poſtquam GUIDONI *Aretino* ſexachordum illud tribuiſſet, mox addit: „Hoc item ſæculo *Erycius* PUTEANUS, vir eruditiſſimus & omni doctrina refertus, duobus editis libellis ad ſex vulgares notas ſeptimam adiungere conatus eſt, ut omnes vocum mutationes tollantur, quæ pueris maius negotium in cantu diſcendo faceſſunt; & hoc modo praxis muſicæ multo facilior reddatur.“ ROUSSEAU præterquam quod, neſcio, quem certum *Van der Putten*, qui tamen ipſiſſimus PUTEANUS eſt, in orbem protrudat; non ſolum alium fingit *Erycium* DUPUIS (quem facile licentia *Gallis* familiari alterandi nomina, PUTEANUM eundem eſſe divinare potuiſſet) ſed craſſiori errore eum ipſum etiam GUIDONI *Aretino* a Card. BONA coævum dici, aſſerit his deceptus verbis *hoc item ſæculo:* queis tamen BONA ſuum, quo vixit, ſæculum decimum ſeptimum intelligit. Edidit quidem PUTEANUS *Mediolani* iam anno 1599. libellum de hac re ſub titulo *Modulata Pallas, ſive ſeptem diſcrimina vocum ad harmonicæ lectionis novum & compendiarium uſum*

De divina pſalm. cap. XVII. §. 3. *n.* 1.

a) „De ce nombre ont été PARRAN, SOUHAITTI, SAUVEUR, DUMAS (DEMAUX) & moimeme. Mais comme, au fond, tous ces ſyſtemes, en corrigeant d'anciens defauts, auxquels on eſt tout accoutumé, ne faiſoient, qu'en ſubſtituer d'autres, dont l'habitude eſt encore a prendre; ie penſe, que le public a tres-ſagement fait de laiſſer les choſes comme elles ſont, & de nous renvoyer, nous & nos ſyſtemes, aux pays des vaines ſpeculations.„

uſum aptata & contexta, cum in *Italia* degeret iuvenis adhuc, ut ubique ſe prodit, multa quidem eruditione venatus myſteria numeri ſeptenarii ad propoſitum ſuum; de quo ſerio magis appoſiteque ad rem pagina tandem quinquageſima quarta ſic diſſerit: „Redeo in viam: ſenæ illæ notæ ſic inventæ uſum ſui apud muſicum paſſim gregem, ſed tardum admodum difficilemque præbent. Quæ enim mora mutationum, confuſio clavium, ſubſtitutio vocum? Videas pleroſque atque indigneris, bonam ætatem impendiſſe huic arti: & exiguum tamen profeciſſe, perfectis annis prius, quam iſtiusmodi lectione. Difficultas ſcilicet obſtat, annulumque interdum penitus denegans, interdum præcipiti iam ætate conferens, remoram pleriſque facit. Ego tollam: curſumque univerſum facilem & expeditum reddam, levi quodam diverticulo ſive flexu: nec in transverſum abire penitus eſt animus; ſed vada, & eminentes illos ſcopulos æquoris muſici devitare. Hactenus quidem, ut dixi, ſex veluti notarum velis *Harmonica* mota & promota: velis, inquam, quæ nunc inſinuari opus, nunc expandi, nunc obliquari, miſceri nonnunquam, atque commutari pro ratione curſus, & vocalis *Aeoli* flatu. Ego adiungo, & moleſtias iſtas fugiens (ſine ſchemate loquor) notarum numerum augeo: ſenis receptis, ut *Pallas modulata* fiat, comitem unam adiicio, ex eodem illo hymno: Bi ſcilicet: *Solve polluti la* B*i reatum*: Ordinem eundem ſervo: *ut*, *re*, *mi*, *fa*, *ſol*, *la*, *Bi.*“

Mirum ſane eſt, id non primo ſtatim harum ſyllabarum inventori, aut ſaltem nemini alii tractu ſæculorum in mentem veniſſe, ut ſic ſcala muſica completa docentium diſcentiumque tædium & laborem, unica addita ſyllaba, levaret, confuſionemque ex continuis mutationibus tolleret. Donius in *progymnaſt. muſicæ partis vet. reſtit.* lib. II. Maillardum citat ſcribentem, ante Puteanum alios *Si* & *O* adieciſſe, ut in totum octonæ eſſent: quam methodum merito quidem Puteanus contempſerit: qui nihilominus primam additionem ſeptimæ ſyllabæ ſibi tribuit in concluſione opuſculi, *viam hanc novam aperuiſſe, ſtili acumine æquaſſe, ad publicam remotis ſentibus itionem. Utinam mens iis, qui inſtituunt iuventutem, hæc docendi non deeſſet ratio, aut modus inducendi. &c.* Id ardenter ſane inſtanterque egit Puteanus, edito iterum libello an. 1602. iam *Muſathena ſive notarum heptas* inſcripto. Quo ipſo anno *Sethus* Calvisius in *Germania* noſtra idem ſaxum volvit in libello, quem inſcripſit *compendium muſicum* anno 1612. recuſum ſub titulo *Muſicæ artis præcepta nova & facillima &c.* Atque eodem etiam anno *Ioannes*

T. I. opp. pag. 245. Cap. XXI. p. 121.

Lippius in ſynopſi muſicæ novæ pro ſeptem vocalibus ſtetit. Calvisii vero partes, quas *Hippolytus* Hubmeier *Gottinganus* pædagogiarcha impugnavit, defendendas ſuſcepit Gibelius.

Hæc apud nos agebantur, dum in *Italia* iam 1614. monachus quidam *Olivetanus* Banchieri, in libro ſeu *cartella di muſica*, ut teſtatur Rousseau, etiam pro additione ſeptimæ ſyllabæ operam navavit, qui *Bi* vocat b. quadratum, *Ba* rotundum, uti *Galli Si*, & *Sa*. In *Gallia*, teſte Mersenno, facile agnita eſt eius additionis neceſſitas ob mutationes evitandas; ſed primum varia fuerunt vocabula *ci*, *di*, *ni*, *ſi*, *za* &c. Lebeuf qui anno 1741. edidit ſuum tractatum hiſtoricum & practicum de cantu eccleſiaſtico, dicit, necdum tum ſæculum & dimidium elapſum fuiſſe, ex quo ſyllaba *Si* in *Gallia* ſit adoptata. Addit: *l'inventeur de cette ſyllabe ſi neceſſaire ne ſ'eſt point fait connoitre. Les uns diſent, que ſe fut Le* Maire, *d'autres diſent*, *que ſe fut* Metru, *d'autres enfin diſent*, *que ce fut M.* Dupuy. Sub hoc ultimo nomine latet laudatus Puteanus, uti videre eſt apud Bonnetum in *hiſt. muſ.* ed. 1725. *Io. des* Murs, quem putat vixiſſe an. 1553. idem eſſe videtur, de quo libro ſuperiore, *Ioannes de* Muris, cui, ſunt, qui aliquid in hac re adſcribunt. Ac Rousseau quidem, qui eius Mſſ. trivit, has, ſed ſex tantum, ſyllabas *Pro*, *to*, *do*, *no*, *tu*, *a*, ei tribuit. Addit Bonnetus, mutationes quasdam in hac re *Franciſcano* cuidam tribui; probabilius tamen iam laudatum Metru circa an. 1675. fixiſſe ſyllabam *Si*, dum alii etiam in *Gallia*, teſte Mersenno, novas omnes fecerunt E. g. *Va* ſeu *Ta*, *Ra*, *Ma*, *Fa*, *Sa*, *La*, *Za*. Uti habent *Belgæ* ſuas has *bo*, *ce*, *di*, *ga*, *lo*, *ma*, *ni*, iam Mersenno & Keplero memoratas. Nuper Sauveur has ſyllabas *Pa*, *ra*, *ga*, *da*, *ſo*, *bo*, *lo*, *do* adoptavit. De Boisgelou ad ſupplendas notas alteratas per dieſes hanc ſeriem integram ponit *ut*, *de*, *re*, *ma*, *mi*, *fa*, *ſol*, *be*, *la*, *ſa*, *ſi*, uti videre eſt in lexico apud Rousseau. Univerſim vero non obtinet, quod idem perhibet, apud nos loco ſyllabarum litteras A, b, c &c. in uſu eſſe, qui variat.

Pag. 4.

T. I. Hiſt. de la muſique & de les effets p. 17.

Iam laudatus Gibelius adiecta *Guidonianis* ſyllabis ſeptima *ni*, pro chromaticis illis intervallis has ſyllabas effinxit *Di*, *Ri*, *Ma*, *Fi*, *Si*, *Lo*, *Na*. cum aliquamdiu his A B C D E F G (la be ce de me fe ge) uſus eſſet cum *Dan.* Hizlero, quæ litteris, quas claves etiam vocamus, magis conſonant. Sunt plerique ex *Germanis*, quos plures adhuc recenſet Mattheson in longo, quod cecinit ſyllabis *Guidonianis*, epicedio; qui cum *Ambroſio* Pro-

Das beſchüzte Orcheſtre

ſio putent, abiectis omnino ſyllabis, ſatius eſſe ſolis uti litteris: ſecus ac Gibelius contendit, ſyllabas putans ad pronuntiandum, inſtituendamque iuventutem aptiores, ut refert *Laur.* Mizlerus in *bibl. muſ.* Addit vero, hodiernam experientiam contrarium docere, dum iuventus ante omnia ſecundum litteras inſtruitur, moxque bono profectu ſtatim ad cantum ipſius textus inducitur. Sunt hodie, qui ſyllabas *Graunianas da, me, ni, po, tu, la, be* ideo præ aliis adoptandas exiſtiment, quod non ſolum vocales omnes ſuo ordine, verum etiam conſonantes duras & liquidas complectantur. a) Paſſim vero adhuc antiqua cantilena hexachordi obtinet, quod aliorum ſententia melius ad tetrachordum redigeretur: veluti apud *Anglos* ſolummodo quatuor ſyllabas uſu obtinere, Rousseau memorat, more *Græcorum,* apud quos teſte *Manuele* Bryennio iuxta ſyſtematis diateſſaron tres ſpecies, gravium ſc. mediarum, & auctarum vocum, prima eſt, quæ a Barapycnis continetur; ut ab hypatehypaton, ad hypate-meſon: ſecunda, quæ a meſopycnis; ut a parypatehypaton ad parypate-meſon: tertia, quæ ab oxypycnis, ut a lichanoshypaton ad lychanos-meſon. Quo compendio mutationes non tantæ confuſioni obnoxiæ eſſe videntur. Iam memoravi, *Io. Bapt.* Donium id contendere, ut *Græcorum* more quatuor tantum in tirocinio adhibeantur ſyllabæ; quod is magna contentione agit iam laudato libro II. *Progymnaſtica muſicæ pars veterum reſtituta.* Ubi etiam ſe haud invito aptiores ſyllabas excogitari, atque ad veterum morem diſponi poſſe, confitetur. Attingit etiam, præter uſitatum diatonicum genus, chromaticum & enharmonicum.

zweyte Eröffnung P. II. c. 2.

T. I. P. III. p. 27.

a

Apud Walliſ. p. 384.

VIII. Medio ævo æræ chriſtianæ operoſa adhuc monochordi diviſio magnam partem inſtitutionis muſicæ conficiebat, ad conſonantiarum intervallorumque muſicorum in progreſſione harmonica inveſtigandum ordinem, atque firmandum pro genere diatonico temperamentoque illo, quod ipſa vox humana ſuapte natura dabat. Rem cum primus rationum harmonicarum indagator Pythagoras ad canonem mathematicum exigendam exiſtimaret, Aristoxenes poſtea, Aristotelis diſcipulus, auribus diiudicandam exiſtimavit; pluſculum quidem, ut poſtea Ptolomæo & Didymo eſt viſum, medium tenentibus: ut tamen multa adhuc huic noſtræ ætati relinquerent circa temperamentum hoc recte definiendum, quod inſtrumenta noſtra muſica tum enchorda, cum organa pneumatica attinet.

Scala muſica cum ſuo temperamento.

Pri-

a) Vid. Hillers Anweiſung zum muſicaliſchrichtigem Geſange. Initio huius operis T. I. p. 15, memoravimus, *Ægyptios* vocales adhibuiſſe. Eæ vero an uſum habuerint, de quo nunc agimus, nunc non diſputamus. Eius certe rei nullum, quod ſciam, veſtigium ſupereſt.

Primumque ſuperiore ſæculo Mersennus, aliique poſtea, quos Rousseau in lexico h. v. citat, Loulie, Sauveur, Rameau, rem quam accuratiſſime ſunt perſecuti; quibus d'Alembert iungi poteſt, qui nuperrime in *elementis muſicæ theoreticæ & practicæ* ſtudioſe de hac re agit, paſſimque noſtri tum theoretici, cum practici auctores. Nec organopoei hac doctrina in praxi carere poſſunt; etſi eam non ſemper inſtituant ad monochordum, quod hic iterum uſum præſtat multo ſubtiliorem, quam olim ad conſonantiarum intervallorumque ſimplicem geneſin, quando genus ſolum diatonicum ſyntonum uſitatum in eccleſia chriſtiana fuit: ac quidem cantu μονοτόνῳ progreſſione ſimplici & uniformi, ita ut primum a ſæculo XI. ad evitandum tritonum b. molle a quadrato diſtingui ceperit.

P. I. cap. 6. & 7.

Glareanus lib. I. dodecachordi c. 2. Franchino tribuit, quod b quadrato hanc formam ♮ quam etiamnum habet, dederit: ut eſſet diſcrimen duarum vocum *mi* & *fa* in octava, inque clave b. fa ♮. mi. Qui ſæculo vergente XIV. commentarium edidit in librum *Flores muſicæ artis Petrus* Herpius, qua ratione ad ſuam uſque ætatem proceſſum ſit, exponit, qua demum littera F. infra in monochordo addita ſit cum voce *ut*: „ne (inquit) ullus defectus infra in cantu b. molli permaneret, ſicut etiam ſupra extra manum & in monochordo circa finem prope magadam poni poterit *e la*, ſive *e* littera cum hac voce *la*: ne tertius *b* duralis cantus patiatur defectum ultimæ vocis, ſcilicet *la*. Ulterius notandum, quod plura ſemitonia in lyra, monochordis, & organis ſunt neceſſaria, ſicut infra quaslibet duas claves, quæ tonum faciunt invicem, ſemitonium poterit poni.“ Tali modo conformatum eſt organum *Io.* Keckii, quod ex Mſc. exhibemus; qui etiam in dimenſione ſemitoniorum prolixior eſt in opuſculo *de muſica*, etſi illud ad cantum tantum planum ſeu choralem accommodatum ſit, ubi eiusmodi ſemitoniorum nulla neceſſitas eſt; nec illa quidem, quam quidam euphoniæ gratia, præſertim in clauſulis ſeu cadentiis, generi diatonico ob tritonum propriam ſtatuunt; ego vero ob interludens organum in concentu harmonico, quem dicimus a ſimplici melodia diſtinctum, adſcititiam eſſe exiſtimo.

Ad cap. II. de monochordo.

Tab. XXXV.

An aliquid de veteribus generibus chromatico & enharmonico participet? *Groſſe gen. Baß-Schule n. 125. &c.*

IX. Sed leve eſt hoc: altioris vero indaginis, an ita temperatum ſyſtema noſtrum hodiernum, ſemitoniis maioribus minoribusque alteratum, quidquam commune habeat cum veteribus dudum deperditis muſicæ generibus chromatico & enharmonico. Indignatur *Io.* Mattheson iis, qui id in dubium vocarunt aut negarunt. Sed Glareanus in præfatione dodecahordi, „mirari ſæpius ſoleo (inquit) cum noſtra ætate chromatico

matico vel enharmonico, duobus apud veteres frequentibus modulandi generibus, nemo utatur; omnes tamen huius ætatis muſicos ſubinde inculcare, & prope magis anxie de eis præcipere, quam de diatonico, quo nunc ſolo utimur.“ In eandem ſententiam locutos ARCUSIUM, ZARLINUM, LIPPIUM inducit MATTHESON: nihilominus intervalla generis chromatici, ſcalamque diatono-chromaticam modernam protrudit, calculo ſeu dimenſione ſua diſtinctam. Hæc, eaque quæ accuratius adhuc d'ALEMBERT in *elementis muſicæ theoricæ & practicæ* de omnibus his generibus digeſſit, ſi ad ea exigantur, quæ habet WALLISIUS in appendice ad veteres ſcriptores muſicos *de veterum harmonia ad hodiernam comparata*, apparebit, quo adhuc intervallo diſtent vetera illa genera, chromaticum & enharmonicum, pura a noſtro chromatico diatonico mixto, ſuccedentibus nimirum alternantibusque tonis & ſemitoniis, ſiquidem ita nominare lubeat: quod quidem aliqua ratione poſſe fieri, haud inficior, modo cum veteribus non confundantur moderna. Cumque vetera illa ob difficultatem, ac mollitiem fuerint antiquata, non eſt, ut ea revocanda affectemus, pro muſica præſertim eccleſiaſtica. Ea ad quæ laudatus d'ALEMBERT in genere enharmonico provocat, exempla, quæ ipſa rara eſſe afferit, aliis diſcutienda relinquo, qui theatralem muſicam tractant, unde ea ſunt petita.

Groſſe Generalbaß-Schule n.221. &c.

P. I. c. 18. &c.

P. II. c. 14. p. 163. &c.

pag. 205.

Neque vero ad ea genera accommodata ſunt organa noſtra, quantacunque tonorum ſemitoniorumque varietate diſtincta, perinde ac omnia alia inſtrumenta muſica, quæ artificio ſtructuraque fixum reddunt ſonum. „Sane (inquit *Iſ.* VOSSIUS de enchordis) quamdiu nerveis iſtiusmodi compedibus colla inſtrumentorum adſtringuntur, fieri non poteſt, ut vel chromaticum, nedum enharmonium genus reviviſcat. Si velimus, ut antiquæ muſicæ ſplendor in ſæculum tranſeat, relegandi ſunt iſti obices, quibus toni diſtinguuntur, conſtruendæque ſunt inſtrumentorum cervices vel ex ebore, vel ex alia candicante materia, quæ commode patiatur, ut lineis diverſi coloris inſcribantur non ſolum tonorum, ſed & ſemitoniorum, & dieſium intervalla: id ſi in ea, quam veteres tradidere, fiat ratione, & inſuper dociles & arguti acceſſerint digiti, utique diuturna & continua exercitatio præſtabit, quod hodierna nequeunt præſtare inſtrumenta. Stultum eſt credere vel affirmare, non poſſe tam minuta intervalla digitis frequentari, ſi enim toni exacte poſſint inveniri, utique etiam invenientur hemitonia, & minora intervalla; nec difficilius hæc, quam iſtos reperire, unum quippe ſi noveris, iam omnes noveris. Quod vero inquiunt, etiam hoc tempore reperiri organa & clavicymbala, ut vocantur, quæ hemitonia tonis permixta habeant, illud quidem verum; hæc ipſa tamen

De poemat. cantu & viribus rhythmi p. 119.

oſtentationi potius, quam utilitati inſerviunt, cum non habeant continuam ſeriem, ita ut ab uno genere tranſitus fieri poſſit in aliud, quod tamen in plerisque veterum inſtrumentis factum fuiſſe notius eſt, quam ut explicari debeat.“ Exſtat hodieque eiusmodi inſtrumentum *Florentiæ* ZARLINI, de quo ſe tractaturum in hiſtoria muſica promittit D. BURNEY, qui inſtructionem, quomodo tractandum ſit, manu ipſa ZARLINI inſtrumento inſcriptam deſcripſiſſe ſe narrat Vol. I. *diar. Itin. muſ.* p. 190.

Conſtat, molitum fuiſſe inſtrumentum huiusmodi, SALINAM *Petrum*, item *de* VALLE directore *Io. Bapt.* DONIO, & alios, quos KIRCHERUS nominat in ſua muſurgia, qui etiam eiusmodi compoſitiones muſicas facere tentarint: quos ipſe nihilominus ridendos eſſe arbitratur, falſa quadam imaginatione perſuaſos, in plurium vocum concentu chromaticas & enharmonicas melotheſias puras commode fieri non tantum poſſe, ſed iis ad affectus concitandos nihil efficacius dari poſſe. Sic DONIUS *de præſtantia muſicæ veteris:* „Fatendum eſt (inquit) in magna rei non levis ignoratione ad hanc diem muſicos noſtros eſſe verſatos, qui, niſi id eos DONIUS docuiſſet, nondum animadverterant admiſtionem illam extraneorum phthongorum (quos dieſatos & bemollatos barbari vocant, vos politiores enharmonios & metabolicos, ut opinor) non generis eſſe, ſed toni; ac proinde quicunque intra hos centum annos in ſuis melodiis uſurpare eos ceperunt (quod præ cæteris *Venuſinus* princeps factitavit) non chromatici generis ſonitus, atque intervalla (ſi pauca quædam loca exceperis) multoque minus enharmonia, ſed metabolicos potius cantus, ex peregrini cuiusdam atque extranei toni chordis compoſitos, confuſe tamen nulloque certo ordine, uſurpaſſe.“ Paſſim hanc materiam attingit DONIUS in ſuis operibus: potiſſimum autem huc pertinent tractatus *ſopra il genere enarmonico, l'altro ſopra gl'inſtrumenti di taſti di diverſe armonie con cinque diſcorſi il primo de ſintono di* DIDIMO *& di* TOLOMEO. *Il ſecondo, del diatonico equabile di* TOLOMEO. *Il terzo, qual ſpezie di diatonico ſi uſaſſe dagli antichi, e quale oggi ſi pratichi. Il quarto, della diſpoſizione, e facilita delle Viole diarmoniche. Il quinto, in quanti modi ſi poſſa practicare l'accordo perfetto nelle Viole diarmoniche, con alcune modulazioni di tre generi &c.* *Io. Bapt.* MARTINI in noſtro contrapuncto mixturam ſaltem aliqualem agnoſcit diatonici ſyntoni cum chromatico DIDYMI (quod diatonico proxime accedere iam alibi diximus) limitatam tamen ad unum ſolum ex ambobus.

Lib. VII. c. 7. p. 645. — *T. I. opp. p. 93.* — *Storia della muſ. T. II. diſſ III. pag. 318.*

Stilus noſter metabolicus

X. Metabolicum vero recte vocant ſtilum ſcalamque muſicam ævi poſte-

poſterioris, ex mutatione generis pure diatonici, multiplicationeque ſemitoniorum; unde fit, ut muſica vertumni inſtar de uno in alium tonum tranſeat, nec uſpiam ſubſiſtat, aut firmam figat ſedem. Inde vero errorem vulgi muſicorum iam notavit Kircherus, quod omnes illas cantilenas, quas variis ſignis ※ b. ♮ notatas intuentur, perperam chromaticas aut enharmonicas eſſe putent. Apud paullo antiquiores muſica hæc ſeu cantus *fictus* appellabatur. „Eſt igitur (inquit *Nicol.* Listenius in Muſica cap. 7. quod inſcribit *de ficto*) muſica ficta cantus contra ſcalæ ſitum editus, hoc eſt talis, in quo voces debitos ſuos locos non ſortiuntur, velut cum *ut* in E, *re* in F. *mi* in G &c. aut ſecus canitur. Fingit enim hæc in quacunque clave quamcunque vult peregrinam vocem, contra clavis naturam & proprietatem, cuius mutatio & evitatio, in pleriſque cantilenis eſt tranſpoſitio. In quibuſdam ſine diſcrepantia omnino mutari nequit.“ Hæc breviſſime ille in re, inquit *non admodum obſcura, cuiusque non ſit permagnus uſus.* Et tamen in hac re, qua hodie nihil fit frequentius, iam tunc temporis notantur Glareano eccleſiaſtici, qui „in tranſponendis cantilenis immodica utuntur licentia, qua utique carere poterant. Quid enim neceſſe eſt propter unam alteramve fictam voculam totum tranſponi cantum? præſertim cum hæ conſuetudine magis quam ratione introducantur.“ Id ſe caviſſe in ſuo opere, ſtatim in præfatione profitetur, *quantum licuit:* nam modi diatonici facti ad uniſonum cantum ſeu melodiam in harmonico noſtro plurium vocum concentu in ſua puritate conſervari nequeunt; unde etiam tam in theoretica, quam practica muſica fere negliguntur illa modorum diſcrimina. De nimia ea in re licentia, noſtra memoria, duumviri *Io. Ioſ.* Fux, & P. *Meinradus* Spies in ſtilo ſaltem eccleſiaſtico paſſim queruntur, ille in *gradu ad parnaſſum*, hic in tractatu *muſico compoſitorio practico* ſtatim in procemio.

olim muſica ficta dictus.

Lib. VII. c. 9.

Dodecach. lib. I. c. 12.

XI. Laudatus *Ioſ.* Fux parum curans plagalium & authentorum modorum diſtinctionem, ſex tantum conſtituit, quos duodecim reſtituere Glareanus tanto molimine eſt aggreſſus: quique Iſagogen in muſicen Glareani edidit cap. X. quod agit *de fine, exſpatiatione, agnitione, & permixtione tonorum*, tanquam rem ſingularem affert, dum „Petrus *Platenſis* ſymphoniſtes (inquit) noſtra ætate clariſſimus ſeptimum tonum cum octavo in unam cantilenam pulchre coniunxit. Et *Iacobus* Hobrechth ingenioſiſſimus primum & ſecundum. Quoties autem hoc fit, dicuntur permiſceri toni, quod facile videbit, qui diapaſon ſpecies memoria tenet.“ Atqui vero eo fundamento dodecachordum ſuum Glareanus firmat, ac inſtruit: *Quod*, inquit, *neceſſe ſit ponere duodecim modos, ſiquidem octavus noſter ab aliis recte ſeparatus eſt.* De ſitu ſemitonii agitur, quoties variari

Modi muſici, eorumque numerus.

Lib. II. c. 6.

 riari

riari poſſit aut ſeptem, aut duodecim modis. Unde ex antiquis etiam plerique cum Ptolomæo ſeptem tantum ſtatuerunt tonos: noſtra vero ætate haud defuerunt, qui uſu eccleſiaſtico duodecim adoptarent Glareani tonos. Id Mattheson de *Hier.* Schulz ſeu Prætorio & *Franc.* Elero teſtatur, qui cantica ſacra partim ex ſacris litteris deſumta, partim ab orthodoxis patribus, & piis eccleſiæ doctoribus compoſita, in uſum eccleſiæ & iuventutis ſcholaſticæ *Hamburgenſis* collecta, atque ad duodecim modos ex doctrina Glareani acommodata edidit.

Ehrenpforte p. 325.

Ex noſtris plures *Itali*, M. *Philippus* Venetius *de Cortona*, *Io. Maria* Bononcini eosdem duodecim modos adoptarunt. *I. A.* Barnabæo pro cantu figurali idem videtur admittendum, pro chorali autem octo, nulla certe commoda ratione. Quin potius in genere noſtro mixto, quod iam obtinet, viginti quatuor ſtatuendi forent. Modorum hodie non niſi adumbratam quamdam ſpeciem ſupereſſe tam manifeſte ſibi probaſſe viſus eſt Donius, ut nullus relinquatur refragandi locus. „Quare concidat tandem (inquit de præſtantia muſ. vet.) neceſſe eſt, ut plane inutilis ac ſupervacanea magna hodiernæ muſicæ diſciplinæ pars: tam illa ſcilicet, quæ circa commentitios octo tonos, quos in ſacris uſurpant, quam quæ circa duodecim Glareani modos, eiusque laudabiles quidem, ſed hac in parte prorſus inutiles lucubrationes verſatur: in quibus doleo ſane, totos viginti annos ab eo conſumtos, quos longe conſultius, ut erat vir doctus, diligens, ac probus, aliis in ſtudiis impendere potuiſſet. Concidant etiam neceſſe eſt tot illæ regulæ, præceptiones, ac verſus ad cognoſcendos, ac diſtinguendos hos, ſeu tonos ſeu modos vocare oporteat; eorumque differentias memoria tenendas, ab huius artis magiſtris excogitati. Conſileſcant porro tot ambages, atque altercationes de agnoſcendis propriis ſingulorum tonorum formulis, quas pſalmorum intonationes vocant, deque antiphonarum cum illis coniunctione, quæ tam multorum ingenia incaſſum torſerunt: nec non indagationes illæ laborioſæ diſcriminis inter octo eccleſiaſticos tonos, ac duodecim *Glareanicos* modos a docto ſeduloque *Belga Tornaci Nerviorum* editæ: unacum inanibus iis differentiis, ac vocabulis Modorum Authenticorum, Plagalium, Perfectorum, Imperfectorum, Miſtorum, Commiſtorum, cæteriſque eiuſcemodi; quibus otioſe putideque conſectandis ac dirigendis ſcituli quidam homines faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant: quandoquidem inſtauratis, ac reſtitutis antiquis illis, ac genuinis tonis, nullam plane vim ac poteſtatem recentiorum hos umbratiles, ac fictitios obtinere iam liquet: nihilque ex iis, niſi ſummam confuſionem, & caliginem, ac meras canorasque nugas hauriri poſſe.“

T. I. opp. pag. 92.

Ut

Ut vero in plerisque hisce viro doctiſſimo accedo, ſic quæ ad finem addit de reſtituendis veteribus tonis ſeu modis, ſiquidem id de muſica hodierna harmonica ſeu ſymphoniurgia intelligat, palam faciunt, haud abs re Donio imperitiam muſicæ practicæ obiectam eſſe. Erit is profecto mihi magnus Apollo, qui principia veteris muſicæ melodicæ, poſterioris atque adeo etiam noſtræ ætatis harmonicæ ſeu polyphonæ (qua caruere veteres, velit, nolit Donius) accommodare queat. Igitur quoad præſentem ſtatum ſyſtemaque muſicum, Modi univerſim iam a plerisque ad duo revocantur, maiorem cum tertia maiore, & minorem cum tertia minore. Idque recte, quod muſicam noſtram harmonicam attinet; cui tertius ille, quem D. Blainville adiungendum duxit, ſcala a *mi fa ſol &c.* progrediente, non adeo aptus eſt. Vid. Rousseau lex. v. *Mode.* Diverſa ſemitonii poſitio nunc tanti non fit, ut in genere diatonico antiquo; adeoque nec diverſi illi effectus attenduntur, quos veteres ſuis modi tribuebant, atque haud dubie etiam periti muſici præſtabant: dum apud nos, etſi aliqua differentia agnoſcatur quoad modum minorem & maiorem, cantumque durum & mollem, ſitque etiam quædam ſingularis ſonorum proprietas; ea tamen tanta non eſt, certe tanta earum rerum ratio vulgo non habetur, ut apud veteres, ad diverſos animi motus affectusque concitandos: noruntque foecunditate muſicæ hodiernæ quemvis cuique pedi adaptare cothurnum.

XII. Ipſa hæc hodiernæ muſicæ operoſa varietas iudicio multorum in cauſa eſt, cur minus ad commovendum animum, excitandosque affectus valeat; etſi ſatis comprehendi nequeat, qua ratione id veteres in tanta ſimplicitate inſtitutionis muſicæ præſtare potuerint, cuius magnam partem theoria conſonantiarum conficiebat, eaque ad ſimplicem melodicum concentum; ita ut nec quidem rationem earum conſonantiarum habuerint, quæ triadem noſtram harmonicam complent. Pythagoras, & poſt eum alii ad unum omnes, ſolas conſonantias diapaſon, diateſſaron, & diapente, quæque ex his naſcuntur, ſpectavit. Noſtra adhuc ætate diſputatum eſt, ut paullo poſt videbimus, an *quarta* pro conſonantia haberi poſſit; at fuſtra id quidem mea ſententia, facta comparatione hodiernæ cum veteri muſica, melodica inquam, ſeu ſimplici cantu, cum harmonia ſeu plurium vocum concentu, de qua veteres nihil unquam ſtatuiſſe leguntur. Primus *Claudius* Ptolomæus circa an. Ch. 129. tertiæ maioris rationes inveſtigavit, ſed ad genus enharmonicum.

Geneſis conſonantiarum muſicæ noſtræ harmonicæ.

Cum ſemel medio ævo muſica noſtra harmonica ſeu concentus plurium ſimul vocum effloreſcere cepit, vidimus ſuperiore libro primum to-

tam rem ſubſtitiſſe apud conſonantias veteres; quibus paullatim iudicio aurium potius, quam certa ratione, reliquæ conſonantiæ ad hunc concentum aptæ adiunctæ ſunt ad ſæculum usque decimum ſextum: Zarlino inter cæteros in muſica ſimul practica & theoretica exercitato tertiæ inter conſonantias locum demonſtrante; quem Cartesius ſecutus eſt in libro de muſica. Mersennus vero aliam ſibi rationem ineundam exiſtimavit ad ſyſtema muſicæ harmonicæ experientia ſtabiliendum. „Omnia (inquit) prius in ſonis obſervanda ſunt, quam ut de muſicæ perfectione ſtatuamus, plurima ſiquidem docet experientia. Unam hic referam, quam *I.* Titebonzius egregius κρεματοποιός, in rebus muſicis eruditiſſimus, & in organis Jubal alter circa tubam obſervavit: qua ſiquis ita cecinerit, ut graviſſimum ſonum edat, ſi poſtea canere velit acutius, per diapaſon, id eſt octo ſonis altius, quam antea; ſi octavam ſuperare velit, per diapente; ſi diapaſon diapente ſupergreditur, id per diateſſaron, deinde per ditonum, ſemiditonum, tonum & ſemitonium fiat: unde concludendum exiſtimat, iſtorum intervallorum conſequentiam & ordinem ex ipſius naturæ ſinu depromi.“ Hæc ſi ſuo ordine accipiantur, prodeunt hi numeri harmonici 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10, qui procedunt ab unitate usque ad denarium dempto ſeptenario. Poſt octavam ſcilicet conſonantiam $\frac{2}{1}$. ſeu 2. ſequitur duodecima $\frac{3}{1}$. quæ eſt Diapente ſupra octavam, & ſic porro duplex octava $\frac{4}{1}$. decima ſeptima $\frac{5}{1}$. ſeu ditonus ſupra duplicem octavam, decima nona $\frac{6}{1}$ quæ eſt Diapente ſupra duplicem octavam, triplex octava $\frac{8}{1}$. E. G. C. c. g. $\overset{c}{c}$. $\overset{e}{e}$. $\overset{g}{g}$. $\overset{c}{\overset{c}{c}}$. Accedunt intervalla $\overset{d}{\overset{d}{d}}$ $\frac{9}{1}$, tonus maior nimirum, & $\overset{e}{\overset{e}{e}}$ $\frac{10}{1}$, ditonus, uterque ſupra triplicem octavam, quos ſequitur ſemitonium e f in ratione 16: 15. a)

Quæſt. & comment. in Geneſ. c. IV. 21, p. 1699.

Syſtema novum D. Rameau.

XIII. *Iſ.* Vossius edita de tympano diſſertatione, in hoc inſtrumento, quis credat? omnem ſibi muſicam antiquam deprehendiſſe viſus eſt, quoad

a) Si C ſupponatur 1. erit eius octava c $\frac{2}{1}$, duplex octava $\frac{4}{1}$, triplex octava $\frac{8}{1}$, & ita porro. Cum igitur diapente G ſit in ratione $\frac{3}{2}$, ſi ſupra octavam ponatur, ratio $\frac{3}{2}$, multiplicanda eſt per rationem octavæ $\frac{2}{1}$, unde prodit $\frac{6}{2}$, ſeu $\frac{3}{1}$, quæ adeo indicat diapente g ſupra octavam. Quodſi $\frac{3}{2}$ multiplicetur per rationem duplicis octavæ $\frac{4}{1}$, prodit $\frac{12}{2}$ ſeu $\frac{6}{1}$, quæ diapente $\overset{g}{g}$ ſupra duplicem octavam exhibet. Similiter cum ditonus E ſit in ratione $\frac{5}{4}$, ut exprimatur ditonus $\overset{e}{e}$ ſupra duplicem octavam, $\frac{5}{4}$ per $\frac{4}{1}$ multiplicari debet, unde prodit $\frac{20}{4}$, ſeu $\frac{5}{1}$. Quodſi vero $\frac{5}{4}$ per $\frac{8}{1}$ rationem triplicis octavæ multiplicetur, habebitur $\frac{40}{4}$ ſeu $\frac{10}{1}$, quæ eſt ratio ditoni $\overset{e}{\overset{e}{e}}$ ſupra triplicem octavam. Ita de reliquis.

quoad ſonos perinde ac pedes verſificationis veteris; quam noſtræ poeſi ac muſicæ deeſſe, in libro etiam *de poematum cantu & viribus rhythmi*, demonſtrandum ſibi ſumſit. Fuerunt certe noſtro hoc ſæculo, qui putent, cuique ſono, quam etiam ſimplex videatur, alios iungi conſonos non uniſonos, ſed qui perfectam reddant conſonantiam; quos inter iam laudatus Sauveur, imprimis vero Rameau, muſica practica pariter celebratus ac theorica, huic experimento novum ſyſtema ſuperſtruxit novæ noſtræ muſicæ harmoniæ. Id nempe experientia deprehendi ponit, dum reſonat corpus ſonorum, præter octavam ſoni fundamentalis ſimul etiam audiri eius duodecimam, id eſt, octavam cum quinta; & inſuper decimam ſeptimam maiorem eiusdem toni fundamentalis. Quæ ſunt in progreſſione harmonica 1. 2. 3. 5. Quibus ſi intermediam octavam iungas, habes ſeriem continuam numerorum 1. 2. 3. 4. 5. D'Alembert in elementis muſicæ theoricæ & practicæ, ſecutus hoc ſyſtema, explicavit, evolvit, contraxitque in ſynopſin ex variis opuſculis D. Rameau, quæ citat in diſſertatione præliminari; in ſuis autem elementis quid præſtiterit, ibidem p. IX. in compendio exponit. a) Huic vero ſuo ſyſtemati tam confidenter & unice adhæret, ut omnibus progreſſionibus geometricis, arithmeticis, & harmonicis (de ſyſtemate res eſt ac theoria muſicæ, non de praxi tantum) nuncium remittat ipſe, atque easdem a D. Rameau fruſtra ceu prorſus inutiles adhibitas fuiſſe iudicet. a


XIV. Non eſt huius loci diſcutere, rectene res omnis muſica committatur unico, ſubtili magis dicam an fallaci? aurium iudicio, experimentoque paucis adhuc experto, ab aliis etiam exploſo, & poſthabito ab ipſo etiam *I. I.* Rousseau, etſi illud ſe in lexico muſico adoptaſſe haud ſemel confiteatur; habet tamen, quod contra experientiam, qua fundatur ſyſtema illud, excipiat v. *harmonie*, præferendumque putat ſyſtema celebris Tartini, ſingulari experimento innixum, quod ipſe d'Alembert vocat *une tres belle experience:* nempe ſi tempore eodem diverſi ſoni in duobus paribus inſtrumentis ſimul intonentur, hos duos ſonos producere tertium. Quod tamen eodem tempore etiam a D. Romieu obſervatum

Tartini. *Diſc. prælim. p. XIX.*

a) On verra dans nos Elemens, comment on peut tirer de cette expérience, par une déduction facile, les principaux points de la mélodie & de l'harmonie; l'accord parfait tant maieur que mineur; les deux tétracordes de la muſique ancienne; la formation de notre échelle diatonique; la difference de valeur, qu'un même ſon y peut avoir, ſuivant la marche, qu'on donne à la baſſe; l'altération, qu'on remarque dans cette échelle, & la raiſon de l'inſenſibilité totale de l'oreille à cette altération; les regles du mode maieur; la difficulté d'entonner trois tons conſécutifs; la raiſon pour laquelle deux accords parfaits de ſuite ſont proſcrits dans un ordre diatonique; l'origine du mode mineur; ſa ſubordination au maieur & ſes variétés; l'uſage de la diſſonance, la cauſe des effets, que produiſſent les différens genres de muſique diatonique, chromatique & enharmonique; le principe & les loix du tempérament.

tum dicit, ut & hæc gloria penes gentiles ſuos maneat, cum *Italis* ſaltem partita; quibus cæteroquin *Galli* omnium iudicio in muſica arte palmam cedunt. Neque vero diffitendum hic eſt, principium ſyſtemaque TARTINI præſtare, quod a ſimpliciori, melodia nimirum, progrediens ex hac harmoniam deducat, ſecus ac in ſyſtemate D. RAMEAU fit. TARTINI ſyſtema, quod ab auctore confuſius obſcuriusque deductum queritur d'ALEMBERT in epiſtola ad D. RAMEAU, breviter & diſtincte explicat ROUSSEAU v. *ſyſteme*, atque in tabulis exhibet, notisque muſicis expreſſam ipſam etiam experientiam, reſultante ex ſua geneſi complexu omnium conſonantiarum, ita ut infimam clavem pedalis in organo tangenti ſimul ſupra omnes hi ſoni ad unum illum reſonarent, hoc modo, etſi unus graviſſimus tantum auditu percipiatur ſonus:

pag. 228.



Eum fere in modum, quem ſupra in tubis obſervatum ex MERSENNO audivimus; id quod rem ſenſui magis exponit, quam experimentum TARTINI. Sed non hic ſubſiſtit TARTINI experientia, quam principium unicum omnis muſicæ harmonicæ conſtituit, ipſeque *D'*ALEMBERT anno 1756. *Lugduni* cum pluribus muſicis a ſe factam comprobat. Sic vero ſe habet, ut quoties duo ſoni fortes ſatis & continuati eodem inſtanti fiant, tertius inde reſultet plus aut minus ſenſibilis, prout magis aut minus ſimplex eſt conſonantia, vel auris audientium acutior: ſola octava excipitur; quinta uniſonum reddit ſui ſoni gravis. Reliquorum intervallorum ſonus tertius, qui producitur, omnis gravis eſt. Quarta reddit octavam ſui acuti; tertia maior octavam ſui gravis, & ſexta minor, quæ eſt eadem inverſa, reddit octavam duplicem ſui acuti; tertia minor decimam maiorem ſui gravis; ſexta autem maior eius inverſa reddit ſolummodo decimam maiorem ſoni acuti. Tonus maior reddit decimam quintam ſeu duplicem octavam ſoni gravis; tonus minor decimam ſeptimam ſeu duplicem octavam tertiæ maioris ſoni acuti; ſemitonium maius reddit vigeſimam ſecundam ſeu triplicem octavam ſoni acuti; tandem ſemitonium

tonium minus vigeſimam ſextam ſui gravis. Id vero obſervandum ſingulariter, quod conſonantiæ eundem ſemper producant tonum tertium e. g.



His non contentus demonſtrationem phyſicam facit in circulo: quæ mihi eo gratior eſt, quod iuvenis matheſi ſimul ac muſicæ intentus, idem magna voluptate deprehenderim in ſectione globi ſonori ſecundum progreſſionem harmonicam, quod hic ob oculos ponitur. Præterea alia, felicem imprimis etiam diſſonantiarum theoriam, quam Tartini diligentiæ & acumini debemus. Tab. XXXV. num. 3.

Explicat Rousseau loc. cit. aliud præterea ſyſtema D. Serre *Genevenſis*, mixtum ex utroque D. Rameau & Tartini, ita ut ex hoc defectus illius ſuppleatur. Rem D. Serre explanavit editis libris *Pariſiis* an. 1753. hoc titulo: *Eſſais ſur les principes de l'Harmonie &c.* Et anno 1763. *Genevæ. Obſervations ſur les principes de l'harmonie, occaſionées par quelques écrits modernes ſur ce ſuiet & particulierement par l'article fondamentale de Mr.* d'Alembert *dans l'Encyclopedie, le Traite de Theorie muſicale de Mr.* Tartini *& le* Guide *harmonique de Mr.* Geminiani. Laudat porro D. Burney Vol. I. p. 91. Anonymi *Angli* librum *Principes ant Power of Harmony*, qui nuperrime prodierit in hoc argumento, ad examen revocando diſcutiendoque ſyſtemate Tartini. Non dubitat, auctorem hunc recte evolviſſe, comprehendiſſeque ſyſtema Tartini, quod aliis, *Gallis* præſertim, laboris impatientibus, nimia obſcuritate laborare eſt viſum.

XV. Qua de re quidquid ſit, ſyſtema Tartini complures habet patronos: ex eoque manifeſtius patet ratio illa, cur duæ quintæ ceu perfectæ conſonantiæ immediate ſe invicem ſequi nequeant, quam

Deducta inde regula generali motus conſonantiarum perfectarum.

quam ego ſemper ex naturali illa conſonantiarum progreſſione, ordine, ac viciſſitudine deducendam eſſe exiſtimavi, d'ALEMBERT vero in elementis muſicæ theoricæ & practicæ etiam ex ſyſtemate D. RAMEAU deducere conatus eſt. In ſyſtemate autem TARTINI ſic ſe habet naturalis progreſſio, manente ſemper eodem tono fundamentali:

P. L. c. 3.



Motus per quartam locum hic non habet, cum in triade harmonica excludat tonum fundamentalem; hincque etiam ſuapte ſe prodit diſcrimen conſonantiarum veteris & recentioris, id eſt, melodicæ & harmonicæ muſicæ: qua item ratione locum habeat, quam muſurgi noſtri generatim regulam ponunt, de conſonantia perfecta ad perfectam, procedi tantum per motum contrarium vel obliquum, nunquam vero per rectum; cum tamen nihil frequentius ſit in clauſulis ſeu cadentiis muſicis, quam motus rectus a quinta in octavam, ut in duabus poſterioribus ſeriebus notarum propoſiti exempli res exhibetur, nec quidquam refragante aurium iudicio: dum manifeſte hic ſe prodit diſſonantia diateſſaron ſeu quartæ, quam quippe in praxi neceſſe eſt reſolvi in tertiam pro clauſulis.

Proſcripta ex muſica noſtra harmonica conſonantia diateſſaron.

XVI. Non potuit non, quod attinet quartam conſonantiam, perplexos detinere, quicunque veteri theoriæ muſicæ intenti, eam ad hodiernam muſicam applicare contenderunt: dum præſertim ſibi in animum inducere haud potuerunt, veteres caruiſſe omnino muſica noſtra harmonica ſeu polyphona, concentu nimirum plurium ſimul in triade harmonica vocum. Unde quo verſatiores fuerunt in theoria muſicæ veteris, eo tenaciores extiterunt in propugnanda conſonantia diateſſaron. Hos inter *Io. Bapt.* DONIUS *de præſtantia muſicæ veteris* tribus perſcriptis libris, quodam loco indignatus illis, qui ſecus exiſtiment, „an quisquam hodie (inquit) muſicorum tam imperitus eſt, ut contra totius antiquitatis concordem ſententiam, contra omnem rationem, contra ipſum aurium iudicium, atque experientiam, uſumque concentuum τὴν diateſſaron inter

T. I. p. 89.

ter diſſonantias adſcribat? præſertim cum ſuperioribus annis *Andreas* Papius quidam *Gandavenſis*, vir inter *Belgas* bene doctus, ac nuper Donius noſter firmis ſane rationibus contrarium oſtenderint; imo nec Zarlinus ipſe (quem vos muſici merito magni facitis) nec doctus ille *Hiſpanus* (de Salina loquor) nec quicunque vere eruditus dici poteſt, ullam hæſitationis ſpeciem hic præbuerit: quin potius Coryphæus ille veſter non eam tantum in conſonantiarum album retulerit, ſed etiam in perfectarum claſſem; in quo tamen nimium illi tribuiſſe meo iudicio videtur. Nam ſi rationes numerorum, quæ ſymphoniarum intrinſecæ cauſæ ſunt, earumque vim naturamque attendimus, diapaſon tantum, ac diapente perfectæ dici atque haberi debent. Sin autem concentuum proprietatem atque uſum, qui in clauſulis (quas ſyncatacogas *Græce* rectius dixeris) præcipue viget, reſpicimus, ditonum, quam diateſſaron perfectis adnumerari æquius eſt. Verumtamen non ſine magno veſtræ profeſſionis dedecore (fatendum eſt enim) inſulſa hæc opinio de diſſonantia τῆς diateſſaron hucusque invaluit, hodieque etiam mordicus a multis defenditur.“

In omnibus pene hic, doctiſſimum alioquin virum, incantatum faſcinatumque veteris ſuæ muſicæ theoria fallit ratio, qua pro conſonantia diateſſaron pugnat, quæ vel inter perfectas ante diapente, pro veteri nimirum ſeu melodica, connumeranda eſt conſonantias; aut penitus eſt excludenda, pro ſequioris nimirum noſtræque ætatis muſica harmonica. Quam in rem ex recentioribus legi poteſt *Io.* Mattheson in ea orcheſtræ parte, quam inſcripſit *Quartæ blanditiæ* fallentes, ſcilicet *der verdächtige Quarten-Klang.* De vetuſtioribus medii ævi auctoribus diximus ſuo loco, quartam etiam in muſica harmonica inter conſonantias reponentibus, donec melius vocatum eſt in conſilium aurium iudicium ſonoritasque. Singularis locus eſt *Io.* Gersonis, qui voce deceptus quidem quoad rem ipſam a numero conſonantiarum quartam excludit: „Compertum eſt (inquit) tres dumtaxat in numeris ſonoris proportiones eſſe delectabiles: Diateſſaron, diapente, diapaſon, quas vulgari modo nominamus tertiam, quintam & octavam. Nec ſunt plures deinceps, quæ non reducantur ad iſtas, quemadmodum ſexta & quinta ſuper octavam, & rurſus octava duplex. Et ita per aſcenſum, quantum vel vox vel ratio fas habuerit.“ Ioannes de *Fulda* confuſe quidem admodum de hac ultima re multa accumulat. Meminit eiusdem Ioannes de *Muris*, *qui*, inquit, *hinc inde in muſicis practicatur.* Is, ut libro ſuperiore oſtendimus, theoriæ praxique muſicæ harmonicæ poſterioris huius ævi anteſignanus, ubi de diſcantu, quæ ipſi eſt muſica harmonica, agit, quartam ne quidem in-

Der forſchende Orcheſtre dritte Eröffnung andrer Theil p. 451.

T. I. de canticis T. III. P. II. p. 623.

P. II. c. 8.

Cap. 10. ter conſonantias reponit. Qua de re audiendus eſt laudatus Io. de *Fulda*: „Cæterum quidam diateſſaron perfectam fore dicunt conſonantiam, quidam imperfectam; nos vero eam ſemis diſſonantiam eſſe dicimus, id eſt, cum nulla per ſe ſolam concordans. Quam etiam *Muris* conſonantiam fore negat, niſi eam perfectam præceſſerit conſonantia: cum vero perfectis aut imperfectis moderatur concordantiis, & ipſam conſonantiam facit non ex ſe, ſed reſpectu aliarum, quod muſici gentium vocabulo *Faulx* C. 11. *bordon* vocare ceperunt, quia tetrum reddit ſonum." Idem poſtea inter decem, quas pro componiſtis affert regulas, hanc nonam ponit: „Diateſſaron nunquam ſola ponenda eſt, niſi aut perfectam aut imperfectam moderetur, ſed & nec ſimul aſcendere, nec ſimul deſcendere licentiam habet, niſi ſit (ut prætactum eſt) faulxbordon quod quidem fictum in hypotheſi putant, & in hyperboleotheſi fieri poſſe, ſed hæc ratio non ſuadet, quia contra præcedentem eſſet."

Qui de fugis, canonibus &c. dant præceptiones, ſtudioſe quartam evitandam cavent, eoquod in inverſione tetrum, ut cum Ioanne de *Fulda* loquar, reddat ſonum. In *Franchini* Gafori *Practica Muſicæ* lib. III. caput 5. inſcribitur *de conſentanea ſuavitate quartæ*: dicit autem duobus locis admitti in contrapuncto. „Primo quum tenor & cantus octavam invicem ſonuerint, tunc medius, qui contratenor dicitur, in quintam ſupra tenorem, tribus ſc. tonis ac ſemitonio ductam diſpoſitus, ab acutiſſimo ſono, qui octavam æquiſonantem perficit ad graviorem, per quartam ſc. diateſſaron diſtabit in grave: atque ita quarta huiusmodi inter contratenorem & cantum, quoniam harmonice mediata eſt, optime concordabit." Id poſtquam exemplo explicaſſet „ſecundo (pergit) quum tenor & cantus procedunt per unam aut plures ſextas, tunc vox media, ſcilicet contratenor, quartam ſemper ſub cantu tenebit, tertiam ſemper ad tenorem obſervans in acutum. Huiusmodi autem contrapunctum cantores ad *Faulx bourdon* appellant: in quo quidem medius ipſe contratenor ſæpius notulas cantus ſubſequitur, diateſſaronica ſub ipſis depreſſione procedens, quod in pſalmodiarum modulationibus a muſicis frequentius obſervatur. Atque ita quarta huiusmodi inter contratenorem & cantum etiam per ſemibreves & breves ac longas deducta in contrapuncto concorditer admittitur." Quod iterum explanat exemplo.

De Falſobordono, contrapuncto, fugis, canonibus muſicis.

XVII. Obſervanda ſunt modo de *Falſobordono* dicta. Ad finem eiusdem libri apud vulgus *bordonizare* dici notat idem Gaforus, cum inſtrumentis ceu in utriculo vox uno tenore procedit: *Huiusmodi enim* (in-

(inquit) *ſonitus in inſtrumentis ductus, ceu in utriculo, quem vulgares pivam vocant, dicitur vernare apud Philoſophum: apud vulgus vero bordonizare.* Donio in tractatu *de muſica ſcenica* videtur eſſe apud Aristotelem μαγαδίζειν; indignaturque Zarlino, qui hunc unum concentum harmonicum apud veteres agnoverit, veluti in noſtris cornamuſis. Laudatus autem Gaforus caveri vult a cantilenæ compoſitore, tenorem aut baritonantem a) in cantilena per omnes notulas immobilem diſponere: *ut nempe ex parte ſit in harmonica, quem uſu eccleſiaſtico* Falſum bordonum *dicimus, pſalmodiæ nempe concentum harmonicum, qui ſuo tenore procedit invariatus usque ad clauſulam.* Quæ omnia collecta commodam dant vocis *Faulx bordon* originationem, prout a *contrapuncto* diſtinguitur, *multorum ad invicem cantantium & contra cantantium conſonantia* iuxta laudatum Gersonem tr. II. de cantichordo. Cuius denominationis eandem rationem adhuc *Ioſ.* Fux in ſuo *gradu ad Parnaſſum* reddit, quam iam ſuperiore libro exploſimus. „Scire oportet (inquit) loco notularum modernarum antiquis temporibus puncta adhibita fuiſſe, ita ut compoſitio punctis contra puncta poſitis contrapunctum appellari conſueverit; quod etiamnum hodie, non obſtantibus aliarum notularum figuris, uſuvenit, & nomine contrapuncti compoſitio intelligitur ad artis regulas elaborata.“ Hæc ille in procemio libri ſecundi. Ubi tamen mox primæ lectionis inſcriptio *de nota contra notam* longe aptius vocis illius etymon præbet.

T. II. opp. p. 98.

Silentio prætereo, quæ idem deinceps aliique tractant de variis contrapuncti ſimplicis, duplicis, floridi &c. a maioribus noſtris *fleurtis* appellati, generibus, fugis diverſæ ſpeciei, ſimplicibus, duplicibus &c. canonibus item, quorum tam varia ſunt nomina, infinitæque formæ rectorum, retrogradorumque ſeu cancrizantium, polymorphorum, adusque labyrinthum muſicum vocibus in 128. choros diſtributis; cuiusmodi apud Kircherum cernere eſt: tantumque tam improbum ad noſtram usque memoriam eſt impenſum ſtudium ad oſtentationem potius & admirationem, quam harmoniæ auribus ſuaviter influentis concinnitatem, ut Glareanus recte effatur: „In huiusmodi ſymphoniis, ut libere dicam, quæ ſentio, magis eſt ingenii oſtentatio, quam auditum reficiens adeo iucunditas:“ id quod ipſi etiam agnoſcunt cordatiores huiusmodi artificioſorum concentuum conditores. Sic Surianus in canonibus ad *Ave maris ſtella* ceu veniam præfatus, *ſed ſi quid durius*, inquit, *aut licentioſius ſcriptum inveniatur (cum omnia ſuper unam fabricentur baſim) propter ſtrictiſſimarum legum regulas, ignoſcendum.* Quique hæc refert *Stephanus*

Muſurg. lib. V. c. 19.

Oo 3 Lan-

a) Cum meletemata tunc temporis plurium quam quatuor vocum fierent, ſic dicebatur vox media tenorem inter & baſſum, cui reſpondebat vox *Vari, quæ gravis olim vel baſis dicebatur* iuxta Claudium Sebastiani *Bell. muſic.* c. 13. ubi etiam notatur vox *Vagans*, quinta ſcilicet, item *Tenor acutus, medius, concordans &c.*

Landus *Romanus* in præfatione ad Miſſam id genus *Romæ* edita an. 1638. „Si (inquit) in aliqua ſui particula aurium tympana minus ſuaviter feriet, huius difficillimi generis ariditas exarandi eſt excuſanda; quod genus quanto magis ab aliis longe lateque diſſitum eſt generibus, non alligatis huiusmodi canonum legibus; eo admirabilius audientium animos in ſe convertit: præſertim cum in hoc prima mediis, media poſtremis, ſingula ſingulis ubique inter ſe cohærere, & conſona eſſe neceſſe ſit. Quod in ſequentibus non accidit Miſſis, quæ huic non ſubduntur imperio. Et in hoc, qui non diu verſatus, inſudaverit aliquando, experientia magiſtra, in inextricabiles incurrat laqueos, neceſſe eſt." Anno primum ſuperiore 1773. *Viennæ Io. Frid.* Daube hos etiam muſicæ labyrinthos explanandos ſuſcepit, maiorem gratiam apud Carolum VI. aug. mem. initurus, ſi reviviſceret, plurimum hoc genere artificioſæ muſicæ delectatum: quod certe admirationi eſſe poteſt, attonitumque reddere animum atque adeo diſtractum; & vel hinc merito removendum eſt ab uſu eccleſiaſtico hoc muſiæ genus; quare plura non addimus.

Monita pro ſtylo eccleſiaſtico & *a la capella* ſtudioſe excolendo.

XVIII. Nonnulla ſolummodo monita *Ioſ.* Fux, qui omnium ſibi exiſtimationem conciliavit auctoritatemque, addimus ex laudato opere, quo inſtitutio muſica ſolida & accurata continetur. Ad finem vero quædam de ſtylo eccleſiaſtico, *a capella &c.* quæ proprie ad noſtrum hoc inſtitutum pertinent, habet probe notanda; ac quidem de ſtilo eccleſiaſtico:

Pag. 242.

„Quia (inquit) Deus ſumma perfectio eſt, decet concentum in eius laudem tendentem omni legum rigore perfectioneque, quantum humana quidem imperfectio patitur, abſolutum, omnibusque mediis ad devotionem excitandam aptis inſtructum eſſe. Et ſi textus expreſſio quandam exigit hilaritatem, cavendum eſt, ne concentus eccleſiaſtica gravitate, modeſtia, decoreque deſtituatur; quo auditores in alios, quam devotionis affectus diſtraherentur. Ante omnia adnitendum eſt, ut textui muſica congrua, diſtincta, expreſſiva, & cantori haud incommoda, ſed articulatu facilis applicetur: quod fiet, ſi compoſitor abſtineat a figuris minutioribus ad verba aptandis: ſecus eſſet, ſi vocalis quædam abſque verbi pronuntiatione protrahenda foret, quo caſu pro cantoris habilitate diminutiones locum habent &c." In ſtylo *a capella*, de quo nos ſupra, ille vero deinceps agit, primo & ante omnia in hoc compoſitionis genere abſtinendum vult a genere muſicæ hodiernæ mixto, atque modis tranſpoſitis, nimirum dieſibus aut b mollibus refertis, aſſumto puro dumtaxat genere diatonico. Per ſtylum autem mixtum intelligit ſyſtema muſicæ hodiernum (quod ipſi eſt diatonico-chromaticum) ſeu *compoſitionem*, ut poſtea definit,

finit: „Modo una, duabus, tribus, etiam pluribus vocibus, immixtis inſtrumentis concertantem, modo pleno choro inſtructam, quæ potiſſimum in eccleſiis hodie in uſu eſt. Unde ſerio Iosephum ſuum diſcipulum hortatur: „Ne (inquit) oblivіſcaris muſicæ eccleſiaſticæ finis & ſcopi: eſſe nempe devotionis excitandæ, cultusque divini rationem: ne ſtylum hunc cum theatrali, & ſaltatorio, more multorum, confundas. Contra etiam, ne opinione muſicæ ſacræ aſſumendis ideis ſterilibus, nullumque ſuccum habentibus in faſtidioſam intres moroſitatem, tædium potius, quam devotionem pariturum: ſed cura tibi ſit concentus auditu grati, & in animos auditorum cum oblectamento influentis.“

Quam perſtringit muſicam ideis ſterilibus, nullumque ſuccum habentibus refertam, eſt ea, quæ ſæculis proximis ad noſtram usque memoriam paſſim obtinuit, inani quodam garritu ac confuſis vocibus perſtrepens, ad eum modum, quem iam Ioannes XXII. in ſuperiore libro allata decretali *Docta ſanctorum Patrum* Extrav. comm. lib. III. tit.I. *de vita & honeſtate clericorum* proſcripſit, interdixitque ſacris noſtris. Nunc vero nec ipſe *Ioſ.* Fux, & qui eum ſecutus eſt, P. *Meinradus* Spies, eademque paſſim ingeminat in *tract. muſ. pract.* ab omni huiuscemodi labe liberi iudicarentur in ſuis melotheſiis; ſiquidem non fere extruſæ eſſent templis noſtris, ſubſtituta in eorum locum laſciviente quotidie magis muſica, atque in alterum illum exceſſum collabente, quem damnat *Ioſ.* Fux omni etiam inſtitutione ſua, regulis, ac præceptis in *gradu ad Parnaſſum*: qui paſſim muſurgorum manibus teritur, nuper etiam in linguam noſtram *Germanicam* translatus a *Laurentio* Mizler *bibliothecæ muſicæ* auctore, inſtitutæque ſocietatis muſicæ *Lipſienſis* coryphæo. De hac in præfatione operis ſui diſſerit laudatus P. *Meinradus* Spies, Mizleri ſingularis, dum viveret, amicus, eodemque incenſus ſtudio, ac deſiderio, ut ad expoliendam artem muſicam apparatus etiam ſcientiarum philoſophicarum, mathematicarumque ad culturam ingeniorum muſicorum adhiberentur: quam ob rem tamen ex ſuis etiam contribulibus Mizlerus adverſarios eſt nactus, cum quod ad theoriam, tum etiam praxin attinet, quam in ipſo humi ſerpentem vituperarunt; ab uno nempe in alterum exceſſum lapſu: ut fit in rebus humanis, ac pronum imprimis eſt in muſica arte; uti una hæc poſterior, cuius a decimo quinto ſæculo repetimus epocham, prodit ætas: quin ipſa noſtra adhuc memoria ſatis ſuperque manifeſtat.

XIV. Mentionem fecimus ſuperiore libro Mottetorum, manſitque ſtylus motteticus eccleſiaſtico uſui addictus ad noſtrum usque ævum. Stylus motteticus, madrigaleſcus.

„Mot-

Muſurg. lib. VII. c. 5. p. 585. „Motteticus ſtylus (inquit Kircherus, cui non potuit eſſe ignotus) eſt proceſſus harmonicus, gravis, maieſtate plenus, ſumma varietate floridus, nullo ſubiecto adſtrictus: dicitur motteticus, eo quod modus, ſive tonus aſſumtus aliorum miſtura ſonorum, ſuo artificio tegatur, ut varietate ingenioſa intricatus vix niſi in fine ratio toni dignoſcatur.“ Pro-
L. V. p. 316. vocat ad præcipuos huius ſtyli auctores, ex antiquis *Orlandum* di Lasso, Iosquinum, Arcadelt, Iodocum *Pratenſem*, *Præneſtinum*; ex modernis, tunc nimirum temporis medio ſæculo præterito, laudat *Ioannem Baptiſtam* Grillum, Intemetum Gallum, Moralem, Surianum, Troianum, Nanninum, Cifram; *Madrigalici* vero ſtyli auctores *Auguſtinum* Agazzarium, *Scipionem* Denticum, Venosam, *Horatium* Vec-
Pag. 313. chium, quibus paullo ante in hoc etiam ſtylo *Præneſtinum*, Orlandum, *Claudium* Monteverde, principem *Venuſinum*, *Lucam* Marentium iunxerat.

T. I. p. 116. Donius de *præſtantia muſicæ veteris* ad rem melius diſtinguens auctores a cantionum genere & argumento: „De conditoribus (ait) cantionum tum ſacrarum, tum profanarum loquar, quisnamne credet in priori quidem ſpecie conceſſuros antiquis fuiſſe vel *Hadrianum* Villartium, vel Aloysium *Præneſtinum*, vel *Chriſtophorum* Morales, reliquosque eiusdem claſſis melopœicos? In poſteriori autem ſpecie profanorum cantuum *Lucam* Marentium, *Pomponium* Nennium, *Thomam* Peccium, aut ipſum ſane *Venuſinum* Principem? aut quemcunque voles ex his, qui pari gloria utrobique excelluerint; ut *Cyprianum* Rorium, ut *Felicem* Anerium, ut Nanninos duos, ut Philippum de *Monte*, ut *Orlandum* Lassum ut alios innumeros. Ex omnibus itaque iſtis primi ſtylo mottetico, alteri Madrigaleſco, poſtremi in utroque eminuerunt.“ Stylum *Madrigaleſcum* Kircherus derivat (alibi quidem ab auctore ſimilis nominis) „a vulgatis cantionibus, quas vulgo Madrigalia vocant, ſuntque ut plurimum vanæ, amoroſæ, etſi ex poſteris plures quoque ad res ſpirituales cum ſummo fructu, ut Agazzarius, transtulerint. Stylus eſt *Italis* maxime uſitatus, hilaris, alacer, plenus gratia & ſuavitate, diminutionibus maxime indulget, tarditatem, niſi ubi verborum ratio requirit, omnibus modis fugit.“ Notat Menagius in originibus *Italicis*, veteres *Italos* ſcripſiſſe *Mandriagale*; apta proin eſt derivatio a μάνδρα *caula* &
Storia della muſ. T. II. diſſ II. pag. 260. n. 136. ἀγέλη *armentum, grex.* *Io. Bapt.* Martini dolet, neglectum hoc tempore hunc ſtylum, movendis affectibus apprime aptum: quo in genere etiam in hoc ſæculo laudat Abb. Stephani, *Petrum* Torri, *Ant.* Lotti, *Bened.* Marcello, *Georg. Frid.* Hændel, *Thom.* Carapella, *Franc.* Durante, *Carol.* Clari, qui nobis reliquerunt Madrigalia, quæ etiam

dicun-

dicuntur *duetti, terzeti, i quali all arte e all eſpreſſione degli affetti hanno aggiunto quei vezzi, & quel buon guſto, che ſempre piu rendono grato la noſtra muſica.*

XX. Stylo mottetico & madrigalico aliam contulit formam *Baſſus*, qui vocatur *generalis* ſeu *continuus*, cuius inventio ad exordium ſæculi elapſi magno conſenſu tribuitur *Lud.* VIADANÆ inſigni organœdo ac eccleſiæ cathed. *Mantuæ* præfecto muſicæ: eumque in *Italia* circa eadem tempora excoluit *Auguſt.* AGAZZARIUS Collegii *Germanici Romæ* muſicæ præfectus. Baſſus fundamentalis per gradus demum noſtris his temporibus perfectionem accepit, per ſyſtemata imprimis D. RAMEAU, & TARTINI paullo ante explicata: unde etiam a ſuis RAMEAU celebratur. *En comparant les ſons*, ſcribit ad eundem d'ALEMBERT, *à leur baſſe fondamentale, dont la découverte vous eſt due, Monſieur, vous avez donné le moyen de fixer d'une maniere plus ſûre, & plus lumineuſe les rapports des ſons dans les différens genres de muſique; & c'eſt en ce ſens, que la muſique eſt devenue par votre travail une ſcience plus géométrique, & à la quelle les principes mathématiques peuvent être appliqués avec une utilité plus réelle & plus ſenſible, qu'ils ne l'ont été iusqu'ici. Voilà, Monſieur, ce que l'Academie a prononcé d'après mon rapport.* Hæc d'ALEMBERT in epiſtola eius elementis muſicis annexa: quo in opuſculo, quid ipſe quoque d'ALEMBERT ſecundum principia D. RAMEAU præſtiterit, exponit ROUSSEAU h. v. ubi etiam ingenioſi ſyſtematis D. SERRE, eiusque duplicis baſſi fundamentalis meminit iuxta ſyſtema TARTINI. Inter plura, quæ circa hanc rem ſunt edita a noſtratibus, quos inter non pauci ſunt, qui baſſum hunc generalem egregie excoluerunt, *Laur.* MIZLER eius compendium in machina quadam exhibuit, quæ deſcibitur T. I. Bibl. Muſ. P. I. pag. 58.

Baſſus generalis, fundamentalis additus.

XXI. In mottetico ſtylo hæc res tantam mutationem haud fecit, qui nempe ea continet, in quibus harmonica muſica dominatur; veluti contrapuncta, imitationes, fugas, canones, in quibus proximis ſæculis nimium eſt elaboratum, neglecta propemodum melodia. Quæ dum poſtea magis coli cepit, odæ ſeu mela, quæ *cantata, arias* vocamus, excogitatæ, atque in chorum illatæ primum a *Iac.* CARISSIMI feruntur, nec tamen noſtris temporibus ubique in eccleſia receptæ: ſiquidem auctor *ſpectaculi naturæ* optat, ut in eccleſiis illis cathedralibus, in quibus motteta adhuc obtinent, eorum loco odæ eiusmodi introducerentur. Laudatus porro *Iac.* CARISSIMI auctor hodierni cantus recitativi habetur, ut apud MATTHESON notatur v. *Meder*, qui ea de re ſcripſit multa etiam ex relatione

Odæ, quas arias vocant, ſeu meliſmaticus ſtylus, ac recitativus, ab Italis primum excultus.

T. VII. pag 161.

Ehrenpfort. p. 220.

ne abbatis monaſterii *Olivæ* in *Polonia*, inſignis muſurgi ex diſciplina M. *Ant.* Cesti, qui *Iac.* Carissimi diſcipulus, odas, quas eius magiſter eccleſiæ tantum conſecravit, theatro primus intulit, dum iam ſæc. XVI. *Horatius* Vecchius *Mutinenſis harmoniam primus comicæ facultati coniunxit, totumque terrarum orbem in ſui admirationem traxit*, ut ex eius epitaphio refert Muratorius. Notat D. Burney ſacra dramata *Romæ* primum audita apud PP. Oratorii in *Chieſa nuova.* Si Menestrier credimus in lib. *Des repreſent. en muſique*, ex dramaticæ muſicæ fragmentis, quæ in cantu eccleſiaſtico uſurpantur, priſtinus Dramata cum cantu repræſentandi mos fuit reſtitutus, ut eſt a Bandinio lib. II. de vita *I. B.* Donii annotatum p. XXV. resque inſigni loco Quadrii illuſtrata, de nobili illo etiam *Florentinorum* cœtu, cuius imprimis Donius de *præſtantia muſicæ vet.* meminit paſſim: ac quidem præcipuos eius auctores cultoresque recenſens pag. 116. &c. „Quodſi (inquit) ſtylum, quem vocant Recitativum, ac monodicum potius vocandum cenſes, ad examen revocemus, quid, quæſo, in *Iulio* Caccinio, in *Iacobo* Perio, in Claudio de *Monte Viridi* (quos a politiſſima illa *Florentiæ* ſchola prodiiſſe conſtat) tibi diſplicet? Quæ idem tum alibi, cum paullo poſt p. 124. & 129. memorat, explicatius ediſſerit *Io. Bapt.* Martini, de eadem ſocietate nobilium litteratorum *Florentinorum*, primordiiſque ſtyli recitativi ac meliſmatici ſub finem ſæculi XVI. & initium XVII. eius progreſſu ad nos usque ſtatuque hodierno, memoratu digna. a)

Antiquit. medii ævi T. II. p. 359.

Tagebuch einer muſic Reiſe durch Frankreich und Italien p. 276.

Storia della muſ. T. II. p. 299. n. 53.

a

Fuerunt penes nos ante incendium non pauca huiusmodi opera non ſolum dramatica, verum etiam ad ſacros eccleſiæ uſus egregie comparata & compoſita, quibus non modicum delectatus, uti fieri poteſt, privato etiam uſu ad clavichordium, ſæpe numero mecum cogitavi, quanto ſatius foret præ confuſa tot vocum & inſtrumentorum, aurium mentisque ſenſum ſuffocantium, muſica, eiusmodi recitatione ſeu declamatione muſica coniuncta cum cantionum modulatione dulci quidem ſed ſimplici uti

in

a) „Alcuni gentiluomini e letterati di Firenze ſul fine del XVI. ſecolo, e ſul principio del XVII. non contenti della muſica de'loro tempi, quanto piena d'artifizi conſiſtenti in fughe, imitazioni del canto fermo, roveſci, contrappuncti doppi, canoni, compoſizioni a piu voci, e a piu cori, altretanto lontana dal muover gli affetti, tentarono d'introdurre ſingularmente nella dramatica, tutte le qualita della *Greca* muſica, la monodia, o ſia canto di una ſola voce, fu uno de'ſingolari mezzi, con cui penſarono piu facile per ottenere il loro intento, onde lo diviſero parte in recitativo, & parte in arie. In fatti eſſendo il recitativo un diſcorrere cantando, o un cantare diſcorendo, egli e piu atto per ſe ſteſſo a mover gli affetti, di quello que ſiano le arie, ſtante ché il recitativo con ſemplici infleſſioni di voce e piccoli intervalli non copre il ſentimento delle parole, má loro da non poco riſalto per ſempre piu inſinuarſi nel animo degli uditori &c.“

in eccleſia; qua mens ſedata verba non perciperet tantum integra & incorrupta, verum etiam in animum inſtillarentur ſuaviter, ut erga Deum divinasque res aſſurgeret, piumque effunderet affectum. Laudat *Io.* MATTHESON doctorem UFFENBACHIUM, qui de ſtylo recitativo & dramatico muſicæ eccleſiaſticæ egregie locutus ſit in præfatione quadam, odis ſeu cantionibus *Francofordi* pro integro anni decurſu editis præmiſſa. Noſter vero *Io. Bapt*, MARTINI poſtquam, quid in hoc genere muſicæ hodie deſideretur, expoſuiſſet, votum ſuum l. c. depromit, a) quod dudum animo ſedet, ut publica auctoritate circa muſicam eccleſiaſticam id curaretur, ut selectus quidam fieret virorum tam naturæ, quam artis ac ſcientiæ dotibus præſtantium, quibus longo uſu & experientia probatis atque idoneis etiam morum probitate, id negotii daretur, ut ſacra meliſmata diverſi generis ac moduli conficerent, quibus utendum eſſet, excluſis aliis omnibus, quæ ineptus quisque pro libidine orbi, eccleſiæque obtrudit, ſæpe theatro etiam indigna ac trivio, nedum eccleſia. Quæ res, ſi unquam, certe hodie neceſſaria eſt, creſcente indies magis audacia, vitio quodam ſæculi noſtri, ad nova minus ſolida proruentis, in quod etiam P. FEYOO graviter invehebatur. b) a b

Aliarum Europæ nationum ſtylus, paſſim Italico conformatus.

XXII. Dolens hic reminiſcebatur antiquæ gravitatis, in muſica *Hiſpanica* deperditæ, ex ſervili imitatione *Italorum.* DURON quemdam aliquoties appellat, qui muſicam *Italicam Hiſpaniæ* intulerit, luxuriantem nimis pro eccleſiaſtico uſu. Neque vero denegat magnam habilitatem auctori illi, ſed male applicatam queritur. Præſagit poſtea, muſicam in *Italia* idem manere fatum, quod lingua latina atque eloquentia experta eſt, ex naturali ingenii volubilitate affectationeque, ac ſtudio ornandi comandi- *Pag.* 306.

a) „E'deſiderabile, che rinaſca qualche Profeſſore di raro talento, & ben inſtruito di tutte le parti della muſica, e ſopra tutto del valore e della proprieta dell' Armonia, e della melodia, il quale poco curante delle dicerie, degli altri profeſſori, che impegnati a ſoſtenere il loro ſtile, diſprezzano tuto cio, che oltre paſſa la loro limitata cognitione, faccia rinaſcere ad imitazione de'*Greci* la vera e giuſta mozione degli affetti, e ſollevi gli animi degli uditori gia annoiati della preſente muſica, e ſuppliſca al difetto di quei compoſitori, che troppo fidandoſi di quel primo e momentaneo foco dell' Idea, e niuna premura prendendoſi d'impoſſeſſarſi dell'arte, che perfezione nella muſica la perfetta harmonica, e la ſcuola *Napoletana* la vivacita delle idee, coſi e da ſperarſi, che alcuni profeſſori de'noſtri giorni, che gia danno gran ſaggio della loro diſtinta cognizione ſuperiore alla commune degli altri poſſano procurare quel pregio alla noſtra muſica, che aveva quella de' *Greci.* "

b) „Per la terza diſtinzione pongo quella tanta liberta, che ſi prendono i compoſitori, introducendo nella muſica tutte le modulationi, che vengon loro alla fantaſia, ſenza obligarſi a tema, o ad immitazione alcuna. Il guſto di queſta muſica ſciolta, anzi diſordinata, & ſommamente inferiore a quella, che con tanta vaghezza, e buon' ordine ſcrivevano i compoſitori del ſecolo paſſato, i quali con ameniſſima varieta continuavano un medeſimo ſentimento, ſpezialmente quando era a quattro voci." *Diſc. XIV. n.* 30. *p.* 302.

mandique: ut PETRONIO iuſta gentilibus ſuis exprobrandi cauſa fuerit, eos primos omnium eloquentiam perdidiſſe. Ab eo tempore, quo hæc ſcripſerat FEYOO, non parum auctum fuit malum, quod decorem muſicæ eccleſiaſticæ attinet, in *Italia* maxime collapſæ a dimidio fere ſæculo, ut iam nihil a theatrali differat. Cauſa eius rei hæc potiſſima mihi videtur, quod in præcipuis ſolemnitatibus muſica ceu ad ſpectaculum fiat in profeſto, feſtoque per mediam propemodum diem continuata; nihil enim non agunt melopoetæ, ut ſuos auditores iucunde detineant, audiendæ ſaltem muſicæ cauſa accurrentes, ſeſeque ad erectum odæum totos convertentes. Curant tamen probi piique paſtores, ſacrorumque præſules, ut dum ad præcipuas divini officii ſacrificiique partes venitur, muſica eiuscemodi profana ſileat.

At dum compoſitiones eiuscemodi muſicæ ad nos deferuntur, ſepoſito omni alio reſpectu, veluti cœlo delapſæ, adhibentur ſacratioribus quibusvis momentis; quin imo etiam cantiones ad theatra *Italiæ* compoſitæ ſic certatim excipiuntur: compoſitoresque noſtri mirum ſe egiſſe autumant, ſi hæc imitentur, plerumque infeliciter, nequaquam aſſecuti ardorem, foecunditatem, ac vivacitatem illam ingenii, facilitatemque ſeſe inſinuandi ſuavi, gracili, & eleganti melodia, forti, concinna ac exquiſita harmonia, uſu quodam mirabili diſſonantiarum, easque cum conſonantiis artificio quodam inimitabili miſcendi. Hinc fit, ut quævis exteræ nationes imitari ſtudeant *Italos* hodie, etiam a ſacris noſtris alienæ; ſed non eo, ac nos piaculo, periculoque profanationis apud eas ſectas, quæ muſicam in ſacris, non omnem ſaltem, admittunt. Sic *Spectator Anglicus* gentilium ſuorum ſtudium imitandi muſicam *Italicam* non diffitetur, utpote linguam etiam in theatris, ut paſſim omnes aliæ *Europæ* nationes, adoptantium. Nec ſe invito muſicæ *Anglicæ Italica* commodat amœnitatem iucunditatemque, tantum ne omnino genium nationale extrudat. Qua in re laudat *Io. Baptiſtam* LULLI coryphæum *Galliæ*, *Italia* oriundum, qui cum muſicam in *Gallia* imperfectam ac quodammodo barbaram deprehendiſſet, non eam exturbandam, eiusque loco *Italicam* inducendam duxit; ſed illam excolendam, poliendam, ornandamque gratiis, ex *Italica* innumeris acceptis, exiſtimavit. Nec dubitat Auctor *Gallicus hiſtoriæ muſicæ eiusque effectuum*, inſtituto hac de re longo examine, quod muſicam eccleſiaſticam ſpeciatim attinet, *Gallicam* in multis præferre *Italicæ*: & quidem quoad noſtrum argumentum facile eius ſententiæ acceſſerim, quod gravam uſuique ſacro conſentaneum ſtylum motteticum attinet, qualem

T. I. diſc. 23. p. 144. &c.

T. IV. pag. 96. &c.

lem auctor deſcripſit. a) Quid iam dicturus eſſet, ſi reviviſceret, cerneretque ſtatum muſicæ, tantopere immutatum ab illo, nihil iam a theatrali diſtare; cum iam iisdem partibus ac modulationum generibus ſit compoſita, atque adeo longe magis locum habeant vitia illa, quæ ille in mottetico ſtylo *Italorum* paullo poſt notavit? b) a *P. 178. &c.* b

In mox præcedentibus explicavimus votum celebris operis *Gallici Spectacle de nature*, ut in eccleſiis cathedralibus, ubi adhuc motteta obtinent, eorum loco odæ, *cantates*, ſubſtituantur: quod ingenio *Gallorum* accommodatum dici poteſt, præ cæteris nationibus cantui melodico addicto. Non hic inficias itur, quantum in muſica *Gallia* debeat concedatque *Italiæ*, etſi illa etiam in harmonia hoc tempore inſignes profectus fecerit. Qua in re iam ſæpe laudatus Rameau extollitur, poſt Lulli omnium ore *Gallorum* celebratiſſimum, qui nempe utriusque nationis coniunxit veneres: vitium tamen illud, puto, non ſatis eliminavit, quod in utraque gente iam notavit *Iſac.* Vossius, longas nimirum & perpetuas vocis flexiones, „quibus (inquit) non verborum tantum ſenſus, ſed & ipſum carmen ita extinguitur, ut neque cantus rationem & ſignificationem unquam percipere poſſis. Sive *Italos*, ſive *Gallos* audias cantantes, nihil niſi plaſmata audias, in iis ſolis totam expendunt vocem. Eſt tamen inter utrosque magna differentia, *Galli* quippe breviora, ſed magis frequentia amant plaſmata, ita ut in ſingulis pene ſyllabis vocem flectant. *Itali* longioribus utuntur flexionibus, unde ridentur a *Gallis*, velut in uno formando plaſmate utrumque exhauriant pulmonem. *Galli* præterea in ſuo cantu rhythmum magis obervant, quam *Itali*; unde fit, ut apud illos complura occurrant cantica, quæ concinnos & elegantes admodum habeant motus; verum eo laborant incommodo, ſeu vitio potius, quod quanto ſæpe elegantior ſit rhythmus, tanto minus verborum ſenſus percipiatur. *Itali* & *Hiſpani* verborum magis obſervantes, ſingula

T. VII. diſc. 4.

De Poemat. cantu & viribus rhythmi p. 123.

a) „L'Egliſe (inquit) qui eſt la place naturelle des motets, n'eſt point la place favorable aux motets *Italiens*, & les notres y valent dix fois mieux en quelque Pais, qu'on les porte; mieux meme par la muſique ſeule, & a plus forte raiſon en y ioignant l'avantage des nos paroles & de notre execution: mais j'avoue, que ceux d'*Italie* ont leur prix, en oubliant & en changeant le lieu pour lequel ils ont été faits. On peut ſans honte les aimer dans une ſalle. Les notres ſont plus propres a honorer Dieu, & a contenter les gens d'une délicateſſe ſevere (autre iugement abregé, & qui raſſemble tout) les leurs plus propres a amuſer, & a ſervir au plaiſir des Muſiciens. "

b) „Leur amour pour les chants extraordinaires, la torture, qu'il faut ſe donner, pour dechifrer leurs efroyables transpoſitions, la profuſion importune de leurs ornemens, la coutume, qu'ils ont de parcourir en cinq ou ſix meſures, deux ou trois octaves, de bas en haut, & de haut en bas, & de changer a tout moment, de mouvement, & de mode &c. Sont des marques tres-certaines, que la muſique de leur motets n'eſt point naturelle. *Ibid. p.* 113.

la vocabula longe proferunt diſtinctius, ſed rhythmum ſæpe negligunt; quodſi huius velint habere rationem, nihil eorum, quæ canunt, intelligas.“

Muſurg. lib. VII. p. 543. Neque inepte ex multorum annorum uſu ac conſuetudine cum exteris etiam nationibus de diverſarum cultiorum *Europæ* nationum cantus ac muſicæ ratione KIRCHERUS differit. „Habent (inquit) *Itali* ſtylum melotheticum diverſum a *Germanis*, hi ab *Italis* & *Gallis*; *Galli*, *Itali*que ab *Hiſpanis*; habent & *Angli* neſcio quid peregrinum: unaquæque naturali temperamento patriæque conſuetudini convenientem ſtylum. Oderunt *Itali* plus æquo moroſam in *Germanis* gravitatem; dedignantur in *Gallis* frequentes illos in clauſulis harmonicis teretiſmos, in *Hiſpanis* pompoſam & affectatam quandam gravitatem. *Galli*, *Germani*, *Hiſpani*que contra in *Italis* reprehendunt plus æquo licentioſam compiſmatum, quos illi trillos gripposque vocant, inamœnam & faſtidioſam repetitionem, quarum indiſcreto uſu omnem harmoniæ decorem potius tolli, quam ſuſtolli putant. Accedit, ut dicunt, vocum caprizantium inurbana quædam & incondita luxuries, qua, ut dicunt, riſum potius, quam affectus movent, iuxta commune proverbium: *Itali* caprizant, *Hiſpani* latrant, *Germani* boant, cantant *Galli*. Qui quidem diverſarum nationum diverſus in muſica ſtylus non aliunde provenit, niſi vel ex genio, & inclinatione naturali, vel ex conſuetudine longo uſu introducta, tandem in naturam degenerante. *Germani* ut plurimum cœlo frigido nati, complexionem acquirunt gravem, firmam, conſtantem, ſolidam, laborioſam, quibus qualitatibus ſtylus muſicus conformis eſt; & ſicuti voce graviori conſtant, quam meridionales populi, ad acutiores autem ſonos difficilis illis concedatur aſcenſus; hinc naturali inclinatione illud, quod optime præſtare poſſunt, eligunt, ſcilicet ſtylum gravem, remiſſum, modeſtum, & πολύφωνον. *Galli* contra plus mobilitatis habentes, utpote complexionem hilarem, vivacem, & contineri neſciam ſortiti, ſtylum ſimilem amant: unde ut plurimum hyporchematico ſtylo, id eſt, choreis, ſaltibus, ſimilibusque tripudiis aptiſſimo (uti cantiunculæ, quas Galliardas, Paſſamezzos, Currentes oſtendunt) indulgent. *Hiſpani* uti non tanti muſicæ cultores extiterunt, ita quoque nihil adeo dignum habent, quod cum aliis comparari poſſit.“ Sed condonandum eſt, ſi forte nonnemini videatur eſſe vagum nimis hoc, ut in re late per maximam *Europæ* partem patente, iudicium.

Fuit tunc vulgare ad nos usque, imitari ſymphonia variarum nationum muſicæ genium. Serioſius vero noſtra ætate in *Germania* TELEMAN ſingulari ſtudio non ſolum, quibus *Italia* (quod multi, ut diximus

ximus egerunt) ſed etiam *Gallia* præſtat, coniungere elaboravit, imo etiam *Polonici* ſtyli ſpecimina dedit, qui æquiſono delectari dicuntur ſtylo, ad nos nihil attinente. D. Burney ex ore principis Sapieha *Poloni* refert, in *Polonia* muſicam eccleſiaſticam *Italicam* ubique obtinere. Muſicam *Italicam* paſſim extollit. Dum vero de muſica apud S. *Marcum Venetiis* loquitur cum vocibus & ſolo organo, eam ſtylo dicit ſatis convenire cum choris *Anglicis*, quos *Anthem* vocant Id ex imitatione muſicæ *Italicæ* fieri (quod etiam in *Ruſſia* poſt mortem demum Elisabethæ Imperatricis nuperrime licuit) non addit. A *Gallica* vero muſica ſe abhorrere data quavis occaſione profitetur. Forte gravis patheticusque *Hiſpaniæ*, præ hilari celerique *Gallico*, ac vario *Italico* eccleſiaſtico ſtylo accommodatior reddi queat, accedente cultura non ſegni felicis cuiuspiam, haud exorbitantis, excitati nihilominus ingenii *Germanici*, indolisque modeſtæ, compoſitæ, ac amœnæ.

Diar. Itin. muſ. Vol. II. p. 121.
Vol. I. pag. 102.

XXIII. Sæpe laudatus P. Feyoo ingenue ſe fateri dicit, prodire in *Hiſpania* ſubinde, ſed rariſſime, excellentiſſimas modulationes, in quibus ſapor ſeu guſtus, ſuavitas, artificioſaque induſtria audire ſit, plerasque autem eſſe auditu intolerabiles; quod nempe promiſcue quisque hoc ſibi componendi munus ſumat, & quidquid phantaſia ſuggerat, nimia licentia profundat. Quæ eſt communis ubique gentium querela, atque antiqua cantilena. „Compatior arti (ſunt verba Io. de *Fulda*) quæ cum ab antiquis omni laude dignis philoſophis laborioſiſſime ſit inventa, noſtro ævo a viliſſimis Beanis corrumpitur, laceratur, & confunditur. O ſi viveret Boetius, certe pietate motus muſicam potius deplangeret, quam transferret. Non modo diceres, o Guido! fatuos eſſe cantores, ſed omnes magiſtros putares; nam ſine magiſtris omnia, quæ volunt, præſumunt. O temerariam audaciam! O execrandam præſumtionem vix duodennes iam diſcere veremur, aut ſi didicimus minora præcepta, quaſi intima arcana defendimus artis, & parum intelligentes omnia nos ſcire affirmamus, nulliusque correctioni ſubiacere volumus; ut verum in nobis appareat ſcriptum in muſica Iohannis Papæ: neſcientes ſcire volunt, ſcientesque fugiunt, quæſiti impudenter obſtrepunt, veritati reſiſtunt, erroremque ſuum ſummo conamine defendunt &c."

Neglectus veræ inſtitutionis ad artem muſicam.
Ibid. p. 294. 302.

Muratorio teſte ſæculo XV. muſica aſſurgere cepit, diligenterque excoli a doctiſſimis viris. Qua de re nos paullo poſt, iamque meminimus ſocietatis litteratorum *Florentiæ* ad finem ſæc. XVI. & initium XVII. atque etiam Conringius *de recta & optima in republica educatione*, de *Italis* id commemorat, revocare eos in uſum muſicam veterem. Id nempe de

Antiq. medii ævi T. II. pag. 359.
T. III. opp. p. 1098.

de eo ipſo ſtudio intelligendum eſt, quod in indaganda reſtituendaque vi ac ſtupendis effectibus muſicæ veteris collocarunt. Alibi vero dolet modo laudatus MURATORIUS, hodie negligi eam muſicæ artem, quæ ad commovendos affectus facit, cuius memoria penitus excidiſſe videatur, in qua veteres præſtiterunt: hodie muſicam ad titillandas aures ſolum factam, poſthabita potiori ad animum paſſionibus liberandum: rem muſicam ad ſolam praxin eſſe redactam ſine recta ſcientia harmonica.

Cogitat. delle opere.

Agitata eſt noſtra memoria, nec hodieque conquievit penitus, ſimilis quodammodo, quæ olim inter *Pythagoræos* & ARISTOXENEM eiusque aſſeclas efferbuit, controverſia de uſu mathematices in muſica. Qua de re, noſtros quod attinet, plura in *bibliotheca Muſica Laur.* MIZLERI occurrunt, qui hanc ſpartam præcipue tuendam ſuſcepit, non ſolum quoad mathematicam, ſed etiam philoſophicas diſciplinas, ad formandum perfectum muſicum utiles ac neceſſarias, ſingulari etiam edita diſſertatione, *Quod muſica ſcientia ſit & pars eruditionis philoſophicæ.* Paullo ante meminimus MIZLERI, *Lipſiæ* inſtitutæ ſocietatis muſicæ auctoris: qua vero in controverſia id mihi accidiſſe videtur, quod in humanis rebus paſſim & ubique, ut diſputationis æſtu nimium abripiamur, & in partes abſtrahamur. In *Gallia* hæc res d'ALEMBERT cum RAMEAU commiſit; cuius tamen ſyſtema muſicum ille tanti fecit, ut in compendium ordinemque illud redigeret. Legi poſſunt, quæ hac de re d'ALEMBERT in epiſtola ad RAMEAU ſcribit eius elementis ſubnexa, inter alia uſum illum ac conſiderationem ſcientiæ ceu illuſoriam penitus explodens, qua reddi queat ratio delectationis, quæ ex muſica percipitur: quod tamen *Leonardus* EULERUS in *tentamine novæ muſicæ theoriæ* ſtudioſe & acute, nec infeliciter, tractavit argumentum, ad definiendum ſuavitatis delectationisque gradum, ſi ipſarum iſtarum rerum, quæ ad harmonicam ſcientiam pertinent, ordinem, quem inter ſe tenent, cognoſcimus. Cenſeoque acuenda inflammandaque eſſe ſtudia ad artis ſcientiæque muſicæ, nimium vulgo neglectæ, & trivialiter illotis manibus a quovis imperito tractari ſolitæ, profectum: quidquid demum mathematica ac philoſophia poſſit conferre, aut alia etiam adminicula eſſe queant ad muſurgorum excolenda ingenia, quæ, ſi alia ulla, volubilia eſſe ſolent. Dudum vero ERASMUS, aptiſſimum hac in re mathematices ſtudium ipſum ſe iuvenem eſſe expertum edixit, ceu ad argentum vivum figendum.

P. 214. 215.

Accedit hic naturalis illa ac pulcherrima proportionum harmonicarum perinde ac arithmeticæ & geometricæ mathematicæ propriarum definitio.

finitio. Philoſophia vero tam theoretica, quam practica, naturalis & moralis, præterquam quod ad formandum muſicum omnes illas utilitates afferat, quas cultura ingenii humani uſusque facultatum noſtrarum fert, peculiares adhuc ſunt arti & ſcientiæ muſicæ, vulgo minus expolitæ in ſuo ambitu atque encyclopædia quadam, longe demum tempore, diligentia, meditationeque comparanda, ac diuturna experientia. Quanta ſit vis vocis humanæ, novimus, in ſola ſimplici declamatione ad movendum flectendumque animum, quorſum velit abſolutus orator; nemo vero ignorat, quanto ſtudio, labore, exercitatione conſtet laus eloquentiæ; cui nihil coniunctius eſt, quam muſica facultas, ut quæ amplius adhuc pateat. Vulgo dicitur poeta naſcitur, orator fit; apud perfectum muſicum utrumque conſociatum ſit oportet. Niſi propitio natus ſit quis cœlo, fæcunda dotatus ingenii vena, ſterile aridumque erit quodcunque in arte ſtudium ac labor: quodſi vero naturæ ſeu ingenio ars deſit ac diſciplina, illud ſi optime habeatur ad muſicam factum, tanto etiam proclivius ſine inſtitutione erit ad luxuriandum evagandumque: quod maxime tamen in muſica ſacra cavendum foret. Unde hic præter mathematicam & philoſophiam etiam theologia opus eſt: ut alia taceam, quæ ſæpe tamen deſiderantur, ipſa etiam linguæ latinæ haud raro cognitio in eo, qui thema latinum elaborandum ſuſcepit. Circumſtantiæ porro ſunt perſonarum, locorum &c. quæ non permittant domi ſuæ plurimis omnia illa acquirere, quæ neceſſaria ſunt, univerſim pro omnium facultatum apta diſpoſitione rectoque uſu, ad acrimoniam illam iudicii comparandam, quam guſtum nominare ſolemus, ut propoſito ſibi recto fine, eundem haud minus promte ac expedite proſequatur aſſequaturque muſicus, ſcite & eleganter ſatis; nec ſolum auditum percellat, ſed placide etiam animo ſeſe inſinuet. a)

Qua in re habenda quoque eſt ſagax auditorum ratio, aliarumque circumſtantiarum conſideratio eſt facienda, ac omnia prudenter ſunt moderanda circumſpiciendaque. Unde etiam exempla præclarorum virorum habemus, qui pro temporum & locorum diverſitate appoſite mutarunt muſicam. Hos inter tamen eos haud laudamus, qui vitio novitatis ſeducti ſenes demum repueraſcere ac laſcivire non erubuerunt, a gravitate deſciſcentes. *Ioſ.* Fux, qui ebullienti muſicæ ſe *Viennæ* oppoſuit, dicit ad finem ſui *gradus ad Parnaſſum* p. 278. ſe novitatis ſtudium nequaquam reprehendere; ſed maximis extollere laudibus. Nemo tamen eo ægrius ferret hodiernam muſicæ licentiam laſciviamque, in eccleſia præſertim.

Adol-

a) Duo ſono mezzi, per li quali la noſtra muſica eccita e muove gli affetti: l'uno ſi é l'idea, o ſia Inventione, che piace anche dichiamare col vocabolo difficile a deſcriverſi buon guſto; l'altro ſi è l'armonia, o ſia unione di vari ſuoni, o voci contemporanee. Queſta per ſe ſteſ-

Adolphum HASSE, eiusque uxorem celebratam arte canendi FAUSTINAM, ambos in luſtrum noſtri ſæculi eius exordio natos, non ſemel de hac prurigine conquerentes *Viennæ* audivi an. 1773. ſuperſtites.

Cautiones quædam in cantu plano ſeu chorali.

XXIV. Id in cantu plano, qui a choro eccleſiaſtico proprie choralis dicitur, eximium iam prædicavimus, quod idem ſibi ſemper ſimilis ad nos usque decurrerit. Sunt, qui cantum etiam planum melodicum magis reddere ſtuduerunt, qualis in Congregatione Benedictina *Caſinenſi* habetur, apud *Italos* muſicæ egregios æſtimatores in pretio habitus; quam equidem mutationem nemo vitio vertat. Vitia vero cantorum potius ſunt, quam ipſius cantus plani ſeu choralis; quæ ego hic *Andreæ* ORNITHOPARCHI potius verbis in opere *de arte cantandi*, quam meis haud importune, in gratiam potiſſimum gentilium meorum perſtringam: „Cum varii variis in divina laude abuſionibus agitentur, modo indecenter corpus movendo, modo indecoros oris hiatus faciendo, modo vocales mutando: cumque quisque ſuo vivat genio, nec iisdem omnes pareant legibus, nationumque diverſitas diverſos mores habeat atque ritus, habitu, ritu, ſtudio, ſermone, cantu: & (cum ſit melius familiaritatem deſtruere, quam contra veritatem aliquid diffinire, temere veritas dicere cogit, quæ amor patriæ propalare reprehendit) *Germania* cantores plures, muſicosque paucos nutriat. Nam præter eos, qui in ſacellis Principum aut ſunt, aut fuerunt, pauciſſimi canendi diſciplinam, cleri gloriam, vere cognoſcant: Magiſtratus enim, quibus hæc res commiſſa erat, cantores ſecundum vocis aſperitatem, non artis peritiam ceremoniis ac iuventuti præfecerunt, Deum boatibus, mugitibusque placari arbitrantes; qui ſuavitate magis, quam ſtridore, plus affectu, quam voce in ſcripturis legitur gaudere.“ Addit opportune hos *Io. B.* MANTUANI verſus:

Cur tantis delubra boum mugitibus imples
Tune Deum tali credis placare tumultu?

Sequuntur decem præcepta, omni canenti neceſſaria, quæ huc redeunt. Primum cupiens quidquam decantare, præ omnibus tonum, ſeu repercuſſionem eius diligenter animadvertat. Secundo ſcalam, ſub qua can-

ſa manegiata con arte, ha una forza ben grande per muovere l'animo noſtro a qualunque affetto, ed é talmente a lei connaturale, che non ſoggiace a vicenda, o mutatione di tempo, o a varieta di genio. L'altra ha le ſue vincende comſimili a quelle del veſtire, che mutanſi al mutarſi della moda. Di piu e queſta per ſe ſteſſa riſpettiva ſecondo il genio, e l'idea degli artefici, che la producono, & degli uditori, che s'aſcoltono: *P. I. Bapt.* MARTINI *ſoria della muſica* T. II. diſſ. III. n. 1. p. 281. Vid P. *Meinradi* SPIES Tract. muſico compoſit. pract. c. 34.

cantus decurrit, vigilanter attendat, ne ex molli durum, aut ex duro mollem faciat. Vocem quisque canentium verbis conformare ſtudeat, ita ut in re lamentabili triſtem, hilari quantum poteſt iucundum concentum promat. Qua in re miratur *Saxones* præclariſſimos *Germaniæ* populos, quod in mortuorum exequiis hilari concentu utantur. Quarto menſuræ præ omnibus teneatur æqualitas. Orientales *Francos* gentiles ſuos hic reſipiſcere vult, ne ut antea in chorali notulas iam producant, iam corripiant; ſed ab *Herbipolenſi* Eccleſia capite ſuo, in qua optime canitur, canendi exemplum ſumant.

Quinto autenticorum tonorum cantica profunde, ſubiugalium acute, neutralia vera mediocriter intonentur; cum hæc in profundum, illa in acutum, verum iſta in utrumque tendant. Sexto mutationem vocalium apud varios populos notat: *Franci* e. g. dum *u.* pro *o.* pronuntiant, religioſique campeſtres *Aremus* pro *Oremus* legunt. *Rhenenſes* a *Spira* uſque *Confluentiam i* vocalem in *ei* diphthongum vertunt, *Mareia* pro *Maria* dicentes. *Weſtphali* pro *a* vocali *a* & *e* coniunctim promunt, videlicet *aebs te* pro *abs te.* *Saxones* inferiores ac tota natio *Suevorum e* vocalem per *e* & *i* legunt, *Deius* pro *Deus* dicentes. *Germaniæ* quoque inferioris incolæ omnes coniunctim *u* & *e* pro *u* vocali exprimunt: *Lotharingi* pro *a* ſumunt *e*, *Meria* pro *Maria* dicentes, *grætia plena* pro *gratia plena*, & ſimilia. Septimo caveat cantor, ne aſinino clamore cantum plus æquo vel incipiat, vel inceptum vocis inſtabilitate ſurſum trahat. Octavo differentiam feſti a feſto quisque canentium diſcernat, ne ſimplici feria velut ſumma vel ſolemnizet, vel torpeat omnino. Nono ex indecenti oris hiatus atque indecenti corporis motu cantorem declarat inſanum. Poſtremo monet, ut ſupra omnia Deo complacere cantor ſtudeat, non hominibus.

Anne tempore huius auctoris, qui an. 1535. ſuum *de arte cantandi* opus *Coloniæ* edidit, non adeo, ut hodie paſſim in primoribus etiam eccleſiis fit, de properari officii divini cantum uſuvenit? Cum is tamen diœceſes ſexaginta tres peragratum ſe dicat ad finem libri tertii: qui ſingulariter notandus eſt, agitque de accentu, quem ſic vocare mos eſt, eccleſiaſtico, inflexione vocis, ſeu modulationibus minoribus epiſtolarum, evangeliorum, aliarumque lectionum; hæcque ad finem addit: „In peregrinatione noſtra, quinque regna, *Pannoniæ, Sarmatiæ*, *Bohemiæ*, *Daciæ* ac utriusque *Germaniæ*; diœceſes ſexaginta tres; urbes ter centum quadraginta, populorum ac diverſorum hominum mores pene infinitos

vidimus; Maria duo, *Balticum* ſc. atque *Oceanum* magnum navigavimus, non ut merces Arctoiſideris, ſed palladios fructus cumularemus. Quæ omnia dixiſſe volo: ut experientia potius quam præceptis, hunc de eccleſiaſtico accentu librum in lucem prodiiſſe, ſtudioſi lectores cognoſcant. "

Claudius SEBASTIANI *Metenſis* organiſta in ſuum *Bellum muſicale inter cantus plani & menſuralis cantus reges &c.* ex ORNITHOPARCHO, quas retulimus decem regulas, transtulit, multa item de accentu eccleſiaſtico, *de regulis concordantiarum*, *vocum*, *& cantus partibus*, regulas porro clauſularum in compoſitione cantilenarum cum regulis pauſarum in contrapuncto admittendarum: quibus varia cap. 33. miſcet pro exercitatione muſicorum inſtrumentalium ludendo fugas, ſeu pro more tunc ſolenni interludentium ſive organo ſive aliis inſtrumentis muſicis; quæ proſequi longum foret: veluti etiam, quas ingenti numero cumulandi mos obtinuit proxima adhuc memoria componendi regulas. E re magis ad inſtitutum noſtrum, propoſitumque huius operis ſcopum fore iudicamus, ſi ea adhuc, quibus a recta regula deſcitum eſt, notemus.

Ornamenta nimia Gothica muſicæ polyphonæ ac figuratæ.

Vol. I. pag. 131.

XXV. Dignus ſupra laudati incomparabilis *Ad.* HASSE ſucceſſor *Venetiis* in conſervatorio *Incurabili*, *Baltaſſar* GALUPPI tria hæc in muſica requirit, elegantiam, claritatem & bonam modulationem, *vaghezza chiarezza e buona modulatione* (ut ex ore ipſius perhibet D. BURNEY in *diario Itin. muſ.*) quas muſica ſacra imprimis deſiderat dotes. Fatendum vero eſt, illas vel maxime nunc deſiderari: dolendumque, quod hæc, quam ab ineunte ſæc XVI. repetimus definimusque, ætas tertia muſicæ ſeu poſtrema, ſuis ex crepundiis proxime antecedentium temporum contraxerit, ac veluti naſcens ſecum intulerit labem vitiumque ex ornamentis illis *Gothicis*: quibus adornandis infarciendisque nihil aptius fuit, quam muſica harmonica ac figurata; quæ ſe ipſa ſua prodit nomenclatura, ipſisque notularum figuris natam factamque ſe monſtravit ad miſcenda quadrata rotundis, ſicque confundenda omnia, ut colores coloribus obfuscentur, floſculique ac ſoni tanta varietate accumulentur, ut auditus cum ratione nihil diſcernere ad ſui oblectationem ſatisfactionemque queat, ipſaque copia inopem faciat. Cauſa hæc fuit, cur politiori noſtro ævo, abiecta alias omnium iudicio *Gothica* architectonica ex ruderibus veteribus *Græcis Romanis*que, vera elegantiæ forma a ſimplici nativoque ornatu repeteretur; quod in muſica longe maximo profectu fieret, ſi ſtupendos illos, quos antiquitas memoriæ prodidit, ſpectemus effectus. Hac certe

te ratione permotus Rousseau harmoniam omnem abiiciendam in muſica exiſtimat, poſtliminio revocata melodica. a) Demus vero, ut alia in multis aliis rebus, ita etiam in muſica reſervatum eſſe ſequiori ætati, ut muſicæ melodicæ harmonicam adderet, atque ad nos usque tantis progreſſibus expolitam transmitteret: id tamen committendum nunquam eſt, ut omnes moderationis limites excedat, eccleſiaſtica cumprimis; cum Platoni iam nunquam muſica ſine periculo reipublicæ immutata ſit viſa. Quam ſententiam expendens *Cœlius* Calcagninus in inſigni *de profectu* tractatu, ſtatum muſicæ noſtræ cum moribus depravatum vehementer luget: „Quod ego profecto (inquit) tum aliis cauſis, tum illi imprimis imputare ſoleo, quod omnis muſicæ ratio corrupta eſt adeo, ut nunquam corruptior fuiſſe intelligatur. Quum enim ſpecies triplex ſit, enharmonica, quæ cœlo & aſtris attribui ſolet: diatonica, quæ ſacris & gravioribus functionibus olim adhibebatur: duabus his deſitis ac longe ablegatis, ea ſola viget atque amatur, quæ chromatica nuncupatur, ad perdendos animos hominum inventa, celeritate & crebris motibus mentem e ſua ſede propellens: quam *Pythagorici* perpetuo edicto interdictam voluere. Sed & non alia de cauſa Timotheum *Mileſium* magna fuiſſe invidia apud *Spartiatas* obſervavimus, niſi quod multiplicem muſicam reddens, & ad genus chromaticum divertens, puerorum animos, quos erudiendos ſuſceperat, a modeſtia ad libidinem traduxiſſet.“ Hæc ille.

P. 330. opp. Baſil. 1544.

Alia vero graviſſima eiusmodi teſtimonia iam ſupra accumulavimus, paſſimque operi huic inſperſimus; ſed ſurdis muſicis cantatam hactenus eſſe fabulam, inde eluceſcit, quod lapſu temporum, aliquot nempe ſæculorum, vitia hic alibique notata ſemper hactenus creverint, ipſa etiam inſti-

a) „Quand on ſonge (inquit v. *harmonie*) que de tous les peuples de la terre, qui tous ont une muſique & un chant, les *Europeens* ſont les ſeuls, qui aient une Harmonie des accords, & qui trouvent ce mélange agreable; quand on ſonge, que le monde a duré tant de ſiecles, ſans que de toutes les nations, qui ont cultivé les beaux-arts, aucune ait connu cette Harmonie; qu'aucun animal, qu'aucun oiſeau, qu'aucun étre dans la nature ne produit d'autre accord, que l'uniſſon, ni d'autre muſique que la melodie; que les langues orientaux, ſi ſonores, ſi muſicales; que les oreilles *Grecques*, ſi delicates, ſi ſenſibles, exercés avec tout d'art, n'ont iamais guidé ces peuples voluptueux & paſſionés vers notre Harmonie; que ſans elle leur muſique avoit des effets ſi prodigieux; qu'avec elle la notre en a de ſi foibles; qu'enfin il étoit reſervé a des peuples de Nord, dont les orgues durs & groſſieres ſont plus touchés de l'eclat & du bruit des voix, que de la douceur des accens, & de la melodie des inflexions, de faire cette grande découverte, & de la donner pour principe a toutes les regles de l'art; quand, dis-je, on fait attention a tout cela, il eſt bien difficile de ne pas ſoupſonner, que toute notre Harmonie n'eſt qu'une invention *Gothique* & barbare, dant nous ne nous fuſſions iamais aviſés, ſi nous euſſions été plus ſenſibles aux veritables beautés de l'art, & a la muſique vraiment naturelle.“

inſtitutione muſica ad maiorem celeritatem, minuritioneſque tum notularum, cum intervallorum muſicorum prolapſa, quam CALCAGNINUS chromaticam cum aliis appellat, ipſique muſici minutiores notulas vocarunt chromata, ſemichromata, quin etiam, neſcio qua notatione, *arcibiscrome* apud P. FEYOO, qui non ſpernendis rationibus id ſibi demonſtrandum ſumit, tantum abeſſe, ut his diminutionibus perfectior ſit muſica, ut deſtruatur potius. a)

a

Nimia celeritas ac confuſio verborum.

XXVI. Iuſta etiam eſt, quam ſubiungit, querimonia, reprobatque in muſica nimiam illam feſtinationem ad oſtentationem admirationemque conciliandam: qui finis eſt, quem ſibi arrogantes muſici proponunt, omnino contra finem muſicæ, ſiquidem vel ſola aurium oblectatio ſpectetur; qui tamen ipſe noſtræ, de qua agimus, rectus eſſe nequit. RODOTA commentario in epiſtolam encyclicam BENEDICTI XIV. P. CRESSOLIUM in teſtem vocat, cum *Romæ* verſaretur, ſe multorum admiratione audiviſſe muſicales cantus ad aurium ſolummodo voluptatem compoſitos, ac devotione omnino vacuos. „Qui fieri poteſt, ut cum divinorum verborum maieſtate cohæreant venatica illa diverticula, cum duo ita canunt, ut unus præeat quaſi lepuſculus, tum venator paribus ſequatur veſtigiis? elabatur ille, & fugiat, hic avolet a tergo, & captare contendat?“ Hæc ille ex CRESSOLIO; addit *Cyrilli* FRANCHI in epiſtola data anno 1549. ad amicum *Ugolinum* GUALTERUZZI locum, teſtimoniumque *Itali*, quod libenter in hoc argumento adducimus, aliudque attingit grande muſicæ hodiernæ piaculum, in eccleſia potiſſimum frequentatum: *Pongono oggi i muſici tutta la loro beatitudine in fare, che il cantore ſia bene aſtretto alla fuga; e que nel medeſimo tempo, che uno dice* Sanctus, *dica l'altro* Sabbaoth, *e l'altro* Gloria tua, *con alcuni urli, mugiti, gargariſmi, che ſembrano piu gatti di Gennaio, che fiori di Maggio.*

Pag. 84.

XXVII.

a) „La prima ſi é, che rariſſimo ſara queſlo, que potra far bene tanto colla voce, che cogli ſtromenti punti tanto veloci &c. l'altra ragione, perche quella diminuzione di figure diſtrugge la muſica ſi è, che non da luogo all' udito per comprehendere l'armonia. Coſi come quel piacere, che an gli occhi nella varieta ben ordinata dé colori non ſi otterrebbe, ſe ciaſcuno paſſaſſe la viſta con tanta velocita, che appena faceſſe diſtinta impreſſione nell' organo (e ſi dica il medeſimo di qualunque oggetto viſibile) nella ſteſſa maniera, ſe i punti, ne'quali ſi diſtinque la muſica, ſono di durata ſi breve, che l'udito non poſſa diſtintamente impoſſeſſarſi di quelli, non riceve armonia, ma confuſione. Queſti due inconvenienti poi ſi fanno maggiori per l'abuſo, che commettono in practica i ſonatori moderni, i quali benche ſiano di mano tarda e peſante, fanno generalmente oſtentatione di taſteggiare con molta velocita, e communemente portano la ſonata con piu preſtezza di quella, che ricerca il compoſitore, e che eſigge l'indole del componimento: donde ne ſieque, che perde la muſica il ſuo coſtume, non ſi eſequiſce il piu eſenziale, che conſiſte nel eſatta oſſervanza del modo e del tempo. e i circonſtanti odono ſolamente un confuſo rumore.“ *Muſica delle Chieſe* §. *VII. n.* 27. 28. *p.* 300. 301.

XXVII. Sed non eſt hoc ſolum muſurgorum noſtrorum peccatum, quod in eccleſia committunt, ſacrata diſcerpendo verba, ut eorum nullam rationem habere videantur, nihilque curare, quo ea animis auditorum inſinuentur; alterum notat laudatus P. Feyoo per exceſſum, dum nempe ſic muſicam verbis accommodatam reddere volunt, ut non ad integrum attendatur contextum, ſed verba quædam aucupentur ſingillatim, quorum dum ſingularem energiam quandam exprimere nituntur, aberrant ab ipſius ſententiæ ſenſu. Exemplum affert ex Kirchero: nonnullaque alia ſæpe laudatus Auctor *Gallicus* in *hiſtoria muſicæ eiusque effectuum* parte poſteriore, qua de muſica ſacra ſingillatim tractat, non neminem etiam ex ſuis gentilibus ſugillans, ingenio ad muſicam alioquin inſigni præditum, deſtitutum vero notitia linguæ latinæ. Non ſpectato contextu ſenſuque verborum. *Pag.* 305.

Huc referenda a Donio muſurgis exprobrata, in ſacris præprimis gravioribusque concentibus, „quæ non recte atque ordine, neque ex eccleſiæ præſcripto (quæ errare non poteſt) ſed temere, ac licenter, ardelionum quorundam arbitrio uſurpantur. Quis eos, quæſo, docuit, *Kyrie eleiſon*, mœſtam flebilemque precationem, læto hilarique concentu attemperandam eſſe? Quis contra plenam lætitiæ atque exultationis *Mariani* cantici clauſulam, id eſt, *Gloria Patri* mœſtam flebilemque faciendam? quod & muſurgi paſſim factitant, & *Petrus* Pontius, non infimæ inter eos auctoritatis, diſerte præcipit. Quæ (malum) antiquiores illos ac celebriores Miſſarum modificatores Iodocum, Mutonium, Hadrianum, atque eius farinæ reliquos veſania adegit, ut ſacroſancti atque intemerati ſacrificii mele non e profanis tantum argumentis, ſed ſæpe laſcivis abiectisque deſumerent?

XXVIII. De alio defectu, huic vicino, modernæ muſicæ egimus ſupra, ſingularique libro ſibi diſcutiendum ſumſit *Iſ.* Vossius *de pœmatum cantu & viribus rhythmi*: quod nimirum nulla in enuntiatione verborum (contra naturam ſermonis) habeatur ratio ex concinno carminis motu; qui fuit ex eius ſententia veluti anima cantus apud veteres. Nec minus diſerte Donius in hoc argumento verſatur, eundemque paſſim in noſtra muſica notat defectum, in ſacra quidem adeo, ut etiam ſacræ ſcripturæ verbis energiam illam abiudicare videtur. „Nam (inquit) latina quidem e ſacræ ſcripturæ verbis fere conſarcinantur, quos mottetos vocant, quæ non modo metro carent, imo omni pene numeroſitate ſermonis, ſed phraſi quoque ipſa ac ſententia conſtant vehementer a muſica abhorrenti.“ Ablataque omni emphaſi verborum. *De præſtantia muſ. vet. pag.* 127.

Sed

Sed hic rhythmi vim compenſant aliæ ſacræ poeſeos virtutes, ac energia ſuaviter fortiterque influens in animum. Ea hic intelligimus ſoluta ſeu proſaica themata, ex officio eccleſiaſtico ſacraque ſcriptura limato ſelecta iudicio, ex pſalmis imprimis, aliisque canticis, prophetarum item ſententiis, non vero de *verbis temere multifariam conſarcinatis, ac nonnunquam arbitrio indoctiſſimorum hominum interpolatis;* quæ cum Donio perinde improbamus explodimusque, ac illos quos paullo poſt nominat muſicaſtros quosdam inſulſos & melorhaptas potius, quam melopœos, „qui dictionem atque ſententiam adeo non nauci faciunt, ut ſervire eam cogant intolerabili facinore famulæ ſuæ ſymphoniurgiæ. Quid enim aliud eſt mele prius componere, deinde iis carmina ſermonemque aptare? quod invita, ut aiunt, Minerva, ſeu potius invitis Muſis, & Gratiis omnibus, quoquo modo id cadat, ſemper efficitur, ut nudius tertius dicebam: diſtorquenda enim plerumque eſt omnis recta emendataque pronuntiatio: confundendæ accentuum leges; longa tempora corripienda; producenda brevia, ac barbaris quibusdam inconcinnisque parelcyſmis vocabula diſtrahenda ſunt. "

Ibid. p. 14.

Aliter ſane rationem iniit cel. *Alexander* Scarlatti, cuius hoc *Io. Bapt.* Martini in epiſtola ad *I. Bapt.* Passeri affert dictum: *Le parole devono ſomminiſtrare l'idea della muſica.* Attulerat is paullo ante ex Donio dignam hanc ſuo auctore ſententiam ex ſæpe citato opere de *præſtantia vet. muſ.* T. I. p. 124. nimirum artificium obeſſe nativæ elegantiæ; quod ille alibi etiam ex eo imprimis probat, quod nimia verborum fiat confuſio, rectæque obſit pronuntiationi.

T. II. opp. I. Bapt. Donii p. 267.

T. II. opp. p. 250.

Nimis prolixa ſyrmata repetitionesque cantuum & vocum.

De præſt. vet. muſ. p. 152.

XXIX. Ea vero notatu imprimis digna ſunt, quæ Donius ſuis gentilibus iam ante duo ſæcula exprobrare potuit, pravamque vocat atque inveteratam conſuetudinem, quæ ars venditetur. „Dum enim (inquit) cantores noſtri vitare ſtudent rudem quandam cantus ſiccitatem ac rigorem, eum ita emolliunt, ac fruſtillatim, ut ita dicam, concidunt, ut ferendi non ſint. Quo vitio noſtrates *Itali* præter cæteros tenentur, qui belli ac feſtivi ſaperdæ ſibi ipſis videntur, ac reliquos meras pecudes ac ſtipites putant. In quo merito ſane ab exteris deridentur, qui iudicione an inſcitia, certe eiusmodi ineptiis parcius indulgent, neque enim id quæro: tantum dico, tam frequentibus prolixisque meliſmatis nihil inſulſius, nihil levius, nihil effeminatius, nihil inefficax fieri poſſe. Quam tu quæſo vim, vel emphaſim (ſi hoc exprimit illud quod *aerem* vulgo vocant) aut affectum habere putas, eiuscemodi modulationes, in quibus tertia qua-

que

que ſyllaba cantantis vox, repetitis usque ad ſatietatem iisdem fere excurſibus, nusquam conſiſtit, nusquam aures implet, nusquam ullum concentus ſaporem percipi ſinit; ſed ſaltuatim, ac volutatim huc & illuc celerrime ducta, nullum ſui veſtigium relinquit? An hoc canere tandem eſt, vel cantillare potius, muſasque diſcerpere? Verum tamen ferendæ fortaſſe eſſent huiusmodi deliciæ, ſi in clauſulis ac longioribus ſyllabis, non ubique; ſi in rebus ludicris, non in graviſſimis; ſi in laſcivioribus carminibus, non in ſanctiſſimis ſententiis; ſi in ſcena, non in ſacris ædibus; ſi in commeſſationibus, non in ſupplicationibus adhiberentur. Illa vero ſpeciatim meliſmata, quæ eatenus extenduntur, ut uno ſpiritu proferri nequeant, ac neceſſario divulſa ſunt, atque hiulca; in mimicis fortaſſe modulationibus atque agoniſmatis, quæ oſtentationis cauſa fiunt, tolerari poſſent: cæterum in ſacris piisque argumentis, ac ſæpe etiam flebilibus, qualia ſunt, quæ Chriſti Domini cruciatibus ac paſſioni dicantur (dicam equidem, quod ſentio, nec ſine ſtomacho) magno ſæculi noſtri dedecore tamdiu tolerantur. Sed totum hoc partim inſcitiæ, partim incuriæ illorum, qui hæc moderandi & corrigendi poteſtatem habent, tribuenda ſunt. *Decipimur* quippe *ſpecie recti*, paucique oppido reperiuntur, qui ſuavitatem a mollitie, artificium ab affectatione, varietatem & copiam a ſuperfluitate ſeiungere ſciant. Interim hoc vos habetote, non tantum eiusmodi meliſmata nimia prolixitate peccantia, divulſa, incohærentia, earundemque pericoparum inculcatione fatiſcentia, parvi eſſe facienda; ſed etiam, quæ breviori ambitu ineptas quasdam eorundem phthongorum iterationes habent; nimiamque præſeferunt affectationem. Item quæ extra proprios modorum cardines licentius evagantur, aut ἦθος ſive proprietatem præſeferunt ſubiectæ materiæ parum convenientem."

Hucusque Donius, apprime ad rem præſensque de muſica eccleſiaſtica argumentum: in qua pronius reddunt conciſiora plerumque themata illud præcipue vitium tot tantarumque replicationum recantationumque. Poſſent nihilominus ac deberent nimiæ illæ repetitiones unius ſæpe alteriusque vocis evitari, ſi muſici ſuis modulis illigarent non ſolum *Kyrie eleiſon* e. g. ſed integrum *Introitum*, prout olim cum ſuo pſalmo canebatur continuabaturque, quantum tempus permittebat. Repetendi autem flebilis *Kyrie eleiſon* fixus eſt numerus. Libet de hoc etiam audire *Iſ.* Vossium, haud abs re cantores & contrapunctiſtas inceſſentem: „Qui (inquit) auribus ſane non carent, licet ſæpe cerebro non multum valeant, omnia ſibi licere exiſtimant in corripiendis aut producendis ad libitum ſyllabis, in torquendis aut lacerandis vocabulis, ne incommodus ſit cantus. Quis non rideat, ſiquis audiat illa vocabula, quæ cantui apta exiſtimant, decies & ſæpe pluries intempeſtive prorſus repetere, & *P. 81.*

ſic eorundem verborum perpetuam quandam facere quaſi palinodiam, ac ſi ſeculum verborum laboraret inopia?" Poſſent equidem duæ hæ voces e. g. *Kyrie eleiſon*, centies etiam milliesque repetitæ pie tempeſtiveque percellere animum, ſi penſaremus, multo adhuc pluries nos peccatis Deum offendere, neque unquam ſatis eſſe, ſi inceſſanter etiam ab irato malis noſtris Numine ſupplices peteremus, ut propitium noſtri miſereatur. Sed plerumque tantum abeſt, ut muſici moduli his verbis aptati, ad hunc contriti animi ſenſum inſtillandum facti ſint, ut potius ad diſtractam mentem reddendam, aut exhilarandam oblectandamque compoſiti videantur, aut etiam tædium vitandi cauſa, ac tempus in eccleſia fallendi tranſigendique iucunde apud auditores; apud muſicos vero ipſos, ut laudem aſſequantur, ac admirationi ſint. Quod ſi rectum ſibi propoſitum haberet finem muſica eccleſiaſtica, eidem coaptatas audiremus in ſacris noſtris muſicas modulationes, verbisque ſacris emphaſim adderent, ut ſuaviter in animum influerent, ac dura noſtra emollirent corda, ſupernisque inſtinctibus accommodarent, & devotionem piosque affectus excitarent.

De div. pſalmodia cap. XVII. §. III. n. 5.

Afferam, quas requirit in muſica ſacra ad hos ſalutares effectus producendos conditiones Card. Bona: „Sunt autem (inquit) quatuor, ni fallor, hæ conditiones, quibus poſitis muſica procul dubio inducet hominem in varios affectus, & commotiones. Prima conditio eſt, ut harmonia ex vocibus & ſonitu proveniens iuxta toni exigentiam recte ordinetur. Secunda, ut numerus muſicus, quo modulationis totius ſeries a gravi in acutum, & ab acuto in grave procedit, qualitati verborum & toni accommodetur. Hic eſt numerus, quem vulgus vocat aerem cantionis, de quo poeta: *Numeros memini, ſi verba tenerem.* Tertia, ut ipſa verba talia ſint, quæ mentem percellere, & commovere poſſint. His adiungebant antiqui totius corporis motus ac geſtus patheticos ad excitandos affectus aptiſſimos. Quarta tandem, ut qui muſicos concentus audit, non tam aurem, quam rationem adhibeat, uti docet Boetius, ſitque aptus & diſpoſitus ad muſicæ effectus recipiendos.

Lib. I. c. 9.

Perverſo muſicæ ſacræ fine.

XXX. Sed, ut hoc iterum iterumque oggeram, ita vulgo comparatum eſt cum hodierna muſica, ut quotidie ad hos ſalutares fines ineptiorem ſe præbeat, quanto magis eius patroni de eius perfectione glorientur, ut ſummum faſtigium attigiſſe exiſtimetur; ad amovendum nimirum potius animum, quam commovendum, ac lenocinandum auditui, quin cor pietatis ſenſu imbuat: dum ad ſe rapit intellectum, totum occupat hominem, eiusque diſturbat attentionem muſicus concentus tam varius, tam intricatus, vocum & inſtrumentorum commixtio tam diverſa, quæ omnia ſeſe obfuſcant mutuo, & confundunt. Solent *Itali* pro ſuis illis,

qui

qui ſe non caſtraverunt propter regnum Dei, ſed ob vocis ſuavitatem, compoſitiones muſicas ita inſtituere, ut unus alterve principatum teneat in canendo: nempe ut vocem continuo oſtentet, arteque canendi audientibus placeat, admirationem ſui faciat, & applauſum conciliet. a) Salſe vanitatem hanc ſæpe laudatus DONIUS *de præſtantia muſicæ veteris* deridet: „ Audis nimirum (inquit) ac vides, quam tinnulis vibrationibus, quam molliculis plaſmatis, quam mellitis fuſisque meliſmatis eunuchi noſtri formoſuli ac venuſtuli luxurientur? Video nimirum, ac rideo; quid enim? tu in eo ſitam putas ſummam muſicæ pulchritudinem, atque elegantiam? ſi ita putas, falleris; ſed falleris cum plerisque. "

a *T. I. opp. p. 152.*

Eundem vulgo ſibi compoſitor finem proponit eximius quisque, ut oblectet, laudem conſequatur approbationemque ſuæ artis muſicæ apud peritos imprimis auditores: qui ipſi in hoc toti extra ſe rapti diſtinentur, ut evolvant artificioſam illam placidamque confuſionem; cæteri ſtant attoniti, arrigunt aures, modulos perſæpe audiunt, quibus pedes potius ad ſaltandum commoventur, quam mens ad devotionem. Dum e contrario is ſolus finis eſſe debeat muſicæ ſacræ, non delectari ſolum, ſed docere ac movere. Id ſuapte natura muſica melius, quam oratio præſtaret ſuavius in animum influens. Atque hinc quidem muſica dicitur ſcientia varios ſonos ita coniungendi, ut auditui gratam exhibeant harmoniam, ut EULERUS definit in *Tentamine novæ theoriæ muſicæ*, ubi ea diſquirit, diſcutitque, unde in ſonorum modulationibus gratum illud ac ſuave eſt.

Sed hic non ſubſiſtit muſica eccleſiaſtica, quæ eſt eloquentia quædam ſacra; unde, quod dicit CICERO *de oratore*, hic ſpectandum eſt: *Omnis enim vis ratioque dicendi in eorum, qui audiunt, mentibus aut ſedandis aut excitandis eſt poſita.* Equidem ſunt, qui illud S. AUGUSTINI, ex opere de muſica huc trahunt: „Ergo modulatio non incongrue dicitur movendi quædam peritia, vel certe qua fit, ut bene aliquid moveatur; " At ille non de muſica ſacra ibi tractat, ſed numeroſorum motuum ſpecies quinque prioribus illius operis libris explicat, ac ſexto demum, *quomodo a corporalibus & ſpiritualibus, ſed mutabilibus numeris, perveniatur ad incommutabiles numeros, qui iam ſunt in ipſa incommutabili veritate, & ſic inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpi-*

N. 17.

L. I. de muſ. n. 3.

a) Sono gia due ſecoli, che dai profeſſori ſi va piu toſto cercando il diletto, il ſolletico, del piacere, e ſingolarmente la varieta anzi, che la mozione efficace degli affetti, e ſe qualche volta ſe ne ſente alcun Lampo, che eccici qualche diſtincto movimento, egli é frammiſchiato con tanta varieta d'intervalli ſucceſſivi & contemperanei, ſemplici e compoſti, con altra qualita fra di loro ſi contrarie, che non gli vien permeſſo d'operare nell' animo ſino a quel grado, che ſarebbe neceſſario per produrre il devuto efetto. *I. B.* MARTINI *ſtoria della muſ. T. II. diſſ. III. p.* 316.

ſpiciantur: ut ſuum illius operis ſcopum in lib. I. *Retractat.* c. 11. explicat. Id quod ipſum quidem in muſica ſacra etiam debet eſſe propoſitum, ut mens in Deum aſſurgat, non ſolum ut ſenſus delectatione afficiatur iuxta eundem S. Doctorem in libris Confeſſionum: *Cum mihi,* inquit, *accidit, ut me amplius cantus, quam res, quæ canitur, moveat, poenaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem.* Multo magis ergo muſici ipſi, compoſitoreſque modulationum ſacrarum peccant, ſi populo Chriſtiano peccandi cauſam præbeant, mentemque potius a divinis cantu & muſica avocent, verba ſacra infuſcent, & confundant, ut percipi nequeant; organo aliiſque inſtrumentis muſicis laſciviant; ludicris, vanis, profaniſque modulis omnia repleant. In quo genere ſymphoniæ longe maximus eſt abuſus hodie, vitiumque iam notatum oſtentandæ artis, celeritate imprimis agilitateque digitorum & pedum, robore pulmonum, diſtenſione buccarum, impreſſione labiorum.

Fuerunt, qui omnem eiuscemodi ſine humana voce muſicam templis expellendam exiſtimarent: certe id tolerari nequit, ut recto fini non reſpondeat in excitandis piis animi motibus, movendo ſcilicet, dum docere ſimul inepta ſunt inſtrumenta. Eloquentiam animorum reginam appellat Cicero citato iam libro, *quæ illos mox lætos, mox triſtes, iam iracundos, iam lenes, ac mites ſuo arbitratu efficiat.* Hic vero muſica, quæ hæc ut olim, promtius longe præſtare debuerat, ſermo ſcilicet cantu & modulis excomtus muſicis, dupliciter peccat defectu & exceſſu: illum laudatus obſervat *Iſ.* Vossius, de *poematnm cantu & viribus rhythmi*, ſtatim in præfatione, quod non perinde atque olim aures ſenſuſque afficiat, ſed adeo longe intra efficaciam cultæ orationis ſubſiſtat, ut nullus hoc tempore reperiatur muſicus, qui vel mediocriter diſertum audeat provocare oratorem. Exceſſum vero illum laſcivientis muſicæ, quem ſupra in conciliis poſterioris huius ævi tam frequenter damnatum vidimus, magis magiſque inſoleſcens theatralis in eccleſiam introducta muſica quotidie auget: quæ dum animum pacatum reddere ac tranquillare debeat, uti olim Davidis cithara, malum potius excitat ſpiritum, & e templo ad theatrum cogitationem avertit, a choro ad choragium; locoque deſideriorum æternorum ac cœleſtium caducæ & terrenæ delectationi affigit; imaginibus phantaſiam facile replet rerum, quas nec nominari vult Apoſtolus, præſentaneo ſcopulorum illorum periculo, de quibus cavendis ex ſuavi ſirenarum cantu ipſa etiam gentilis antiquitas monebat; ſanctique Patres tantopere ſcenicas res abhorrendas volebant, ignari tunc, ab illis aliquando nec templa noſtra fore immunia, una eademque utrobique muſica, muſiciſque haud raro iisdem etiam, lenocinantibus.

CA-

CAPUT V.

Auctores muſicæ ſacræ poſteriore ætate usque ad præſens tempus.

I.

Hucusque pertractavimus, qua ratione muſica ſacra magis magisque fuerit exculta: quæ tamen numquam a Davidis tempore, inſtaurationeque cultus divini in templo *Hieroſolymitano* per Salomonem, tanto apparatu inſtructa fuit, quam poſteriore hac eccleſiæ ætate, a ſæculo decimo quinto ad noſtrum usque tempus deducta. Muſica ampliata.

II. Imperatores, reges, principes, aliique, prout pollebant rebus, certatim æmulati ſunt eccleſiæ antiſtites ſummos, præſertim inter eos *Romanos* pontifices: qui muſicam, cui a *capella* nomen inditum eſt, primum inſtituerunt. Vocabulum vero iſtud pervagatum undique eſt ad muſicam *Palatinam*, magnis ſumptibus adornatam, ſtipendiariis muſicis ingenti numero, qui arte præſtarent, undique accitis, ab eo nempe tempore, quo *ampliata eſt muſica, ſurrexeruntque novi cantores & compoſitores, & figuriſtæ*, ut repetam verba *Petri* Herpii apud Goldastum. Quæ res quantum a ſæculo præſertim decimo quinto progreſſa ſit, nunc tractamus. Ad cuius finem Ioannes de *Fulda* de muſica ſcribens. „Videamus (inquit) quantum noſtris temporibus valeat muſica. Nunquid ſanctiſſimus Dominus noſter Innocentius Papa octavus muſicos colit, obſervat, honorat, prædeceſſorum imitans veſtigia: omnes enim *Romani* pontifices, aut muſici erant, aut muſicis delectabantur, quos gratiis & donis honoraverunt quam maximis. Quid invictiſſimi Imperatores *Romanorum*, ſereniſſimique reges fecerunt, in publico eſt. Quid Chriſtianiſſimus *Francorum* rex, ac reges *Angliæ*, *Aragoniæ*, *Hiſpaniæ*, *Hungariæ*, *Apuliæ*, multique principes, prælati inſignes, civitates liberæ per *Italiam*, *Galliam*, ac *Germaniam* pro noſtro ævo muſicis fecerunt & faciunt, nemo eſt, qui neſciat.“

Culta a ſummis eccleſiæ, ſæculique principibus.

T. I. Rer. Alem. p. m. 117.

P. I. c. 5.

Præerat tum *Romano Germanico* Imperio Maximilianus I. de quo eius biographus *Io.* Cuspinianus iam citatus in *Pinacotheca Principum*

 Auſtriæ:

P. II. lib. I. c. 17. n. 18. p. 154. *Auſtriæ:* "Omnes ad hæc, (inquit) bonas diſciplinas plurimum venerabatur. Muſices vero ſingularis amator. Quod vel hinc maxime patet, quod noſtra ætate muſicorum principes omnes, in omni genere muſices, omnibusque inſtrumentis in eius curia, velut in fertiliſſimo agro, ſuccreverunt." Ad ſacram vero etiam muſicam hæc MAXIMILIANI pertinuiſſe ſtudia, ea declarant, quæ idem auctor narrat in diario de congreſſu eiusdem MAXIMILIANI & trium regum ULADISLAI *Hungariæ*, LUDOVICI *Bohemiæ*, & SIGISMUNDI *Poloniæ* in urbe *Viennenſi* facto XVI. *Iulii* anno Chriſti MDXV. „Epiſcopus *Viennenſis* celebravit ſummum officium, quod cum ſumma reverentia, & amœniſſimis concentibus diverſorum muſicorum peragebatur. Quotus quisque enim princeps eſt hodie in orbe noſtro, qui ſingularia ingenia muſicorum ita veneratur, & appretiat, ſicut Cæſar? Sub eo itaque nova inſtrumenta muſices excogitata atque inventa ſunt, quæ vetuſtas non habuit, ſeculum noſtrum non vidit; ſicut in diverſis generibus fiſtularum patet, & in illo ipſo inſtrumento, quod Regale appellatur, ſine fiſtulis & chordis ab aurifabro inventum; & in illo mirabiliori, quod nuper monachus excogitavit, quod fiſtulas nullas habet, ſed quasdam concavitates in latum lignum excifas, in modum ſerpentum ambulantes, quod ſonorum admodum edit concentum; & ex *Rheno* nuper allatum eſt inſtrumentum, quod voces avium repræſentat. Quæ omnia PAULUS muſicorum princeps, cum illo ſimul, quod ipſe reperit ex cornibus, aptiſſime tangebat, & ſimul cum cantoribus diverſis vocibus. Et paullo poſt: celebratis nuptiis, inſignitisque militibus, dataque per Cardinalem *Strigonienſem* benedictione & indulgentiis, mox omnes inflatæ ſunt tubæ, & mirabilis auditus eſt concentus; ſimul cantores *Te Deum laudamus* pronuntiabant. Et in organis magiſter PAULUS, qui in univerſa *Germania* parem non habet, reſpondit."

Apud Struvium T. II. ſcript. Rer. Germ. p. 607.

Sed & ipſi quoque muſicam excoluerunt MAXIMILIANI poſteri, & ſucceſſores, aliique principes. De ſua ætate ſæc. XVII. memorat DONIUS *de præſtantia muſ. vet.* a maximis quibusque ferme Chriſtianæ reipublicæ principibus tanto in pretio haberi muſicam, *ut nonnulli artificioſiſſimos concentus componant, alii voce, quidam organis peritiſſime canant.* veluti FERDINANDI III. muſicam compoſitionem exhibet KIRCHERUS, refertque, regem catholicum PHILIPPUM IV. litanias quasdam compoſuiſſe; addit & LUDOVICI XIII. regis chriſtianiſſimi *Galliarum* meliſma. Auctor vero *Gallicus hiſtoriæ de muſica & eius effectibus* HENRICUM II. CAROLUM IX. & HENRICUM III. laudat, qui

T. I. p. 94.

Muſurg. lib. VII. p. 685.

T. IV. p. 85.

haud

haud dedignati muſicis ſe canendo ſociarint. Idem dum CAROLUM V. Imp. mire delectatum muſica memorat: *l'on peut dire auſſi*, addit, *que le grand gout de* CHARLES *Quint pour la muſique a paſſé comme un bien hereditaire dans la maiſon Royale de Bourbon.* Alibi LEOPOLDI I. Imp. motteta memorat: cuius ac IOSEPHI filii compoſitiones ſacras diverſi argumenti, quæ ſervantur, vidi *Viennæ*, audivi vero etiam in meo hoc monaſterio D. *Blaſii.*

T. I. p. 263.

T. II. p. 277.

Sub his Imperatoribus muſica *Italica* non ſolum in aulam Cæſaream, ſed & totam fere *Germaniam* ſeſe inſinuavit; cuius etiam ſtudioſiſſimus fuit CAROLUS VI. eſtque amor, ſtudiumque muſicæ ceu hæreditarium in familia Cæſarea, quam totam muſicalem nominat D. BURNEY cum Imperatore IOSEPHO II. glorioſiſſime regnante; etſi hic tantos ſumtus muſicæ haud impendat, quos ſub CAROLO VI. factos GUNDLINGIUS recenſet maiores multo, quam ſuperiore ſæculo in aula Cæſarea quotannis impenſos CONRINGUS in *exam. rerum publ. potiorum totius orbis* commemorat; articulatius etiam membra collegii muſici *Palatini* in *Galliis* enarrans: qua in recenſione Auctor *hiſtoriæ de muſica & eius effectibus* ſacram muſicam, capellæ nempe regiæ, a profana diſtinguens, illam ex centum aut pluribus adhuc perſonis compoſitam dicit. *Claud.* SEBASTIANI laudat in ſuo *bel. muſ.* principes in *Germania*, ducem *Saxoniæ*, Landgravium *Haſſiæ*, *Wirtembergiæ* &c. qui tempore factæ ſæculo decimo ſexto immutationis in religione ac ritibus eccleſiæ ſtudio amoreque muſicæ organa muſicamque (quod apud *Lutheranos* late per ſeptentrionem ſparſos minus mirum eſt quam *Calviniſtas Anglos* eadem haud dubie auctoritate ſtudioque muſices ELISABETHÆ cumprimis reginæ, ut nunc CATHARINÆ II. *Ruſſorum* Imp.) in eccleſiis ſervarunt. „Qua in re (addit) in præfatione, prædictos principes pro numine habendos, ſublevandisque muſicis a ſuperis credendum eſſe datos, quos ad Dei laudem, muſicam cum ſuis alere, organa deſtructa reſtaurare, & reſtaurata quam diligentiſſime cuſtodire, organiſtasque enutrire videmus: quibus anumerandus eſt illuſtriſſimus princeps ac comes GEORGIUS comes *Wirtembergenſis* & *Montis Belligardenſis* muſicorum alter mœcenas & amator (cuius celſitudo componiſtas, organiſtas, tubicines, teſtudinarios, fidicines, fiſtulatores, & cornicines, cantores, & omnis generis muſicos habet, enutrit & audire gaudet) in quorum numerum me puſillum ſuſcipere & admittere non eſt olim dedignata excellens eius celſitudo.“

Tagebuch ſeiner muſicaliſchen Reiſen 2. B. p. 187.

Hiſtor. der Gelahrtheit T. IV. p 5306.

T. IV. p. 296.

Ibid. p. 176.

T. I. 291.

Proximis temporibus hos principes æmulati ſunt apud nos etiam nobiles dynaſtæ de *Fugger* præprimis, aliique comites imperii ad noſtra usque tempora.

Sed

Sed potiſſimus apparatus muſicus eſt pro magnatorum aula ac theatro, hodieque, ut paſſim D. BURNEY animadvertit in *diario itineris muſici* per *Italiam*, *Galliam*, *Germaniam*, longe maioribus conducuntur congiariis muſici pro ſcena ubique earum gentium, quam pro eccleſia. Neque huius loci ſunt, quæ MATTHESON alicubi notat de inſigni peritia muſica FRIDERICI II. ducis *Saxo-Gothorum*, ERNESTI *Ludovici* Landgravii *Haſſiæ Darmſtadienſis*, ERNESTI principis *Saxo-Weimarienſis*, FRIDERICI LUDOVICI ducis *Wirtembergenſis &c.* Laudatusque D. BURNEY atteſtatur de celebrata omnium ore ſcientia ſtudioque muſicæ FRIDERICI II. regis *Boruſſorum*, quem tamen a muſica eccleſiaſtica alienum eſſe idem non uno loco commemorat Vol. III. Ad rem vero Vol. II. p. 104. & 123. recenſet meletemata muſica MAXIMILIANI IOSEPHI, nunc Electoris *Bavariæ*, ipſe eius generis litaniarum accepta promiſſione, ea conditione ne typis imprimi curaret, veluti *Stabat mater* æri inciſum fuerat invito principe.

An muſica ſæc. XV. in Italia cum cæteris artibus effloruerit.

III. A viris principibus ad litteratos progredimur. Haud defuetunt viri ingenio doctrinaque pollentes, qui cum luce litterarum diſciplinæ etiam muſicæ ornatum ſplendoremque afferre ſtuduerint. Ex *Græcis*, qui Sæc. XV. *Latium* doctrina imbuerunt, unus *Ioannes* ARGYROPHILUS ſub COSMO M. etiam muſica inclaruit teſte VOLATERRANO lib. XXI. Commentar. cuius monodia ſeu liber cantionum uniſonarum cum cæteris eius ſcriptis ſervatur in bibl. regia *Pariſ.* Scio equidem, eſſe, qui gloriam hanc *Italis*, apud quos ſæculo XV. ſcientiæ reſtauratæ iterum effloruerunt, haud concedunt; nec abs re, quod muſicam ſaltem practicam ſequioris ævi attinet, ut mox patebit: dum tamen non pauci ex iis, qui cultioribus artibus inclaruerunt, etiam muſicæ operam dederunt Hos inter *Marſilius* FICINUS magni COSMI de *Medicis* liberalitate in diſciplinis formatus, philoſophus *Platonicus*, medicus & muſicus; & ANGELUS *Politianus* muſica mire delectatus usque ad mortem, quam ad muſicam quoque oppetiiſſe dicitur: quod etiam perhibent de ELISABETHA *Angliæ* regina, PRÆTORIO item, ac aliis nonnullis. AMBROSIUS *Camaldul.* ſcriptor ſæc. XV. lib. XVIII. ep. 10. ad *Leonardum* IUSTINIANUM: „Petii abs te (ſcribit) ſi quas vel ipſe feciſſes ad honorem S. M. Virginis, vel Salvatoris noſtri laudes, vel ab aliis commode factæ eſſent apud te, cum melo ſuo, eas mitteres ad me: nam hisce ſtudiis & ipſe me interdum dedo.“

Hiſt. de la muſique & de ſes effets. T. I. p. 50.
Vid. Beſold. Theſ. Pract. V. muſ.
Apud Edm. Martenium T. II. Monument. p. 596.

De ſimplici & gravi melodia res eſt, quam inſtauratores politioris litteraturæ ad inſtitutum exemplumque veterum excoluiſſe, quivis facile ſibi perſuadebit, poſthabita varia illa, intricata & confuſa medio ævo bar-

barbaro nata, ac deinceps magnis progreſſibus ingentique molimine ad hodiernum ſtatum deducta. Eſt hoc, quod ſua ætate negligi DONIUS loco mox citato dolet. D. de BLAINVILLE vero notat ſub FRANCISCO I. doctoribus *Græcis, Latinis*que concurrentibus inſtitutaque inter alias a rege cathedra mathematica, MERSENNUM, & *Salom.* de CAUX ex Mſs. *Mediceis* in *Gallias* translatis muſicam ſcientiam inſtauraſſe ad formandos in arte peritos muſicos, quales poſtea ex *Italia* CATHARINAM de *Medicis* ſecuti immutata priori ſimplicitate elegantiam muſicæ *Italicæ* attulerint circa medium ſæculi XVI. unde coniicere licet in *Hetruria*, auſpicio magnorum de *Medicis* ducum effloruiſſe muſicam a ſæculo XV. vergente, quo tempore ac loco etiam inter præclariſſimas artes exculta fuit. Sic vero SAXOLUS *Pratenſis* celeberrimi LAURENTII de *Medicis* eadem ætate filius, in epiſtola ad amicum de VICTORINI *Feltrenſis* vita & diſciplina, ab eo *cum in philoſophia, tum cæteris præclariſſimis artibus arithmetica, geometria, muſica diligentiſſime* eruditum ſe teſtatur apud eundem MARTENIUM; cum multa de veteris muſicæ laude dixiſſet, CICERONE etiam uſus auctore, qui hanc a diis immortalibus datam dicit fideliſſimam certiſſimamque animorum noſtrorum cuſtodem & ducem, „modo educata ſit (addit) ut iubet, in philoſophiæ gremio, bene morata, modeſta, prudens, verecunda; non hæc huius temporis inquinata, impudens, corrupta, atque corruptrix; quæ de philoſophorum ſententia, & *Spartiatarum* decreto civitatibus tanquam rerum publicarum labes exigenda atque exterminanda ſit: quamquam hæc ipſa multis iam ſæculis ante corrumpi cepta.“

Hiſt. de la Muſique. P. IV. 83. &c.

Apud Edm. Marten. T. II. Monum. p. 853.

IV. Quodſi *Itali* ad noſtram uſque ætatem ea muſices vitia declinaſſent, minus laboraremus. Inter præcipuos ex ea gente, qui de re muſica ſcripſerunt, connumerandus merito venit *Franchinus* GAFORUS *Laudenſis*, cuius *Practica muſicæ* IV. libris comprehenſa, *Mediolani* 1496. impreſſa, proſtat. Citat paſſim hic auctor in eodem argumento libros PETRI *Apponenſis*, *Ioan.* TINCTORIS, PROSDOCIMI *Patavini*, PHILIPPI *de Caſerta*, ANSELMI *Parmenſis*, cum FRANCONE & *Io. de* MURIS anteſignanis muſicæ menſuratæ, quos DONIUS ſemiantiquos ac penitus barbaros appellat, ex recentioribus iſagogicis methodicisque addens *Bartholomæum* RAMIS, eiusque diſcipulum *Ioannem* SPATARIUM, *Stephanum* VANNEUM, quorum apud nos rariora ſunt opera; veluti etiam *Adriani* PETIT COCLICO diſcipuli celebris IOSQUINI, *Petri* ARON *Florentini*, *Georgii* VALLÆ *Placentini*, *Io. Mar.* ARTUSII *Bononienſis*, *Ludovici* FOLIANI *Mutinenſis* muſica theoretica *Venetiis an.* 1529. *impreſſa.* a) Hunc falſo FLORIANUM nominat *Mediolanenſem* a *I. Ger.*

Scriptores de muſica practica & theoretica.

De præſt. vet. muſ. p. 134.

a) *Io. Bapt.* MARTINI ad calcem tomi II. hiſtoriæ muſicæ catalogum ſcriptorum muſicorum theoreticorum & practicorum præcipuorum tantum ponit, cum ipſe in ſua Biblio-

a *I. Ger.* Voſſius a) *de ſcientiis mathematicis* c. 22. ubi primo loco inter ſcriptores de re muſica poſterioris ævi recenſet *Iac.* Fabri *Stapulenſis* libros IV. de muſica, ſeu elementa muſices, inſcriptos dedicatosque *Iacobo* Labinio & *Iacobo* Turbelino *muſicis*, *ſuis chariſſimis praeceptoribus*, atque eos in proœmio laudat tanquam ea arte poſteritati victuros. Sic *Henricus Loritus* Glareanus in Dodecachordo ſæpe cum laude miminit *Ioannis* Cochlæi, olim in muſicis præceptori ſui, viri digniſſimi, theologique inſignis; qui etiam rudimenta grammaticæ, muſicæ, & geometriæ edidit. Qualis vero inſtitutio muſicæ ſacræ a tali viro exſpectanda ſit, quivis coniiciet: proditque etiam diſcipulus Glareanus, eximios phonaſcos, qui nempe ſimplicem ſectantur cantum, neutiquam ſymphonetis poſtponendos exiſtimans: *ſed neque eccleſiaſticum cantum, arte vera ac modis naturalibus conſtantem, cedere*, putat, *oportere multarum vocum garritui.*

Dodecach. L. I. c. ult.

Neque vero aliter loqui aut ſentire poſſunt veri veteris muſicæ indagatores, æſtimatoresque, qui ſecundum eadem principia muſicæ recentioris inſtitutiones perſequuntur: quos inter *Vincentius* Galilæus de nova & antiqua muſica; quod opus, *Ioſephi* Blancani iudicio in apparatu ad mathematicas diſciplinas Lib. XII. apud laudatum *Ger.* Voſſium, *neceſſarium eſt ad muſicam noſtri temporis corrigendam, & inſtaurandam veterem.* Ad quem cenſum pertinet Galilæus, cuius opera *Florentiæ* an. 1717. ſunt edita; *Io.* Kepplerus in libro de harmonia mundi, itemque in myſterio coſmographico contra Robertum a *Flud* ſeu de *Fluctibus Oxonienſem*, quem etiam petit *Marinus* Merſennus in commentario ſuper Geneſin, editis præterea quatuor harmaniæ libris; & *Athan.* Kircherus in muſurgia. Præſtant vero *Ioſ.* Zarlini opera, *Inſtitutioni harmoniche*, *Demonſtrationi harmoniche*, *ſupplementi muſicali*, qui theoriam cum praxi ſumma laude coniunxit, *Venetiis* ad *S. Marcum* muſicæ præfectus, Thuano etiam celebratus: in *Hiſpania* vero *Franc.* Salinas *Burgenſis*, in academia *Salmanticenſi* muſicæ profeſſor, libb. VII. de muſica: *Angeli* Berardi canonici *Viterbienſis documenti armonici.* Ante hos in *Germania* noſtra *Nic.* Liſtenius ſæculo XVI. in proœmio ſtatim muſicæ rectum muſicæ ſacræ uſum omnibus ætatibus ſpectatum paucis declarat: *non ut inutilis voluptas, tanquam ludus quæreretur, ſed ut cantu animi redderentur tranquilliores, excitarentur ad cogitandam harmoniam divinæ gubernationis, flecterentur ad motus*

Lib. CXXII. ad an. 1596.

theca omnis generis auctorum miriadem numeret. Brossard in ſuo lexico muſicos theoreticos nongentos dicitur cenſere.

a) Parens *Iſaaci* Vossii, qui in libro *de poematum cantu & viribus rhythmi* veteris contra novam muſices patrocinium ſuſcepit, uti etiam coætaneus *Lampertus* Alardus in libro *de veterum muſica.*

motus aptos doctrinæ cœleſtis, *denique ut & ipſæ ſententiæ efficacius moverent animos*, *cum accederet cantus.*

Andr. Papius *Gandavenſis*, & *Sethus* Calvisius eam controverſiam potiſſimum agitarunt, quam ſupra attigimus, de quarta nimirum conſonantia, quæ perplexos tenuit a) pleroſque, quos modo nominavimus, theoreticos; atque ſpectata antiquæ muſicæ theoria in transverſum egit etiam *Io. Bapt.* Donium *Florentinum*, ſæpe laudatum, multis de muſica operibus clarum ſuperiore ſæculo: quæ inter *de præſtantia muſicæ veteris* inter alia memorabilis, quam recte contra exceſſus hodiernæ muſicæ, præſertim etiam ſacræ, ſtatuit. *I.* Wallisium minus cauſamur, ſolis cum *Ioan.* Meursio & *Marco* Meibomio ſcriptoribus antiquis *græcis* intentum, atque eo de ſtudio etiam aliquando a Leibnitio reprehenſum; qui tamen ſenex tandem muſicis disquiſitionibus, mathematicis, hiſtoricis, ac poeticis, de rhythmo ſcilicet, multam impendit operam, quo de argumento etiam P. Ziegelbaur notat Werlini monachi *Seonenſis* in *Bavaria* opus, de *rhythmorum varietate*, *typis*, *exemplis* & *modulationibus.* Fruſtra vero hactenus conquiſivi *Franc.* Cionaccii *origine & progreſſi del canto eccl.* Cyrilli commendatoris S. Spiritus *Romæ* epiſtolam *Italicam* ad *Ugolinum* Gualterneium, qua agit de abuſibus muſices in templis; *Io. Andreæ* Bontempi *Peruſini* hiſtoriam muſicam, in qua, iuxta titulum in *Act. Erud.* anno 1696. expoſitum, datur plena cognitio theoriæ & praxeos antiquæ muſicæ harmonicæ ſecundum doctrinam *Græcorum*, qui eam ante diluvium inventam a Iubal, & denuo repertam a Mercurio, reſtituerunt priſtinæ ſuæ dignitati: & quomodo ex theoria & praxi antiqua nata ſit praxis moderna, quæ complectitur ſcientiam contrapuncti. Nihil nunc ad nos attinet iniquior antiquis *Claudius* Peraltius in tractatu *Gallico* de muſica antiqua, quem Auctor *Gallicus hiſtoriæ muſicæ* inſectatur T. III. deinde

a

Hiſt. litter. O. S. B. P. IV. p. 216.

b

pag. 241.

a) Treatiſſe concerning the law fulneſs of Inſtrumental-Muſic in holy offices.

b) *Ioſ.* Santarelli capellæ pontificiæ præfectus mihi iam ante annos duodecim, cum *Romæ* degerem, conſilium expoſuit operis, quod meditabatur, de quo nuperrime ad me, quæ ſequuntur perſcripſit. „ Ancor'io . . . mi trovo terminata un opera, la quale à per titolo *Della muſica ſacra*, *e della diſciplina dè ſuoi Profeſſori*, ed abbraccia equalmente i due canti *Gregoriano*, e Figurato, che ſerva alla chieſa; mà la poca, o piuttoſto niuna diſpoſizione, in cui vedo la republica armonica, di ricondurſi a ſuoi doveri verſo la muſica del ſantuario, mi à coſi avvilito, che non mi ſento piu coraggio d' intraprenderne la ſpeſa della ſtampa, al certo non indifferente alle riſtrette miæ finanze, per non racoglierne poi verun frutto nè temporale, nè ſpirituale. Se pero mai mi riſolveſſi di publicarla, allora ſupplichero V. A. a degnarſi di voler eſſere tra primi a riceverne un Exemplare. " Id obtinuiſſe ſe ab auctore meminit D. Burney in *diario Itin. Muſ. P. I. p.* 201. &c. tam primum volumen anno 1764. impreſſum, quam ſecundum, quod pœne confectum lacunas alterius operis expleat an. 1711. ab *Andrea* Adamo editi ſub tit. *Oſſervationi per ben regulare il coro della capella pontificia.*

T. III. p. 215. &c.

de vero IV. de muſica eccleſiaſtica peculiariter agit. Non caret utilitate ſua quæſtio hæc inter Proteſtantes potiſſimum hodieque agitata, de recto & perverſo uſu muſicæ ſacræ. Huc faciunt præter iam p. 253. citatos auctores ſcripta quædam *Caſpar* RUEZ ad tollenda præiudicia contra muſicam eccleſiaſticam annis 1750. 1752. 1753. edita, recenſitaque a *Frid. Wilh.* MARPURG. Epiſtola S. de SYDOW; quæ apud eundem legitur, emendationem cantilenarum attinet. De muſica eccleſiaſtica ſcripſerunt etiam *Simon* TAYLOR, & *Henricus* DODWELLUS in *Anglia*, ubi iam notavimus, veluti etiam apud Proteſtantium noſtratium varias ſectas, non eandem eſſe circa muſicam eiusque uſum ſacrum ſententiam. Libri hi ad manus meas non pervenerunt, quos autem vidi eiuscemodi per decurſum operis citatos, ſupervacaneum iudico, ſingillatim hic recenſere.

Hiſt. critiſche Beyträge zur Aufnahme der Muſic. I. Band 511. &c. bl. IV. B. 289. &c. bl.

Doctores & Profeſſores muſicæ publici in Anglia.

V. Iam memini Lib. II. c. 1. p. 287. ſuperiore tomo, in *Anglia* poſt HENRICUM II. regem, vergente ſæc. XII. doctoratus lauream etiam facultati muſicæ obtigiſſe ex *Ant.* a WOOD hiſt. & antiquitatibus univerſitatis *Oxonienſis*: ubi paſſim *Quadrivii* fit mentio, anglice *Quatervois*, loci haud dubie, in quo lectura eſt quatuor mathematicarum partium, ad quas etiam muſica revocatur. Lecturæ muſicæ & arithmeticæ munus olim etiam obiiſſe IOANNEM monachum *Menevenſem*, quem plerique ſcriptores pro *Ioanne* ERIGENA habent, idem memorat. Anno autem 1440. inter ſcholas artium ſcholæ muſicæ *alta tertia* aſſignatur, quam tertiam horam pomeridianam interpretor. Ad an. 1460. ſub EDUARDO IV. *Iohn* HAMBOIS doctor muſices legitur etiam in hiſtor. *Angl. I.* HABINGTON Vol. I. p. 481. Hiſtoriæ *Oxonienſis* auctor laudatus porro ad annum 1596. quod cathedram muſicam ſpectat, perhibet doctorem *Ioannem* BULL in eiusdem facultatis gradusque album ex diſciplina *Wihlelmi* BLITENMANN aſſumtum, virum illa in arte exercitatiſſimum, eoque nomine tam ab ELIZABETHA, quam regibus & principibus peregrinis (exteras enim gentes perluſtravit) in pretio habitum. Additur: *Effigiem eius depictam exhibet tabella in ſchola noſtra muſicæ ſuſpenſa.* Laudatur porro *Will.* SHIPPEN, profeſſor muſices in collegio *Greshamenſi Londini*; ad quod laudatus *Io.* BULL a regina ELISABETHA poſtea aſſumtus fuerat. Superiore demum ſæculo, anno ſcilicet 1626. lectura muſicæ etiam practicæ inſtituta eſt *Oxonii* benevolentia *Gulielmi* HEYTHER, in muſica doctoris *Oxonienſis: qui Magadim, ſive harpſechordon, nobis cum ciſta & fidibus aliquot, librisque muſicis, manuſcriptis & impreſſis, contulit: præter ſtipendium praxeos muſices (quolibet die Iovis intra terminum, excepto tempore quadrageſimali, in ſchola huic arti aſſignata exercendæ) magiſtro conſtitutum.*

Lib. I. p. 320. 349. Lib. II. pag. 31.

pag. 16.

L. I. p. 307. &c.

L. II. p. 44.

Recen-

Recenſentur poſtea praxeos muſicæ profeſſores, primus RICHARDUS eius artis baccalaureus & collegii *Magdalenenſis* organiſta, a fundatore nominatus eodem: cui ſucceſſit an. 1639. *Arthurus* PHILIPS in muſica baccalaureus eiusdem collegii organiſta: huic vero munus ultro deponenti *Ioannes* WILSON, muſicæ in univerſitate *Oxonienſi* doctor, anno 1651. Is CAROLO I. & CAROLO II. a muſica privata fuit. *Eduardus* LOWE ædis Chriſti, & ſacelli regii organiſta in WILSONI, munere ſe abdicantis, locum anno 1661. aſſumtus eſt. *William* BIRDE, baccalaureus muſicæ, quem (cum iam laudato TALLIS) BURNEY, ipſe muſices in *Anglia* doctor, præcipuis accenſet in muſica ſacra auctoribus, ætate his, quos modo nominavimus, ſuperior, memoratur *Io.* MATHESONIO, cuius canon muſicus etiam in *Laur.* MIZLERI bibliotheca muſica habetur, diciturque ætatem ducentorum annorum ſuperare. Et poſtea in recenſione programmatis *Conſtant.* BELLERMANNI, rectoris *Mundenſis*, dum PEPUSCH doctori muſicæ etiam celebris HÆNDEL aſſociatur, error ex epiſtola ipſius HÆNDEL an. 1744. ad MIZLERUM data corrigitur; qua nempe ſignificat, ſe doctoratus gradum ob accumulata negotia accipere necdum potuiſſe. *Io.* MATHESON vero in gloria muſica V. HANDEL annotat, an. 1739. celebrem GORDON profeſſorem muſices in collegio *Greshamenſi* mortuum eſſe: inter candidatos autem numerantur doctor BARROWBY, *Mr.* GORE, & M. BROOME. In rhythmis vernaculis eiusdem ſcholæ magnæ baſſi generalis præmiſſis edit. 1731. celebratur tunc temporis profeſſor muſices in academia *Oxonienſi* GOODESON, in collegio autem *Greshamenſi* SHIPPEN.

Vol. II. p. 245.

T. III. P. II. Tab. I. fig. 6. Tab. III. fig. 1. & 2.

Vid. p. 481. 483.

Ehrenpforte p. 100.

Laudavimus iam *Franc.* SALINATEM, profeſſorem muſicæ in academia *Salmanticenſi*, eodemque munere perfunctum *Franchinum* GAFORUM. *Brixiæ*, *Pariſiis*que publice prælectum S. AUGUSTINUM de muſica laudatus MATHESON teſtatur. Dum vero in *Germaniæ* noſtræ gymnaſiis tantum profeſſores muſicæ fuiſſe putat, quales laudat *Georgium* EBELING *Stettinæ*, & *Ioachim* MEYER *Gottingæ*, antequam in univerſitatem eveheretur, ignoravit, iam ante aliquot ſæcula in Academiis *Colonienſi*, *Argentoratenſi*, *Baſileenſi*, *Friburgenſi* publicos muſicæ profeſſores fuiſſe: immemor etiam, quæ ipſemet dixerat in latino ſchediaſmate epiſtolico ad *Io. Chriſtoph.* KRUSIKE an. 1732. in Academiis *Italicis*, *Hiſpanicis*, *Anglicis*, & *Germanicis* a publicis conſtitutis doctoribus traditam fuiſſe, & adhuc in quibusdam locis e cathedra publica doceri muſicam. Vid. *Car. Conradi* OELRICH *von den academiſchen Würden in der Muſic. Berolini* 1752.

Et alibi gentium.

Vorrede des vollkommnen Capellmeiſters.

VI. Extat in bibliotheca muſica *Laur.* MIZLERI epiſtola D. VENZKY, conrectoris & bibliothecarii *Halberſtadenſis* ad MIZLERUM, qua eum ad celebrandum iubilæum muſicæ figuralis excitat, ad annum ſcilicet 1440. dum eodem

Auctores muſicæ pract. icæ, ſæc. XV. *T. II. P. III. p. 169. &c.*

eodem tempore, quo typographiæ divinum inventum orbi litterario protulit *Germania*, DUNSTAPHUM in *Anglia* muſicam figuralem excoluiſſe, perſuaſus fuit. Qua de re avide exſpectamus, quid in medium prolaturus ſit in ſua hiſtoria Muſicæ D. BURNEY, qui itinere muſico *Belgium* peragratus ſtudioſe in origines recentioris muſicæ, quam contrapunctum nominamus, indagavit; quod *Ludov.* GUICCIARDINUS cum aliis eam gloriam *Flandris* auctoribus muſicis, qui ſæculo XVI. totam pene inundarunt *Europam*, tribuat. Doctor BURNEY vero me certiorem reddit, tertium demum DUNSTAPHO hac in re locum inter *Anglos* eſſe tribuendum: quem fuerunt, qui cum DUNSTANO archiepiſcopo *Cantuarienſi* ſæc. X. confuderunt. Hic inter ſæculi XV. muſurgos maxime celebratus, promiſcue etiam DUNSTABLUS, DUNSTABLE nominatur, non raro a *Franchino* GAFORO laudatus, ac quidem libro II. c. 7. cum ELOY, de quo nihil aliunde mihi hactenus innotuit, incendio conſumtis, quæ de eo ex bibl. P. *I. Bapt.* MARTINI *Bononienſis* in prima huius operis elucubratione poſueram: ELOY *igitur in modis doctiſſimus in miſſa ſua* Dixerunt diſcipuli, *duabus ipſis longarum perfectarum pauſis modum maiorem perfectum declaravit, atque unica inſuper trium temporum pauſa minoris modi perfectionem oſtendit. Quod & DUNSTABLE in tenore* Veni S. Spiritus *diſpoſuit hoc modo &c.* Eundem lib. III. c. 4. nominat ante BINCHOYS: & DUFAY atque BRASART. *Guilielmum* DUFAY *venerabilem* appellat IOANNES *de Fulda* P. II. c. 1. ſuæ muſicæ: *cuius*, inquit, *compoſitio noſtris magnum dedit initium formalitatis, vulgo* manerum *dictum; nam ipſe primus regulis contentus non immerito limites eſt ſupergreſſus in transpoſitione*; *cum inſtrumentis perutile ſit &c.* Puto legendum *regulis non contentus* iuxta ea, quæ clarius explicata dat poſtea cap. 8. *Transfluxis vero temporibus, acutis ingeniis, ſubtiliores eſſe ceperunt muſici, manu, &* GUIDONIS *præceptis non contenti, ſed cantum totiens quotiens transponentes invenerunt infra Gama plures voces adiiciendas eſſe, ſimiliter ſupra* E e la *plures aſſociandas voces, cuius rei venerabilem Gwilhelmum* DUFFAI *inventorem extitiſſe credo, quem ad unum moderniores muſici omnes imitantur.* De hoc auctore *Gallico Sebaldus* HEIDEN in præfatione libri de arte canendi narrat, quod a DUNSTAPLO in *Anglia* inventam artem componendi pluribus vocibus cum BINCHOI excoluerit; quam poſtea *Ioan.* OKEGAM, BUSNOE, & CARONTE ad maiorem adhuc perduxerint perfectionem. Apud *Fridericum* MARPURG primi muſicæ polyphonæ auctores cenſentur *Wilhelmus* DUFAY, CARON, CONRAD, BINCHOIS & BUSNOE, qui plerique *Galli* duplex contrapunctum & fugas excogitarint, leges ad conſonantiarum diſſonan-

Hiſt. critiſche Beyträge zur Aufnahm der Muſic. II. B. 316. *bl.*

rum

tiarumque proceſſum, atque DUNSTANO-*Aretinam* methodum emendaverint. Sic ille. Relege modo dicta.

Claudius SEBASTIANI c. 27. *Belli muſicalis* tres diſtinguit claſſes Muſicorum: ac in prima quidem theoricorum etiam OCKGEHEM, & *Iacobum* OBRECHT collocat. Sequuntur „ ſecundo mathematici difficiles in multitudine ſignorum & obſcuri. *Ioannes* GEISLIN, DUFAX, *Ioannes* TINCTORIS, FRANCHINUS, BUSCHNAE, CARONTE. Tertio practici theorici, cæterorum principes, qui canere, & componere, & compoſita intelligere noverant. *Iosquinius* des PRES, *Petrus* de la RUE, BRUMEL, *Henricus* ISAAC, *Ludovicus* SENFEL, *Adrian* VUILLART, LEBRUN, CONCILIUM, MORALES, la FUGE, l'HERITIER, *Nicolaus* GOMBERT, *Thomas* CREQUILLON, CHAMPION, *Petrus* MASSENUS, IACQUET, PIPELARI, *Nicolaus* PAIEN, COURTOIS, LUXI, LUPUS, CLEMENS non papa, *Homerus* HERPOL, CLAUDIN. " Nolui diſcerpere textum auctoris, qui auctores etiam ſæc. XVI. miſcet quippe qui anno demum 1563. edidit ſuum hoc *Bellum muſicale* inter plani & menſuralis cantus reges, de principatu in muſicæ provincia obtinere contendentes. Inter remotiores vero ætate poſtea cap. 30. IOSQUINI, *Nicolai* GOMBERTI, & *Thomæ* CREQUILLONI meminit.

BUSNOYS reprehenditur a FRANCHINO lib. IV. c. 5. de conſonantia quadam inconſiderate poſita *in contratenore acuto de* Sanctus *in miſſa* lomearme: *quem*, addit, TINCTORIS *acriter reprehendit, quod notulis plenitudine ſesque alteratis ternarii numeri characterem præpoſuerit &c.* Et paullo poſt *Gulielmum* DUFAY allegans *in* Et in terra pax, & *in* Patrem Et unam ſanctam catholicam *miſſæ ſancti Antonii: ubi*, addit, *perfectam ſeu maiorem prolationem & tempus imperfectum ſignavit: tres enim rectas minimas unicuique contulit ſemibrevi, duabus nequaquam æqueductas. Idem quoque rationabiliter poſuit* PHILIPPON *de Bourges in quodam* Et in terra &c. TINCTORIS *item: aliique complures id propriis cantilenis recte declarant.* TINCTORIS ſæpe facit mentionem, ſemel etiam cum pluribus aliis muſicis practicis: *Eſt*, inquit, *& celeberrimus quidam in contrapuncto proceſſus notularum, videlicet Baritonantis ad cantus notulas inſtitutus, conſimilibus notulis per decimam invicem procedentibus: tenore ad ſingulos concorditer commeante, quem* TINCTORIS, *Gulielmus* GUARNERY, IUSQUIN, DESPRET, GASPAR, *Alexander* AGRICOLA, LOYSET, OBRECH, BRUMEL, ISAAC *ac reliqui iucundiſſimi compoſitores in ſuis cantilenis ſæpius obſervarunt.* *Lib. III. c. 12.*

Multos

a Multos ex his iisdem plerumque ductis exemplis laudat *Ioannes* Spatarius, unum præterea addens *Ioannem* di Ubrede inter antiquos. Iosquinum *Deſpret* vero poſtea c. 21. laudat *optimo de li compoſitori del tempo noſtro.* Eundemne? quem ad finem cap. 18. nominaverat Iosquin *de Spiriet* & Gaspar *digniſſimi compoſitori.* Glareanus in Dodecachordo, primum & præ omnibus Iodocum *Pratenſem* celebrat, alicubi Vaquera, veluti confeſſus, ſe nimium in Iodocum affectu corruptum, utpote quem *extra*, ait, *aliorum aleam ponere ſoleam.* addit: *Scio multam nos illis aliis quoque debere gratiam, qui apud me in magna ſunt exiſtimatione, cum ob ingenii acrimoniam, tum ob non proletariam muſicæ rei eruditionem, quod de* Okenhemio, Hobrechtio, Isaac, Petro *Platenſi*, Brumelio *atque aliis hoc in libro ſæpe teſtati ſumus.* Alibi poſtquam iucunda quædam retuliſſet, quæ cum Ludovico XII. *Francorum* rege egiſſet Iodocus ſeu Iosquinus *des pres, de prato, Pratenſis,* quem cantorum coryphæum vocat, demum, eum amaſſe, perhibet, ex una voce plures deducere; quod de canonibus muſicis interpretari licet: *Quod*, addit, *poſt eum multi æmulati ſunt. Sed ante eum Ioannes* Okenheim, *de quo paullo poſt, ea in exercitatione claruerat.* Nempe poſtquam complura ex Iodoco attuliſſet, ad illum progreſſus ſic effatur: *antiquior aliquanto fuit* Okenheim, *& ipſe Belga, qui ingenio omneis excelluiſſe dicitur. Quippe quem, conſtat, triginta ſex vocibus garritum quendam inſtituiſſe. Eum nos non vidimus. Certe inventione & ingenii acrimonia admirabilis fuit. Amavit autem* καθολικὰ *in cantu, hoc eſt, cantiones inſtituere, quæ multis cantarentur modis ad cantorum propemodum arbitrium, ita tamen, ut harmoniæ ac conſonantiarum ratio nihilo ſecius obſervaretur &c.* *Ioh.* Le Maire *de Belges* in poemate *Gall. la Concorde de deux nations* his tertium ſociat:

Lib. III. c. 13.

Cap. 26.

pag. 454.

Au ſin milieu du choeur ouuir pourrez
Entrepriſer Muſique Alexandrine
Et de Iosquin *les verbes coulourez*
*Puis d'*Okeghem *l'harmonie tres ſine*
Les termes doulx de Loys *&* Compere
Font melodie aux Cieulx meme confine.

pag. 363. Glareanus autem, poſtquam mirum in modum Iodocum deprædicaſſet lib. III. c. 24. optimisque poetis Homero & Virgilio comparaſſet, demum eundem cum *Iacobo* Hobrecht contendit, quem alibi

Erasmi

a) Tractato de Muſ. nel quale ſi tracta de la perfectione de la ſesqualtera &c. c. 16. & 31. ad an. 1531.

Erasmi *Roterodami* præceptorem perhibet: *unde*, inquit, *& quidam non inepte alterum* Virgilio, *alterum* Ovidio *comparari merito poſſe contendunt. Quodſi admittimus*, Petrum Platenſem *mirum in modum iucundum modulatorem, cui potius, quam* Horatio *comparabimus? Ita* Isaacum *fortaſſis* Lucano, Feum Claudiano, Brumelium Statio. Paullo poſt *Antonium* hunc Brumel, & iterum Iodocum coniungens, utrumque *iam ad extremam vergentes ætatem: ſed*, addit, *vicit longe, mea quidem ſententia*, Iodocus *naturæ vi ac ingenii acrimonia &c. Antonium* Brumel poſtea magis diligentia & arte valuiſſe dicit, quam naturæ indulgentia. *pag. 456.*

Proxime ante hunc ponitur *Iacobus* Hobrecht & ipſe *Belga. Hunc*, inquit, *fama eſt, tanta ingenii celeritate ac inventionis copia viguiſſe, ut per unam noctem egregiam, & quæ doctis admirationi eſſet, miſſam componeret. Omnia huius viri monumenta miram quamdam habent maieſtatem, & mediocritatis venam.* Cum hoc vero confundendus haud eſt Obregem, cuius cantilenam *lautredantan* memorat Franchinus: ſubinde etiam præceptor ſuus Bonadies eidem memoratur, de quo nihil alibi mihi occurrit; cum aliis vero ad ſæculum XV. refertur in Franchini opere an. 1496. *Mediolani* impreſſo. Sic etiam *Henricus* Isaac Angelo *Politiano*, qui ad finem eiusdem ſæculi obiit, memoratur. Proſtat *Norimbergæ* an. 1550. edit. „Choralis *Conſtantini*, ut vulgo vocant, inſigne harmoniæ cœleſtis, auctore nunquam ſatis laudato *Henrico* Isaac D. Cæſaris Maximiliani ſymphoniſta &c. „Qui (ut de eo teſtatur Glareanus) & erudite & copioſe innumera compoſuiſſe dicitur. Hic maxime eccleſiaſticum ornavit cantum, videlicet in quo viderat maieſtatem ac naturalem vim non paullo ſuperantem noſtræ ætatis inventa θέματα, phraſi aliquando durior, nec tam ſollicitus, ut conſuetudini quid daret, quam ut elimata eſſent, quæ ederet. Id etiam voluptati duxit, copiam oſtendere maxime phthongis in una quapiam voce immobilibus, cæteris autem vocibus curſitantibus ac undique circumſtrepentibus, velut undæ vento agitatæ in mari circa ſcopulum ludere ſolent. Quod & Hobrechtum feciſſe conſtat, quamquam alio quodam modo. " *Ibid.* *pag. 460.*

Vapulat Donio de præſtantia muſ. vet. p. 54. Glareanus, quod profectum muſices ante ſuam ætatem nimium extulerit: „Et tu nobis (inquit) Glareane perſuadebis, centum annorum curriculo (totidem enim fere anteceſſerunt ætatem tuam primi illi figurati cantus, ut vocant, repertores, quique alii rem muſicam inſtaurare ceperunt) ad ſummum huius facultatis apicem perventum eſſe? præſertim cum indocti

plane, ac ſemibarbari ii auctores extiterint, atque eiusmodi fuerit ſæculum illud, quod a Chriſti Salvatoris ortu quartum decimum numeratur, propter *Italiæ* bella & calamitates, ut, quod acerrimi vir ingenii *Alexander* TASSONIUS in ſermone illius temporis animadvertit, non magnum ſane incrementum amœniora hæc ſtudia capere potuerint." Negari tamen nequit, muſicam, pro re nata, grandia ſæculo decimo quinto præſertim, de quo res eſt, ſumſiſſe incrementa.

Organorum muſicorum incrementa & artifices cæci etiam.

Prætereundus haud eſt, quem BEYERLINCK in *theatro vitæ humanæ* ex SABELLICO lib. VII. ex 10. laudat „Muſicæ artis virum omnium, qui unquam fuerunt, ſine controverſia præſtantiſſimum, quem plures annos *Venetiæ* habuerunt, circa annum ſal. 1470. BERNARDUM cognomento *Teutonem*, argumento gentis, in qua ortus eſſet. Omnia muſicæ artis inſtrumenta ſcientiſſime tractavit: primus in organis auxit numeros, ut & pedes quoque iuvarent concentum funiculorum attractu. Mira in eo artis eruditio, voxque ad omnes numeros accommodata, numinis providentia ad id natus, ut unus eſſet, in quo ars pulcherrima omnes vires experiretur ſuas." Atteſtante *Melchiore* ADAMI in vit. philoſ. *Rudolphus* AGRICOLA *canebat voce*, *flatu*, *pulſu*, natus an. 1442. in *Belgii* vico *Baſſlon* prope *Groningam*, ubi hodieque in eccleſia S. *Martini*, ut D. BURNEY perhibet, organum ab eo fabricatum ſupereſt, ſucceſſu quidem temporis auctum, ut tamen quæ ſuperſunt ab AGRICOLA confecta, adhuc præſtent cæteris. Demum id etiam memorem, quod apud OEFELIUM legitur an. 1433., ab ERNESTO duce *Erhardum* SMID ob ſingularem peritiam in fabricandis organis ab omni vectigali immunem redditum. a) Relatum, memini, me legiſſe circa eadem, ni fallor, tempora *Monachii* cæcum inſtrumenta muſica aptiſſime fabricaſſe tractaſſeque: veluti etiam in *Io. Nicol.* PECHLINI obſervat. 8. Phyſico-med. legitur, in *Gambriviis* cæcum omnis generis inſtrumenta muſica inimitabili manuum oriſque modulatione rexiſſe.

T. V. v. Muſica. — *Vol. III. p. 223.* — *Rer. Boicor. Script. T. II. p. 318.* a

Muſurgi ſæc. XVI. Germani & Belgæ.

VII. Iam redeamus ad recenſionem clarorum ſymphonetarum, ad ſæculum XVI. progreſſi, quo adhuc duce GLAREANO uti poſſumus, ad medium eius ſæculi, dum edidit Dodecachordum, in quo a centum & infra annis magna copia auctores muſicos non tantum enumerat, verum etiam veluti in alveari quodam exempla ſuavium eorundem modulorum profert, gentilium præſertim ſuorum, quibus plerumque familiariter, aut etiam

a) Anno 1433. datum *München* am Suntag nach *Jacobi* ſpricht Herzog ERNST *Erharden* SMID, geſeſſen zum *Peyſſenberg*, aller Steyr frey, umb ſein Klugheit die er an im hat mit Orgeln zu machen und andern klugen Dingen.

etiam præceptoribus uſus , de iis certa notitia iudicioque pronuntiare potuit. Sic principio ſtatim operis præter *Sebaldum* Haiden , quem vocat inſignem ætate illa muſicum , laudat civem ſuum *Lutuichum* Senfly *Tigurinum*, ſcilicet *Glaronæ* patriæ Glareani contribulem ac conſociatum in *Helvetia* : *qui* , inquit alibi , *noſtra ætate inter ſymphonetas eximium nomen* , *& Henrico* Isaaco *ipſius præceptore haud indignum nactus eſt* : cuius etiam infra canonem muſicum profert. Alter eſt *Michael* Rubellus *Rottuilanus* : *vir* , inquit , *perpetua memoria digniſſimus. Is nos bonas litteras & muſices elementa bona fide primum Bernæ in Helvetiis ante annos iam triginta* , *deinde in ſua item patria docuit.* De Cochlæo item Glareani præceptore ſupra diximus , cuius laudat exempla ; *Sixti* vero Dietrich eiusmodi dum profert , *quod* , inquit , *nuper e Conſtantia ad nos miſit* , amicitia nimirum coniunctus : veluti alibi teſtatur de *Ioanne* etiam Vannio *Briſgoico* , & *Gregorio* Meier *Solodorenſis* eccleſiæ apud *Helvetios* organario , ex qua familia hodieque eſt , qui eodem officio egregie perfungatur. Ex Gregorio autem illo multa paſſim affert Iosquini , quem tantopere celebrat , cantibus inſerta , iudicio quoque eruditiſſimi viri , ut vocat , D. *Ioannis* Ali eiusdem eccleſiæ *Solodorenſis* eccleſiaſtæ. Habet præterea exempla quædam *Adami* de Fulda *Franci Germani* , cuius opus ineditum de muſica ſæpe iam laudavimus ; *Thomæ* Zarnen *Aquisgranenſis* , item *Adami* Luyr *Aquisgranenſis* , diſcipuli *Ioannis* Ghiselin , cuius quinque miſſas typis impreſſas commemorat Gesnerus. Paſſim adhuc in bibliothecis ſervantur eiuscemodi hoc ſæculo impreſſa auctorum opera , qui muſica arte tunc temporis maxime inclaruerunt. E. g. *Io. Leonis* Hassleri *Norimbergenſis* , *Nicolai* Rosthii *Saxo-Weimarienſis* , *Iacobi* Galli ſeu Hæne *Carniolæ* , *Ioan.* Kneffelii *Laubenſis Lauſatæ* , *Homeri* Herpol *Friburgenſis Helveti &c. Leonardi* Pamingeri *Aſchavienſis Auſtriaci* , *Blaſii* Amon *Tyrolenſis Iac.* Paix *Auguſtani*, innumera Orlandi de *Laſſo Montenſis* in *Hannonia* celeberrimi variis in *Italiæ* locis , ipſaque *Roma* , demum apud aulam *Bavaricam* muſicæ perfecti , qui ad muſicum chorum Caroli IX. regis *Galliarum* vocatus obiit anno 1594. æt. 45. dum itineri ſe accingeret : teſte Thuano lib. XLVII. ad annum 1574. & lib. CIX. ad an. 1594. ubi eius breviarium vitæ habes. Eius imago in bibliotheca chalcographica illuſtrium virtute atque eruditione in tota *Europa* clariſſimorum virorum , collectore *Iano Iac.* Boissardo , cernitur cum hac epigraphe :

Quantum exit melica reliquos Orlandus *in arte* ,
Ætheriis propior tantum abit ille choris.

Lib. I. c. 4. p. 6.
Lib. II. c. 2. p. 197.
pag. 444.
Lib. II. c. 33. p. 155.
Lib. III. c. 14. p. 276.
pag. 342.
Ibid. c. 18. p. 304.
pag. 366.
Lib. III. c. 13. p. 261.
pag. 288. 291.
Lib. III. c. 11. p. 219.
Pandect. lib. VII. tit. 4.

 Philippi

Illa vero *Philippi* de MONTE *Belgæ*, ORLANDI diſcipuli, DD. MAXIMILIANI II. & RUDOLPHI II. Impp. muſici, canonici, & theſaurarii *Cameracenſis* cum hoc epigrammate.

Clarior ut ſupero reſonaret in æthere pſaltes,
Fixit in hoc Montis vertice diva pedum.

Fuit porro Canonicus Cameracenſis hoc ſæculo IAC. de *Kerle* multis editis operibus muſicis clarus, veluti etiam *Thomas* CREQUILON CAROLO V. a componendis modis muſicis, & *Cyprianus* RORE HERCULIS *Ferrar.* ducis, deinde *Venetorum*, poſtremo *Octavii* FARNESII *Parmæ* & *Placentiæ* ducis chori præfectus. Quibus addendi ſunt CLEMENS non papa ſeu *Chriſtianus* CLEMENTIUS, cuius & ORLANDI *Laſſi* principia de contextu & conſtitutione cantilenarum, *Chriſtiani* item CLEMENTII præcepta theoretica expoſuit *Val.* HAUSMANN. *Io.* de CLEVE porro ac *Michaelis* TONSORIS cantiones typis ſunt editæ *Norimbergæ* an. 1573. Varia item *Nicolai* GOMBERTI, diſcipuli IOSQUINI, *Severini* CORNET, *Alex.* UTENDAL, & *Iac.* de WERT. Sed plerique ex his edito demum GLAREANI opere inclaruere, qui alios complures *Belgas* dilaudat, veluti *Ant.* de VINEA *Traiectenſem*, *Gerardum* a SALICE, *Io.* RICHAFORT, *Nicolaum.* CRAEN.

Mattheſ. Ehrenpforte. p. 106.

Dodecach. p. 253. *&c.* *pag.* 283. *pag.* 296. *pag.* 327.

Angli.

VIII. Veriſimile videtur, *Belgas*, qui, ut iam notavi, ſæculo XVI. totam pene *Europam* inundarunt, ex ſchola DUNSTAPHI *Angli* potiſſimum profeciſſe. *Wilh.* BOICE, qui ſub titulo *Cathedral-Muſic &c.* anno 1768. edidit præcipua opera muſica duorum proximorum ſæculorum, in præfatione voluminis III. muſicam *Anglicæ* eccleſiæ ſæc. XVI. cumprimis laudat a gravitate, perhibetque, ab ELISABETHA regina ſtatutum, ut muſica ſacra ab omni ſpecie cuiusque cantus ſæcularis abhorreret. Neque etiam primis illis auctoribus energiam ad exprimendum ſenſum, contextumque verborum abiudicat, quantum quidem muſica illa conſonantia plurium vocum permiſit, quam elegantia puritateque melodiarum ſuavem reddere contenderint, capacitatem autem, applicationemque ingenii operoſa prodat harmonia. Nominat autem TALLIS, LYE, BIRD, GIBOUS, & FARRAUT. Ex quibus primus *Thomas* TALLIS in ea collectione occurrit a nobis iam laudatus, ſub HENRICO VIII. EDUARDO VI. regibus, MARIA & ELISABETHA reginis ab organis capellæ regiæ: qui in muſurgia ſacra cum exteris perinde ac indigenis de palma contendere potuerit. Accepit a regina ELISABETHA cum *Guilielmo* BIRD, eius diſcipulo, privilegium excluſivum imprimendi opera muſica, prodieruntque

runtque

runtque an. 1575. eorum cantiones ſacræ 5. & 6. voc. latine, aliæque eiusdem generis annis 1589. 1591. 1605. mortuo iam *Thoma* Tallisio an. 1585. *Guilielmi* Bird *Non nobis Domine* potiſſimum laudat Boice, obiiſſeque narrat an. 1623. Huic *Thom.* Morley Introductionem in muſicam practicam dedicavit, ediditque præter opera Madrigalium etiam cantiones a 3. voc. Christophorus vero doctor muſicæ a Boicio vol. II. productus, an. 1553. Acta apoſtolorum Gallica lingua, cantui illigata, ac Eduardo VI. dedicata edidit. Medio item ſæc. XVI. *Io.* Marbeck ad librum precum, ſeu cantionum publicarum modulos fecit. Vid. Balei Centur. XII. *Richardi* Ferraut opera ad officium eccleſiæ memorat Boice feſtiva ſuoque accommodata argumento: obiit eodem, quo *Thomas* Tallis anno 1585. qui in epitaphio a Boicio relato ob vitæ eximiam integritatem laudatur. Iam ſupra inter doctores profeſſoresque muſicæ meminimus *Wilhelmi* Blittmann, eiusque diſcipuli celeberrimi *Ioannis* Bull, qui magiſtro ſuo anno 1590. ſucceſſit in munere organiſtæ in capella regia, cui iam an. 1585. adſcriptus erat inter membra, quæ *Gentlemen* vocant *Angli*, *Galli Gentilshommes.* Anno ſequenti baccalaureus muſicæ *Oxonienſis*, poſteaque doctor *Cantuarienſis* an. 1596. profeſſor muſicæ *Greſhamenſis*, ob infirmam valetudinem an. 1601. ex conſilio medicorum peregrinatione ad exteras gentes (ſubſtituto interim *Thoma* Bird) ſuſcepta, illis admirationi fuit. Vid. Matheson apud Marpurg *hiſtoriſch - critiſche Beyträge zur Aufnahme der Muſic* IV. B. p. 414. *William* Boice *Cathedral-Muſic* Vol. III.

IX. Ex *Italis* unum ſæpe laudatum Franchinum paſſim profert in medium Donius: cui merito coniungimus *Ioan. Mariam* Artussium, interque muſicos theoreticos præſtantiſſimum *Ioſ.* Zarlinum *Adriani* Willart *Flandri* diſcipulum, quod muſicam practicam attinet. In qua apud *Italos* poſtea cæteris palmam præripuit *I. Petr. Aloyſius* Prænestinus, de quo ſupra ex *Ioſ.* Suaresii Præneſt. antiq., qui eum ex merito vocat principem muſicæ, eiusque in ſacris tutorem & conſervatorem. Donius ſugillat non neminem muſicæ quondam pontificiæ præfectum, qui *ſapientiſſimum*, inquit, *noſtrum Pontificem pene iam perſuaſerat*, *ut reiectis ſuaviſſimis* Prænestini *proſodiis*, *ſuæ in vicem modulationes in Palatino ſacello concinerentur.* Aliter animatus fuit *Stephanus* Landus inter Prænestini ſucceſſores in baſilica S. *Petri Romæ*: „ A propria, (inquit in dedic. lib. I. miſſarum ad *Franc*, Card. Barberinum) & inveterata huius baſilicæ germana diſciplina, & apto ad canendum ſcribendi ſtylo nihil diſcedere impenſius curavi, præeunte me invicto duce *Petro Aloyſio* Prænestino, huius noſtri Odei quondam moderatore

Itali.

pag. 32. 231. 238.

De Præſt. vet. muſ. T. I. opp. p. 98.

digniſſimo; a quo qui deſciverunt, in laqueos ſæpe garrulitatis & ſcurrilitatis incidiſſe non dubitandum. " Muſica *Præneſtina* hodieque *Romæ* in pretio eſt, promiſcue dicta *alla Paleſtrina* vel a capella, uſuque quotidiano, exceptis quidem feſtis, ut ex ore P. Dreyer muſicæ præfecti apud eccleſiam Annunciatæ refert D. Burney, qui æri incidi fecit ſub titulo *la Muſica che ſi canta la ſettimana ſanta* inter alia huius auctoris *Stabat mater*, & *Popule meus*, *quid feci tibi &c.* quod hactenus ſingulis annis apud nos cantatur. Extant vero varia huius auctoris opera typis impreſſa. Madrigalia recenſet P. *Io. Bapt.* Martini in indice auctorum muſicorum tomo ſecundo Hiſtoriæ muſicæ annexo. Miſſarum ſupra p. 232. meminimus, eius imprimis, quæ tempore concilii *Tridentini* muſicam in eccleſia ſervaſſe fertur, quod l. c. diſcuſſimus. Rem etiam narrat laudatus D. Burney, miſſamque illam celebrem a ſex vocibus an. 1555. in paſchate decantatam pro aſſerto ſumit, eundemque an. 1562. muſicæ in Capella S. *Mariæ Maioris* præfectum fuiſſe, poſteaque an. 1571. *Ioanni* Animuccia eodem in officio ſucceſſiſſe apud S. *Petrum* in *Vaticano*: qua in eccleſia etiam poſt mortem an. 1594. magna celebritate ante altare SS. *Simonis* & *Iudæ* ſepultus fuit cum hoc epitaphio.

Vol. 1. pag. 182.

Ibid. p. 305.

IOHANNES PETRVS ALOYSIVS PRÆNESTINVS
MVSICAE PRINCEPS.

Addit, in ſchola, quam *Romæ Claudius* Gaudimelus an. 1572. cum aliis *Hugonottis Lugduni* occiſus, inſtituit, effloruiſſe Prænestinum cum Naninio, *Ioanne* ſcilicet *Maria*, qui ipſe, ut legere eſt in epiſtola *Antimi Liberati*, ſcholam muſicam aperuit, ex qua inter alios prodiit *Bernardinus* Naninius *Ioan. Mariæ* frater: quorum opera typis edita recenſet P. *I. Bapt.* Martini in citato indice, laudatque p. 260. utrumque cum *Claudio* Merulo aliisque celebrioribus ſæc. XVI. auctoribus muſicis. *Claudius* Merulus ſeu Merula meruit apud S. *Marcum Venetiis* poſt Zarlinum, & qui huius anteceſſor fuit, *Adrianus* Willart. *Claudii* Meruli proſtant cantionum ſacrarum opera vergente ſæculo XVI. ac ineunte XVII. edita, veluti etiam *Lucæ* Marenzo. Quibus iungere licet *Octavium* Bariola *Mediolanenſem*, Annibalem *Patavinum*, *Horatium* Columbani, *Petrum* Pontium, *Michaelem* Varotti, *Horatium* Vecchi, *Andream* Gabrieli, *Io. Bapt.* Pinelli, *Io. Mariam* Rossi, *Antonium* Scandelli: quorum opera typis ſunt edita.

P. II. c. 3. ſect. 6. pag. 346.

Nonnullos alios P. Ziegelbaur in hiſt. litter. Ord. S. B. laudat ſyncellitas *Laur.* Gazam, *S. Iuſtinæ Patavii* cœnobitam, qui in arte muſica

ineunte

ineunte ſæc. XVI. adeo excelluerit, ut præſtantiſſimi quique eius facultatis profeſſores velut oraculum illum conſulerent, nec eo improbante quidquam in publicam lucem auderent emittere. Apud *Siculos*, eodem teſte, eunte ſæc. XVI. *Maurus* Chiaula, cœnobii *S. Martini* alumnus, muſica facultate non ſolum *Panormi*, ſed etiam *Romæ* & *Venetiis* ſua ætate plurimum celebris, ſummisque principibus ea de cauſa valde acceptus fuit & gratus. Refert deinde ex *Ant.* Mongitoris *Bibliotheca Sicula*, eum in muſicis cantionibus adeo excellentem habitum, ut in iis ad ſtuporem inclaruerit: ſingulariter autem in ordinandis plurimarum vocum & inſtrumentorum pleno choro ex proportione reſpondentium ſymphoniacis modulationibus: quod ſingulari exemplo ibidem declaratum legere eſt ex eodem auctore apud eundem P. Ziegelbaur, qui P. IV. eius auctoris commemorat ſacrarum cantionum, quæ octo tum vocibus, tum variis inſtrumentis, chorisque coniunctis, ac ſeparatim concini poſſunt, librum, typis excuſum *Venetiis* an. 1590. His ſociat *Archangelum* de Leonato, *Italum Brixianum*, plurimum delectatum muſicis concentibus, ſed tamen omnino ſacris: „Ideoque (addit) divinas laudes non contentus per ſemetipſum canere, etiam alios ſapienter canere docuit;“ evulgato libro huius tituli: „Cantiones ſacræ tum in Nativitate Domini, tum in hebdomada ſancta decantari ſolitæ. *Venetiis* an. 1585.“ Hæc ille ex Armell. *Bibl. Caſin.* ubi etiam laudatur *Benedictus* Lucchinus *Mantuanus*, abbas monaſterii S. Bened. de *Palolyrone*, in arte muſica excellens compoſitor, qui multa muſica opera compoſuerit valde pulchra & venuſta. Plura item recenſet P. Ziegelbaur opera muſica P. *Placidi* Falconii ab *Aſula Brixiani*.

P. II. p. 25. &c.

Ibid. p. 312. Cap. 3. ſect. 3. pag. 314.

P. I. p. 54.

P. I. p. 100.

P. IV. c. 3. S. 3. p. 314.

X. Cum laude meminit Glareanus *Damiani* a Goes, equitis *Luſitani*, viri nobilis, & eximii eius tempeſtatis ſymphonetæ. „Qui (addit) poſtquam totam ferme luſtraſſet *Europam*, hic ad *Hercyniæ* ſilvæ caput D. Erasmum *Roterodamum* inviſit, cuius hoſpitio aliquot menſibus ſuaviſſime eſt uſus: hinc inter nos notitia orta, hinc amicitia facta, quæ nunquam, quoad vixero, evaneſcet.“ Specimen eius compoſitionis adiungit, de eoque Opmeer inquit: „In componendis ſymphoniis magnus artifex, & a cunctis doctis viris amatus plurimum.“ *Ant.* Augustinus laudat in Bibl. *Hiſpan. Eduardum* Loppat, ſeu Lobo *Luſitanum*, cuius varia inter opera edita eſt etiam canticum *Magnificat. Antwerpiæ* an. 1605. imp.

Luſitani, Hiſpani.

Lib. III. c. 13. p. 264.

T. I. oper. chronol. pag. 488.

Ei ex *Hiſpanis* iungere licet *Franc.* Salinatem, a nobis alibi laudatum, imprimis vero ab *Antonio* Augustino in Bibliotheca *Hiſpanica.*

Di-

Didacus ORTIZ item *Hiſpanus Soletanus*, regiæ capellæ moderator ac magiſter muſices, appellatur in lib. I. Hymnos, *Magnificat*, *Salve*, Motteta, Pſalmos, aliaque diverſa cantica complectente *Venetiis* an. 1545. edito. Meminit item *Ferdinandi* DE LAS INFANTAS, cuius typis impreſſa extant an. 1570. *plura modulationum genera, quæ vulgo contrapuncta appellantur, ſuper excelſo Gregoriano cantu.* Et an. 1580. *Sacrarum varii ſtyli cantionum tituli Spiritus ſancti libb. II. cum 5. voc.* Cum laude imprimis meminit laudatus AUGUSTINUS, *Chriſtophori* MORALES *Hiſpalenſis*, cuius varia edita ſunt opera. Extat porro typis editus liber I. Miſſarum, *Franceſco* GUERRERO *Hiſpalenſis* odei phonaſca auctore, *Pariſiis* anno 1566. CAROLUM V. Imp. muſica ſacra admodum delectatum, ex vitæ auctore narrat BONNET, etiam poſt ſuum ſeceſſum in *Hiſpania* ultimis vitæ ſuæ annis: „Il ſe rejouſſoit beaucoup d'entendre chanter l'office en muſique, „a cauſe de la paſſion, qu'il avoit pour la ſymphonie. La delicateſſe „de ſon oreille ſurpaſſoit celle des maitres, ſi bien qu'un jour ayant „commendé de chanter une Meſſe ſur le livre des motets, que lui a„voit preſenté GUERRERO, qui paſſoit pour le meilleur muſicien de „toute l'*Eſpagne*, il reconnut tous les endroits, qu'il avoit pris dans „d'autres auteurs, & dont les maitres de l'art ne s'etoient pas meme „appercus." Ipſiſſimus hic eſt *Franc.* GUERRERO, muſicæ in eccleſia *Savilienſi* præfectus, cuius, operumque ab eo editorum, meminit AUGUSTINUS in Bibl. *Hiſp.* eaque inter canticum *Magnificat* a 4. voc. *Lovanii* an. 1565. impreſſum.

Hiſt. de la Muſique & de ſes effets T. I. p. 263.

Galli.

XI. Modo meminimus *Claudii* GAUDIMELI, ex comitatu *Burgundiæ*, *Franche Comté* oriundi, qui an. 1555. *Marci Ant.* de MURET *chanſons ſpirituelles* quatuor vocum modulis edidit *Pariſiis*, pſalmos item DAVIDIS ad MAROTI & BEZÆ metrum. Poſt eius mortem prodierunt Flores cantionum *Lugduni* 1574. & 1576. *Adrianus* LE ROY edidit *chanſons ſpirituelles* celebris poetæ ſimul & muſici *Ioannis* BAIF ſub CAROLO IX. & HENRICO III. ſub quo confraternitas Pœnitentium locum dedit perficiandæ muſicæ chorali per metropoles regni 1585. teſte BLAINVILLE *hiſt. de la muſique* p. 85. LEONE X. P. qui muſicæ admodum favit, ſyntagma miſſarum a *Iodoco* & *Iohanne* MUTONIO elaboratum egregiis typis excuſum memorat DONIUS. Sæpius laudatur GLAREANO *Ioannes* MOUTON *Gallus*: „Quem nos (inquit) vidimus, quemadmodum antea in hoc adeo libro teſtati ſumus, raritatem quandam habuit ſtudio ac induſtria quæſitam, ut ab aliis, quos hactenus commemoravimus, differret, alioqui facili fluentem filo cantum edebat. Maxime autem in principis FRANCISCI gratiam, a quo honeſte decoratus erat, reſpiciens, pſalmos ac vulgata quædam pro-

T. I. de præſt. muſ. vet. p. 101. *L. III. c. ult. p.* 464.

proferebat, quod teſtatur cantio, *Domine ſalvum fac regem*, quam in Dorio retulimus. Porro graviſſimas miſſas compoſuit a LEONE X. pontifice maximo approbatas, qualis *Alma redemtoris* ac alia permulta, quæ in manibus ſunt omnium. Nos duas eius de Beata Virgine MARIA adponemus cantiones. " Sæpe per decurſum operis meminit *Petri* *Lib. II. c. ult. p.* 191. BURRI canonici *Ambianenſis*, & *Antonii* FEUM, ſeu FEVIN *Aurelianenſis*. *Lib. III. c.* 33. *p.* 354. *&c.* Extant etiam impreſſæ præter alia, miſſæ trium, quatuor ad ſeptem uſque vocum *Iac.* ARCADET ſeu ARCADELT.

Ad hanc adhuc ætatem referendus eſt vetus GUEDERON, quem patriarcham muſicorum *Gallorum* appellat BONNET, auctor *Gallicus* hiſtoriæ *T. III. p.* 184. 254. 265. muſ. ſæpe laudatus. De eo MERSENNUS: „ Unus ſiquidem (inquit) *L. VII. harm. prop.* 17. GUEDRONIUS nuper, uti nunc illius gener. ſoli in *Gallia* cantus pulcherrimos feciſſe cenſentur. Quod cum habeant a natura potius, quam ab arte, nec ullus reperiatur, qui ſola arte fretus illorum cantus ſuperet, vel æmuletur, quis confidat ſe methodum invenire poſſe, iuxta quam cantus optimi pro quolibet argumento poſſint componi, non ſolum ab iis, quibus aſtra, temperamentum vel nativitas favent, ſed etiam ab aliis, quibus huiuſcemodi prærogativas natura denegavit, ſi tamen methodum illam calleant? " Ad nos non attinet, de quo idem MERSENNUS mentio- *L. I. de inſtrum. harm. prop.* 12. & 16. nem facit, *Ant.* BOISSET muſicæ interioris regis atque reginæ, ſeu muſicæ cubiculi regii præfectus: idem, ut videtur, ac BOESSET, quem BONNET loc. cit. GUEDRONIO iungit, BLAINVILLE vero cum LAMBERT, *pag.* 88. & PERDIGAL confert, quorum ille ſaltem longe ætate poſterior. Idem BONNET CLAUDINUM ponit ſub HENRICO IV. muſicæ moderatorem, de quo nihil amplius extare dicit. Diſtinguendus eſt ſenior & iunior. DO- *T. I. p.* 261. NIUS in *progymnaſt. muſ. &c.* pueros primum exercendos vult CLAUDINI *Iunioris* pſalmis, deinde in polymelis facilioribus ARCADETII, CYPRIANI, *Io.* ALOYSII, poſtea difficilioribus MARENTII, NENNÆ, CLAUDINI &c.

Nuſpiam in laudato auctore hiſtoriæ muſ. legiſſe me memini *Iac.* ARCADELT, cuius, modo laudati, cantiones *Gallicæ* aliaque typis proſtant; in Miſſis an. 1557. *Lutetiæ Pariſ.* editis: vocatur regius muſicus & illuſtriſſimi Cardinalis a *Lotharingia* ſacello præfectus. Extant etiam Miſſæ editæ a *Claudio de* SERMISI, *regii ſacelli magiſtro præſtantiſſimo muſico auctore Lutetiæ* 1558. & Miſſa cum quinque vocibus eodem auctore *regio ſymphoniacorum ordini præfecto, & in regali Pariſienſis palatii ſacello canonico. Pariſiis* 1556. Miſſæ item XII. cum 4. vocibus a celeberrimis auctoribus conditæ, nunc recens in lucem editæ, atque recognitæ *Pariſiis* 1554. Sunt etiam motteta ſeu offertoria in hoc opere, auctores au-

tem ſequentes: P. COLIN, *Cl.* IANEQUIN, P. CERTON, *I.* GUYON, *C.* GOUDIMEL, *N.* GOMBERT, *M.* GUILLIAUD, *P.* CADEAC, CLERAEU, *I.* MAILLARD, WILLEFOND, *A.* CARDANE, C. MARTIN. Extat quoque liber VIII. Miſſarum cum modulis ſeu mottetis & parthenicis canticis in laudem B. V. MARIÆ, auctore *Petro* COLINO *Lugduni* 1541.

Collectiones operum ſæc. XVI. & XVII. typis frequentiſſime editorum.

XII. Habentur complures huius modi collectiones factæ iam ſæculo XVI. diverſarum nationum muſicorum, ex variis etiam indiſcriminatim auctoribus. Sic *Norimbergæ* an. 1537. e. c. impreſſum eſt novum & inſigne opus muſicum ſex, quinque, ac quatuor vocum, ex præſtantiſſimis huius artis magiſtris collectum; ad inſtrumenta etiam muſica adaptata compoſitione. *Venetiis* impreſſus extat an. 1568. Novi Theſauri muſici liber primus, „Quo ſelectiſſimæ planeque novæ, nec unquam in lucem editæ cantiones ſacræ (quos vulgo motteta vocant) continentur octo, ſeptem, ſex, quinque, ac quatuor vocum, a præſtantiſſimis huius ætatis, præcipuis Symphoniacis compoſitæ, quæ in ſacra eccleſia catholica ſummis feſtivitatibus canuntur, ad omnis generis inſtrumenta muſica accommodatæ a) *Petri* IOANELLI *Bergomenſis* de *Gandino* ſtudio collectæ." Eſt mihi præ oculis hoc opus, ſed nullum adeſt veſtigium, quomodo cantiones hæ præter auctorum intentionem ſint ad omnis generis inſtrumenta muſica demum acommodatæ a *Petro* IOANNELLI, qui alius eſt a *Rogerio* IOVANELLIO in capella pontificia muſico, cuius motteta 5. vocum *Venetiis* an. 1604. ſunt edita. Anno 1588. *Mediolani* in lucem prodiit *Antonii* BARRE *liber primus Muſarum* cum 4. vocibus, ſeu ſacræ cantiones, quas vulgo Motteta appellant. Auctores ſunt *Orlandus* LASSUS, *I. Pet. Al.* PALÆSTRINA, CLEMENS non Papa, *Cyprianus* RORE, LERMA, MAILLART, *Adrianus* VALENT, *Paulus* AMINUCIA, *Annibal* ZOILO, LUPI, & *Orpheus* VECCHI.

Eccleſia *Mediolanenſis* conſervat quatuor volumina typis impreſſa an. 1619. quibus ea continentur, quæ iuxta officium *Ambroſianum* eccleſiæ metropolitanæ *Mediolanenſis* hodieque frequentantur. Auctorum nomina,

a) Continet ea collectio promiſcue ſequentes trium potiſſimum nationum cantiones ſacras, *Iacobi* REGNART, *Ioan.* LOWIS, *Chriſtiani* HOLLANDER, *Matthiæ* ZUPHELII, *Henrici de la* COURT, *Petri* SPEILIER, *Michaelis des* BUISSONS, *Georgii* PRENNER, *Ioan.* CASTILETI, VERDIERE, *Iac.* VALT, *Mich.* DEISS, *Alexandri* VUTENDALER, *Simonis de* ROY, *Ioan.* CHAYNEE, *Orlandi de* LASSO, *Stephani* MACHU, *Franciſci de* NOVO PORTU, *Ioan. de* CLEVE, *Ioannis* DESLINS, *Philippi le* DUC, *Wilhelmi* FORMELLIS, *Adami de* PONTE, *Iacobi de* WERT, *Iacobi de* BROUCKE, an idem ac *Iacobus* de *Brouch*, cuius infra cantio in laudem MAXIMILIANI II. affertur? *Andreæ* PEVERNAGE, *Lamberti de* SAINNE, *Gregorii* TREHOU, *Andreæ* GABRIELIS.

na, quæ olim *Mediolani* notavi, cum meis adverſariis incendio perierunt. Deſcribit hæc volumina D. Burney in *Itin. Muſ.* P. I. p. 77. Abundat huiusmodi operibus typis editis ſæculo XVI. præ cæteris bibliotheca *Monacenſis*, quorum catalogum a me olim factum flamma conſumſit. Idem ſe nuper feciſſe D. Burney teſtatur in *Diar. Itin. Muſ.* Vol. II. p. 95. memoratque ingentem numerum extare Mſs. operum muſicorum in armario capellæ *Monacenſis*.

Unam adhuc collectionem notamus *Venetiis* an. 1615. editam a *Ioan. Bapt.* Bergameno, Ferdinandi archiducis *Auſtriæ* ſymphoniaco inſcriptam, *Parnaſſus muſicus Ferdinandæus, in quo muſici nobiliſſimi, qua ſuavitate, qua arte prorſus admirabili & divina ludunt* 1.2.3.4.5. *vocum.* a) a
Certe ſæculo XVI. & XVII. modeſtior decentiorque ſacris noſtris fuit muſica, paſſim etiam frequenterque, ut communi uſui eſſent, typis edita ſunt opera muſica, ac ſparſim hinc inde in bibliothecis armariisque, cathedralium præſertim, eccleſiarum conſervata, aliquando forte, poſtquam a mania ſua ad ſe redierint muſici ad ſummum deducto exceſſu, in uſum poſtliminio revocanda, aut ſaltem pro exemplo aliquo futura. b) b

De muſica ſæc. XVII. diſpar opinio doctorum quorundam coævorum. *De præſtantia muſ. vet. T. I. p.* 172.

XIII. Silentio tamen haud præterierim, quæ animadvertit *Io. Bapt.* Donius in Symphoniurgis ſuæ ætatis, circa medium nimirum ſæc. XVII. „ Hodie vero (inquit) ſi paucos aliquot exceperis, qui obiter potius, quam ex deſtinato, nec tam publica cauſa, quam ob privatas quasdam ſimultates atque æmulationes, & circa unicam fere ſymphoniurgiam nonnulla litteris prodiderunt, nihil ſane memoratu dignum videmus. Atqui tam largus campus hic ſeſe aperiebat, ut multi in eo certatim, & publicam utilitatem, & propriam laudem venari potuerint. Nimirum in tam effuſa licentia & corruptela huius facultatis innumera pene erant,

quæ

a) Auctoribus nempe *Guilielmo* Arnoni, *Raymundo* Palestra, *Bartolomæo* Barbarini, *Giacomo Filippo* Biumo, *Aleſſandro* Bontempo, *Cæſare* Borgo, *Giacomo* Brignoli, *Franceſco* Casati, *Giov.* Cavaccio, *Bartolomeo* Cesati, *Andrea* Cima, *Gio. Baptiſta* Cocciola, *Federico* Coda, *NN.* Corradini, *Flaminio* Cumanedo, *Giulio Cæſare* Gabutio, *Gio.* Ghizzoio, *Claudio* Monteverde, *Horatio* Nanterni, *Giulio* Osculati, *Gio.* Pasti, *Vincenzo* Pelegrini, *Giorgio* Poss, *Giu* Priuli, *Benedetto* Re, *Dominico* Rognoni, *Michel Angelo* Rizzi, *Gio.* Sansone, *o* Sansoni, *Galeaza* Sirena, *Aleſſandro* Tadei, *Franceſco* Turino, & *Gio.* Valentini: *Italica* ſcilicet nomina.

b) Multa iam collegerat *Paulus* Parstorffer in indice di tutte le opere di muſica *Monachii* an. 1653. edito, quo, uti & Draudii, Lipenii, & Gesneri Bibliotheca *Io. Gottf.* Walter uſus eſt in muſico lexico *Lipſiæ* an. 1732. edito, aliisque etiam ſubſidiis: quod muſurgos *Italicos* attinet a ſuis gentilibus celebratos, editis præcipuarum urbium rebus litterariis e. g. Mandosii Bibl. *Roman.*, Mongitoris Bibliotheca Sicula, Picinelli Ateneo dei literati *Milaneſi*, Calvi ſcena letteraria degli ſcrittori *Bergamaſchi*, Cozzandi libraria *Breſciana*.

quæ ad criticum tribunal vocari merebantur. Nam ut omittam nimium crebra illa prolixaque meliſmata, eaque qualiacunque ſint, ubivis ac promiſcue uſurpata, ut ſupra innuebam, confuſamque illam rhythmicorum temporum congeriem; organaque etiam cuiuscunque generis ſine ullo delectu in ſacris, publicis privatisque locis adhibita; carminaque vilia, & vulgaria paſſim ad melodiarum opus aſſumta; imitationes mimicas atque affectatas; aliaque ſexcenta, quæ hodiernam muſurgiam inficiunt atque contaminant: quot quæſo, quantaque ſunt in ſacris argumentis, quæ cenſoriam exigunt virgam? Quanto muſicæ damno conſtare creditis, effrenemne dicam an miſeram? hanc recentium muſicorum ambitionem, ac levitatem; qui faſtiditis iam ſuaviſſimis Prænestini, Moralis, aliorumque, quos nimis antiquos dictitant, concentibus, unique novitati ſtudentes, ſuas ipſorum ſymphonias quotidie obtrudunt? Quæ ſæpe numero vel inſulſiſſimæ ſunt, vel, ſi quid commode conceptum habent, non e propria penu, ſed emendicatis hinc inde centonibus, nec iis quidem ſatis belle conſutis, ſeſe venditant. Nec *Galli* quidem tam frequenter veſtitus ſpeciem immutant, ut hi novis quotidie modulationibus ſtudent."

Apponam tamen Donio doctum coætaneum gentilemque *Petrum de* Valle, muſicæ eccleſiaſticæ ſtudioſum, ac nimium etiam amantem, ut confitetur in diſſertatione a), quæ extat T. II. opp. Donii p. 249. &c. *della muſica dell'eta noſtra, che non é punto inferiore anzi é migliore di quella dell'etá paſſata, al Sig. Lelio* Guidiccioni. Hic nempe ea erat in ſententia, muſicam a quinquaginta tunc, circa medium nempe ſæculi XVII. annis haud modicum defeciſſe, ſecus ac rem ſe habere *Petrus* de Valle, multis probandum ſibi l. c. ſumſit. Ac primo quidem invehitur in nimium artificium, quod nempe obtinebat in contrapuncto, variis generibus, præſertim autem illis canonibus ſupra memoratis ex *Stephano* Lando, ipſoque Suriano, quem ac Theophilum quendam in hoc genere muſicæ detentum paſſim Donius memorat, nec rem *Petrus* de Valle diffitetur b).

XIV.

a) In fine dica, chi vuol, male della muſica; brami, chi vuole, di cacciare dalle chieſe il canto ornato, io ve lo deſidero, ve lo cerco; e (forſe è mio difetto, mia ſenſualita, come diſſi, ma chechè ſia, confeſſo con ſincerita la mia colpa) molte volte di piu vado alle chieſe, dove bene ſi canta, che forſe non vi auderei, ſe non vi ſi cantaſſe. Gli oratori ſono a me di unica dilettazione: di quelli alla morte, quando vi ſi cantava, non ſoleva laſciarne uno; e queſt' anno paſſato, benche non vi ſi cantaſſe, vi andai nondimeno ogni ſera tutta l' ottava agli ufizi, ſolo per la divotione, che nelle buone muſiche vi aveva conceputa gli anni innanzi. A *San-Girolamo*, alla *chieſa nuova*: alla *Rotonda*, tutta l' ottava de' Sancti ſono pure andato volontieri per le buone muſiche, che ogni ſera vi ſi ſentivano; le quali ſe non foſſero ſtate, non ſarei forſe andato molte volte di notte per mali tempi, e per cattive ſtrade alle chieſe a far del bene; e quello che awiene a me, con ragione penſa, che poſſa awenire ad ogni altro.

b) I Maeſtri (inquit) dell' eta paſſata hanno ſaputo beniſſimo l'arte della muſica, ma pochi hanno ſaputo con giudizio ad operarla: le compoſitioni loro ſono piene di ſottiliſſimi artifizi,

XIV. Sed hæc potiſſimum ad muſicam aſſam, quam vocant, pertinent, quæ uſque ad ſæculum XVII. in eccleſia vix non ſola obtinuit. Muſicorum inſtrumentorum uſum quod ſpectat, *Ioannes* quidem LEGRENZI varia cum inſtrumentis muſicis edidiſſe legitur apud *Donatum* CALVI, veluti *Concerto di Meſſa e Salmi* 3. 4. *con* 2. *Violini Venetiis* an. 1654. *Suonate per chieſa* 1655. *da chieſa & camera a trè* 1656. &c. poſt mortem demum 1692. prodierunt eiusdem *Motteti ſacri a voce ſola con tre ſtromenti.* Inter varia *Horatii* TARDITI opera typis edita ſunt etiam *Meſſe a* 4. & 5. *voci con* 2. *violini. Meſſe e Salmi concertati a* 3. 4. *e* 5. *voci con e ſenza ſtromenti* &c. Eius opera circa medium ſæculi XVII. prodierunt, eo autem ineunte adoleſcenteque a *Franciſco* TAEGIO *Mediolanenſi*: *Meſſe e Salmi Falſi Bordoni e Motteti a* 5. *col Baſſo per l' organo* anno 1610. *Mediolani* ſunt vulgata. Item *Partito all' organo delle Meſſe. Motteta* 4. 5. *Venet.* 1624. Non multo poſt *Ioannes* ROVETTA *Venetiis* apud *S. Marcum* muſicæ præfectus varia miſſarum, pſalmorum, mottetarum opera edidit *con* 2. *violini o altri ſtromenti.* Quæ aliaque recenſentur in lex. muſ. WALTERI. Quin imo ſupra opus cantionum ſacrarum notavimus variorum auctorum a *Petro* IOANELLI ad omnis generis inſtrumenta muſica accommodatarum ed. an. 1568. Referre tamen ſolebat *Octavius* PITTONI, muſicæ director in collegio *Germanico*, & ad *S. Petrum* in *Vaticano* inſignis, qui medio noſtro hoc ſæculo XVIII. *Romæ* nonagenarius obiit, ſua adhuc memoria ad finem vergente adeo ſæc. præterito XVII duos tantum *Romæ* fuiſſe, qui cheles tractarent, ex tempore ſoliti interludere, ut nunc organo facimus ad cantum planum; donec cel. *Archangellus* CORELLI, primus a) ſympho-

Muſicæ inſtrumentalis ſæc. XVII. in eccleſia epocha. *Scena letteraria degli ſcrittori Bergamaſchi P. II. p.* 33.

come ſi vede del SORIANO d'uno de' NANINI, e di molti altri, che potrei nominare; ma pero con queſte imperfezioni, che io dico, alle quali eſſi non avevano punto di mira; anzi badavano tanto poco, che le loro note accompagnaſſero bene le parole, che di alcuni di loro, e de' migliori ſi conta, che bene ſpeſſo facevano compoſitioni di ſimplici note; alle quali, quando erano finite, adattano poi quelle parole, che meglio venivano loro alla mano. I maeſtri dell'eta noſtra non fanno così, ma con piu giudizio, non ſi curando di oſtentare in ogni luogo gli artifizi, che pure fanno, quando ſi canta a piu voci, piu toſto, che le odioſe braccherie, uſano certi dolciſſimi concertini (che coſi gli chiamano) le fughe le uſano parcamente in pochi luoghi, ma che ſiano molto a propoſito, e per lo piu aſſai brevi; ne fanno caſo, che paiono tropo facili, purche non confondano le paroli, ne il loro ſenſo: le interrompano bene ſpeſſo con pauſe, accio che le parti ſi diano tempo una all' altra, e ciaſcuna di eſſe ſpiochi bene le ſue parole piu delle fughe uſano le imitationi, con le quali forſe, ſi puo ſcherzare laggiadria eſſendo vi maggior campo da metter le in opera ſopra ogni nota: piu che negli artifizi ſottili premono negli affetti, nelle grazie e nella viva eſpreſſine de' ſenſi di quello, che ſi canta, che e quello, che veramenta rapiſce, e fa da dovero andare in extaſi. *Ib. p.* 250. &c.

a) In *Galliis* id primus præſtitiſſe SENAILLER perhibetur apud BLAINVILLE *Hiſt. de la Muſ.* p. 91. Vixit is noſtra adhuc memoria. In *Germania* noſtra primus cheles muſicæ ſacræ coniunxiſſe fertur Canonicus regularis apud *Wengenſes Ulmæ* P. *Caſpar.* SHOLLENBERGER.

ſymphonias ſuas ederet. Memoriæ CORELLI ſtatua in *Vaticano* poſita dicitur cum epigraphe:

CORELLI PRINCEPS MVSICORVM.

Organiſtæ inſignes.

XV. Ante eum *Romæ* apud *S. Petrum* ſæculo XVII. tractando ſeu ludendo organo celebratiſſimus apud exteras etiam nationes, atque adeo noſtra in *Germania* fuit *Hieron.* FRESCOBALDI, cuius varia opera æri inciſa proſtant: ac quidem præ oculis eſt: *Il ſecondo libro di Toccate, Canzone, verſi, d'hinni, Magnificat &c. Romæ* imp. an. 1637. dum epiſtola dedicatoria *Lud.* GALLO Epiſc. *Anconit.* inſcripta annum præſefert 1626. præfationem vero *Chriſtophorus* BLANCUS graphio ſcilicet *ſcripſit* an. 1616., ut ad oram notatur. Eum in arte pulſandi organa omnibus aliis præfert DONIUS de præſtantia muſ. vet. „Quis enim (inquit) umquam peritius phyſaulum tractavit, quam *Ferrarienſis* FRESCOBALDUS noſter? Quis pſalterium, ſive Harpam, quam HORATIUS *Neapolitanus?* Quis Pandurium tetrachordum, quam *Michael Angelus* ROSSIUS? Aut, ne illa, quæ ſpiritu animantur inſtrumentorum genera, ſilentio prætermiſſa ſuccenſeas, quem tu priſcorum hominum ſuavius inflaſſe ceraulum ſive corniculum putas, quam MISSILIUM noſtrum? Aut, qui nunc in aula Cæſaris eximie florere dicitur, SAMSONIUM quendam? &c.„

T. I. opp. I. B. Donii p. 117.

Fuerunt porro hoc ſæculo *Mediolani* inſignes Organiſtæ, aliis etiam editis operibus muſicis celebrati, *Iac. Phil.* BIUMI, & *Carolus Ioſ.* SAN-ROMANO: nec non *Alexander* MILLEVILLE FRESCOBALDI gentilis, id eſt, *Ferrarienſis*, in aula etiam regis *Poloniæ* & Cæſarea ab Organis: *Tarquinius* item MERULA organiſta *Bergamenſis.* In *Germania* noſtra a *Io. Caſparo* KERL edita proſtat Modulatio organica ſuper *Magnificat* octo tonis eccleſiaſticis reſpondens, *Monachii* an. 1686. Ut taceam alios inſignes organiſtas, qui apud pleraſque aulas *Europæ* tam Catholicas quam Proteſtantes, iam ſæculo præterito, & ultra etiam, meruerunt, in *Anglia* imprimis, ubi plerique, quos iam nominavimus, ac deinceps occurent auctores muſici, regiæ, aliarumque præcipuarum capellarum organiſtæ fuerunt. Addo, quos *Petrus de* VALLE in diſſert. *de Muſica ætatis ſuæ* inter opera DONII T. II. p. 253. notavit, organiſtas *Italos*: „In queſta parte del ſonare ſolo anche io ricognoſco per grandiſſimi Valentuomini quei, che V. S. mi nomina, CLAUDIO da *Correggio* in *Parma*, LUCCIASCO di *Ferrara*, ANNIBALE *Padoano*, *Andrea e Giovanni* GABRIELLI in *Venezia*, *Giovanni* MACQUE in *Napoli*, il Cavalier del LEUTO in *Roma*, e altri tali.

XVI.

XVI. *Ludovicum* Viadana ad initium ſæculi XVII. Baſſi generalis auctorem iam laudavimus. Qua de re tractatum, varia etiam opera muſica, edidit. Fertur Viadana abhorruiſſe a ſtylo Mottetico, qui tunc temporis in eccleſia frequentabatur. Per decurſum adhuc eiusdem ſæculi celebrabantur in *Italia* melotheſiæ, profanæ quidem ex ſchola illa *Florentina* progreſſæ in ſtylo monodico ac recitativo, de quo paullo ante locuti ſumus; laudat tamen modo citatus *Petrus de* Valle ſimiles in polyphona muſica, chorisque eccleſiaſticis, nominatim Quagliati, a) & iuvenem Mazzochi apud S. *Petrum*, quem laudibus inſigniter mactat. *Virgilium* Mazzochi Donius deprædicat: „In cui non ſaprei dire, qual ſia maggiore, o la perizia del comporre con facilita, e leggiadrìa; o la docilita, e piacevolezza di natura, laquale (a confuſione di certi ignoranti e preſumtuoſi) ſi come attrae gli animi, di chi converſa ſeco; coſi anco l'abilita a ricevere di molti utiliſſimi avvertimenti dagli eruditi, che la ſua profeſſione non gl'inſegna.“ *Io. Bapt.* Martini *Dominicum* Mazzochi notat inter eos, qui ſæc. XVII. ſtylo madrigaleſco claruerunt; operaque quædam typis edita deſignat in indice auctorum tomo ſecundo hiſtoriæ muſicæ annexo, veluti *Claudii* Montewerde, *Marci de* Gagliano, *Pomponii* Nenæ, *Ant.* Zifræ, *Caroli* Gesualdi Principis *Venuſini.*

Melothetæ Itali ſæculi XVII.

a

Diſc. della Ritmopeia de verſi latini &c. T. II. p. 203.

Hos poſteriores paſſim laudat Kircherus in *Muſurgia*, in ſtylo etiam Mottetico *Io. Bapt.* Grillum, *Intermetum* Gallum, Moralem, Surianum, Troianum, Nanninum: nominatim vero alibi *Romanarum* Baſilicarum ſymphoniarchas, quos ipſe utique cognoverat, *Horatium* Benevolum, *Bonifacium* Gratianum, *Franciſcum* Foggia, *Stephanum* Fabri, *Dominicum* Ceuhiellum: „Quorum (addit) prior D. *Petri*, alter eccleſiæ profeſſæ Soc. *Ieſu*, tertius S. *Ioannis Lateranenſis*, quartus S. *Ludovici* eccleſiæ *Gallicæ* nationis, quintus S. *Mariæ Maioris* muſicæ ſumma cum laude præſunt. Iam ſupra meminerat *Mariæ* Abbatini, celeberrimi Symphonetæ: „Hic(inquit) quanta muſicæ peritia polleat, teſtantur principales baſilicæ S. *Ioannis Lateranenſis*, & S. *Mariæ Maioris*, & templum domus profeſſæ Societatis Iesu: innumeraque muſica opera ad editionem iam parata habet; quibus rempublicam ſuo tempore affatim locupletabit.“ Sed promiſſis ſtetiſſe haud videtur, opus enim Motettorum iam an. 1638. ediderat, antequam Kircheri *Muſurgia* prodiret anno

Lib. V. c. 17. §. 3.

Lib. VII. c. VI. §. 5.

Ib. §. 1. pag. 600.

a) Il Quagliati (inquit) in *Roma* queſto buon coſtume, che io dico, nella muſica l'introduſſe principalmente nelle chieſe, dove bene ſpeſſo faceva cantar le Meſſe, e Veſpri a piu Cori, non che da più voci inſieme, come ne abbiamo buon ſaggio in molti ſuoi motteti ſtampati, che vanno in volta.

anno demum 1650. Alias vero nihil edidiſſe typis legitur, uti etiam, quem porro debitis mactat laudibus, *Iacobus* CARISSIMI excellentiſſimus & celebris famæ ſymphoneta. Is præ aliis ingenio pollebat, & felicitate compoſitionis ad auditorum animos commovendos; ſunt enim eius compoſitiones ſucco & vivacitate ſpiritus plenæ. Quod Collegii *Germanici* chorum regeret tot annis, inde factum eſt, ut non ſolum fama apud nos celebraretur, eiusque melotheſiæ frequentes in *Germaniam* aſportarentur, verum etiam *Germani* complures, etiam ex monaſterio hoc D. *Blaſii*, eius inſtitutioni traderentur: quæ inſtitutio muſicæ maſculæ firma ut perſtitiſſet, optandum eſſet pro dignitate muſicæ ſacræ.

L. VII. c. 6. §. 1. p. 603.

Horatii BENEVOLI muſicam hodieque *Romæ* cum *Præneſtinica* quo auctore ætate paullo inferior eſt, in pretio eſſe, uſuque, ſubinde teſtatur D. BURNEY. Imprimis vero pro merito deprædicat *Gregorii* ALLEGRI (qui ex ſchola celebris NANNINI cum *Antonio* ZIFRA, & *Pet. Franciſco* VALENTINI prodiit) inſignem in ſacris meleſi ſimplicitatem ac harmoniæ puritatem. Eius celebratum *Miſerere mei Deus* æri incidi curavit inter alia ſub titulo: *la muſica que ſi canta la ſettimana ſanta.* Quod *Romæ* hucusque quotannis cantatur in Paraſceve Domini, ſed ſingulari inimitabili quadam ratione: quare a LEOPOLDO Imp. ob celebritatem a Pontifice expetitum, cum *Viennæ* cantaretur, famæ reſpondere haud eſt viſum, fraudemque ac ſuppoſitionem ſuſpicante Imperatore, atque querelas apud pontificem deponente, officio remotus eſt muſicæ præfectus; ut rem ex ore SANTARELLI, qui hodie capellæ muſicæ papalis præeſt, enarrat D. BURNEY, prout idem SANTARELLI olim mihi quoque *Romæ* retulerat, obtuleratque id *Miſerere*, quod vero iam ex gratia CAROLI VI. Imp. penes nos erat.

Vol. I. p. 209.

Fr. Wilh. MARPURG unum hunc in recenſione auctorum muſicorum ſæculi XVII. præterit ex tam multis *Italis*; de quibus nihil in manus noſtras venit, *Camillo* ANGLERIA, *Aleſſandro* MILLEVILLE, *Theodoro* CASATI, *Luigi* BATTIFERRI, *Leandro* GALERANO, *Giovanni* PALATINI, *Romano* MICHELI, *Angelo* BERARDI, *Lorenzo* PENNA, *Franceſco* PODIO, *Giov. Franc.* CAPELLO, *Fr. Emmanuel* CARDOSO, *Vincenzo* GALLO, *Giov. Paolo* CIMA, *Caſparo* VILLANI, *Giovanni* CROCA, *Paolo* LORENZANI, *Giovanni Antonio* RIGATTI, *Franceſco* TURINI, *Giovanni* REVETTA, *Antonio* SAVETTA, *Marco* SACCHI, *Giuſeppe* SCARONI, *Benedetto* PALAVICINO, *Stephano* BERNARDI, *Giuſ. Anton* BERNABEI, *Giov. Bapt.* BASSANI, *Conſtanzo* ANTEGNATI. Ex quibus apud aulas *Germanicas*, etiam Proteſtanticas, muſicæ præfecti fuerunt. *Lutheranos* porro ſuperiore ſæculo *Italiam* ob muſicam peritiam frequentaſſe, non uno loco teſtatur

Hiſtor. kritiſche Beyträge zur Aufnahme der Muſic. II. B. 320. bl.

MATHE-

Matheson in *Gloria muſica.* Sic *Io. Ioſephum* Krieger *Norimberg.* memorat an. 1672. obiiſſe *Italiam*, *Venetiis* cum *Io.* Rosenmuller eadem de cauſa ibi diverſante audiiſſe Cavalli, Ziani, Legrenzi, inde per *Pataviam* & *Bononiam*, ubi *Io. Mar.* Bononcini, *Carolum Donatum* Cossoni celebres muſurgos frequentavit, *Romam* concedens, adhuc in vivis reperit præſtantiſſimum *Iac.* Carissimi, *Antonium M.* Abbatini, *Bernardum* Pasquini artificio muſico pollentem; quorum poſteriorum ſe diſciplinæ tradidit, familiaris etiam cum Foggia, Stominga, Giansetti, Gratiani, Aratella, ipſoque cum Kirchero; adita quoque *Neapoli*, cum ſene iam Ziani muſicæ præfecto. Qui nempe omnes ſuperiore ſæculo in muſica ſacra præcipue inclaruerunt: cui totam muſam ſuam ſacravit ſæpe laudatus *Iacobus* Carissimi, a P. *Mar. Antonio* Cesti diſcipulo poſtea in theatrum illatis odis, recitativisque, quorum auctorem iam ſupra *Iac.* Carissimi diximus. Quanto is in pretio etiam in *Gallia* fuerit, multis in locis prodidit Bonnet, auctor ſæpe citatus hiſtoriæ muſicæ, eundem plerumque cum Luigi præcipue & Buononcini dilaudans. „Quoique M... (ut mentem ſuam exponit alicubi) tiennent pour Buononcini qu'elles n'eſtiment des compoſiteurs d' *Italie*, que ceux, qui ont fleuri depuis vingt ans, & que le Carissimi ſoit anterieur a cet age de la bonne muſique *Italienne*, i'ai touiours été perſuadé, qu'il eſt le plus grand muſicien, que l'*Italie* ait produit.“ Eum aliquando in *Galliis* fuiſſe, alibi innuit, de *Italis* ita locutus: „En muſique ſacrée entre pluſieurs compoſiteurs recommendables Danielis, Lorenzani &c. ont un Carissimi, homme d'un merite extraordinaire, & qui s'etoit formé en faiſant chanter ſes pieces aux *Theatins* de *Paris* &c.“ Et: „Luigi s'etoit formé a *Paris*, ce que n'ont point fait les Scarlatti, Buononcini, Bassani &c. derniers Orphées de l'*Italie*, qui loin de venir ſe decraſſer aupres de nous, comme les Luigi, & les Carissimi leur maitres, ont ſoigneuſement cultivé les defauts de leur nation.“

T. IV. p. 114. *Ibid. p.* 175. *pag.* 206.

XVII. Facile conceſſerim, fœcunditatem elegantiamque ingenii *Italici*, coniunctam cum delicato exquiſitoque *Gallico* palatu, *le gout*, quem ſemper in ore habent, & ingeminant, muſicæ ſingularem venuſtatem conciliare poſſe, quam tantopere extollunt *Galli* in immortali *I. Baptiſta* Lulli, natione *Italo Florentino*, educatione demum *Gallo.* Quare quidem gratus agnoſcit auctor hiſtoriæ muſicæ ſæpe laudatus Bonnet, quantum muſica *Gallica Florentiæ* debeat; ut tamen innatam illam *Gallis* melodi-

Galli. *T. I. p.* 285.

a lodicam concinnitatem integram præſtet. a) Silentio prætereo, quæ porro perſequitur de felici huius auctoris ingenii vena, vi commovendi ac pertrahendi, quo voluerat, animos, affectusque concitandi in ſcena, quæ aliena eſt a præſenti inſtituto. Extremo morbo decumbens vehementi dolore pœnitentiaque ductus fuit ob impenſam theatro operam, quam ob rem iratum ſibi Numen exiſtimavit:

Flevit & ingemuit; prona Deus audiit aure
Hunc adeo ſuſpirantem, & tam multa gementem.
Felix! ſi potuit gemitu flexiſſe Tonantem.

Sic de eo *Io. Bapt.* SANTOLIUS cecinit, qui ingenium venamque poeticam ſatius, religioſiusque ad celebrandum Deum cœlitesque hymnis impendit; in mortem vero LULLI ſequens edidit epicedium:

Perfida mors, inimica, audax, temeraria & excors,
Crudeliſque & cæca, probris te abſolvimus iſtis.
Non de te querimur; tua ſint hæc munia magna:
Sed quando per te populi regisque voluptas,
Non ante auditis rapuit qui cantibus orbem,
LULLIUS *eripitur, querimur, modo ſurda fuiſti.*

b Prætereo, quod in epiſtola ſatyrica b) *Clementis* MAROT legitur epitaphium LULLI. Ad eius laudem dicitur in alio apud laudatum BON-
c NET epitaphio c) ad finem præfationis tomi ſecundi eiusdem operis, quod & aures delinierit, & cor penetrarit: alterum muſicæ profanæ relinquimus, alterum ſic in muſica ſacra moderatum admittimus, quomodo poſtea idem auctor eius hymnum, qui ſolebat SS AMBROSIO & AUGUSTINO
Id. T. II. p. 93. tribui, nobis deſcribit. „Son *Te Deum* ce *Te Deum*, que nous entendîmes chanter aux Peres de l'Oratoire de la rue *S. Honoré*, pour la convaleſcence de Monſeigneur, & qui étoit executé par trois cens muſiciens, conduits par MARETS a la meme ſimplicité, & plus encore, que ſes opera."

a) Ie ſuis perſuadé (inquit) que nos illuſtres maitres ont trop de gout, & trop de ſcience, pour l'abandonner, comme il paroit, par leurs propres ouvrages, dont les endroits les plus ſont traitez dans le gout *François*, ou ils ont ſeu mélanger le bon de l'*Italien*, & en ont laiſsé la le mauvais. Qu'ils rendent iuſtice au Heros, & au CICERON de la Muſique *François*, ie veux dire a LULLY; qu'ils admirent la grandeur & l'elevation de ſon genie, au milieu de cette naive ſimplicité dépourvue de tous ornemens étrangers, & qui ſemblent devoir tomber ſous les ſens de tout le monde. *Ib. p.* 302.

b) Touchant ce, qui c'eſt paſsé à l'arrivée de *Iean Baptiſte* de LULLI aux champs Eliſées.

c) „Son art, de la raiſon vainquer,
Fut l'amour du ſiecle, ou nous ſommes
Et ſes chants, ſes doux chants, tant qu'il ſera des hommes,
Sçauront charmer l'oreille & penetrer le cœur."

ſes opera.“ Qua ratione mortem ſibi funeſtam attraxerit, dum an. 1686. *Te Deum laudamus* in ſimili occaſione reconvaleſcentis regis apud *Bernardinos* ſeu *Ciſtericenſes* monachos in chorum produxiſſet, narrat MATHESON in *gloria muſica* h. t. in eius porro inſignem omnino laudem teſtatus, quod abhorruerit a repetitionibus, variationibus, nimiisque notarum fracturis, ſeu minuritionibus, cumulatis nimium figuris, coloribus, acceleratiori curſu, & circuitionibus vocum. Quod vero BONNET dicit, fuiſſe, qui ſummam ſimplicitatem in muſica eccleſiaſtica LULLI reprehenderint, non excuſandum ſolum, ſed laudandum ſummopere eſt In ſatyrica *Clementis* MAROT epiſtola, quam germanice edidit MARPURG, ob invidiam in æmulos PERRIN, CAMBERT (LULLI opera exulare iuſſum, *Londini*que occiſum) & LORENZANI notarunt; cum tamen ex animo applauderet muſicæ compoſitioni veteris BOESET & LAMBERT. a)

Beyträge &c. III. Band.

a

Erat hic ſocer LULLI, ac præcipuus etiam ſymphoneta, laudaturque paſſim a BONNET cum BAILLI, & BACILLY, a quibus cantus ordinatus ſit, & concinnatus. „ BAILLI (inquit) commença donc a introduire une methode de chanter nette, & raiſonable. Apres lui vint LAMBERT, le meilleur maitre, qui ait été depuis pluſieurs ſiecles, du conſentement de toute l'*Europe.* Son chant étoit ſi naturel, ſi propre ſi gracieux, qu'on en ſentoit d'abord le charme. LAMBERT ne pechoit, qu'en ce, que quelque fois il lui donnoit trop de graces. Il n'y eut perſonne a *Paris Francois* ou etranger, qui ne voulut apprendre de lui, & il a montré ſi long-tems, qu'il a fait mille excellens ecoliers &c.“ Quos certe non omnes pro ſolo theatro, de quo quidem ſermo eſt, inſtituerit; eſtque in eccleſia cumprimis neceſſarium condecensque, ut cantus re-

T. III. p. 72.

cte

a) I' excuſe volontiers la ſimplicité extreme de la muſique d'Egliſe de LULLI : on pretend, qu'elle eſt forcée pour cela, ie ne nie : mais ie conviens, qu'elle eſt quelque fois platte, ou comme on voudra la nommer; par rapport aux ouvrages des autres compoſiteurs. Cependant, quoique i'aye le penchant, que ie dois a me ſoumettre au ſentiment commun, qui va à ne faire, qu'un cas médiocre de ſes pieces latines (excépté de ſon *Te Deum* admirable en tout de lui pour l'expreſſion, & pour la beauté du chant) i' ai grande peine a mépriſer celles, qu'on goute le moins, en ce qu'elles ſont d'une ſimplicité outrée. S'il a péché en cela, en verité ſes fautes ſont belles, & aident bien a nous faire comprendre, qu'il n'etoit pas ſeulement un grand muſicien, mais un grand homme. Il failoit, qu'il eut un merveilleux fond de bon gout, ou un iugement éclairé, par ie ne ſçai quoi de ſuperieur. I'aiouterai, que cette eſpéce de muſique addreſsé aux Dieux, qu'il a mis ſur ſon theatre, comme les ſacrifices & les invocations nous preſente des exemples admirables de l'obſervation exact des nos regles. Qu' on les obſerve dans les motets de nos Egliſes auſſi iuſte, que lui dans ſes opera, genre pour genre, on fera prier les chretiens excellement, & meme, l'auditeur ne tombera point dans la faute, que le ſevere Saint AUGUSTIN declare un péché, *le chant ne le touchera point davantage que ce que l'on chantera &c.* *T. IV. p.* 68. *&c.*

T. IV. p. 102. ĉte ſit compoſitus, qua in re maxime BAILLI excelluiſſe ibidem dicitur. Opportune multis poſtea in miſeram illam textus diſcerptionem invehitur auctor hic, exemplis aliquot ſuorum gentilium adductis, qui alias in muſica ſacra præſtantes fuerunt, LA LOUETTE, *Io.* SUEUR, GONTIER, LOCHON &c. *pag.* 122. Præterea in pretio habitus LULLIO *Henr.* DUMONT, regii ſacelli præfectus muſicæ, ob nativam ſimplicitatem; *pag.* 128. motteta an. 1688. edita memorantur poſt quam iam annis aliquot vita functus eſſet: rege tunc ad concurſum vocante (dum etiam ROBERT officio cederet) *Ibid. p.* 122. ſymphonetas; at ex quatuor imprimis ſelectis COLASSE, LA LANDE, COUPILET, poſtremus ineptior, iudicio auctoris, obtinuit. Taceo quos alios paſſim idem laudat BONNET, ubi de alia quam muſica eccleſiaſtica res eſt, quæ ad nos non attinet; *T. III. p.* 265. tantum hic nomina recenſere ſaltem iuvat, quæ cumulatim ex utraque muſica alicubi refert, ordine, ut puto, altius repetendo a ſæculo XVI. quo vidimus paullo ante, non paucas *Gallorum* auctorum melotheſes ſacras typis editas fuiſſe: quibus nunc paucos habemus, quos iungamus, BONETO haud, quod ſciam, memoratos *Arcturum aux*-COUTEAUX, cuius octo cantica divæ MARIÆ Virginis ſecundum octo modos *Pariſiis* an. 1641. edita etiam D. BURNEY in *Diar. Itin. muſ.* notat; *Vol. II. pag.* 29. ex quibus *Antwerpiæ* an. 1772. *Magnificat* in veſperis audierit. *Henrici* DUMONT regiæ item muſicæ præfecti cantica ſacra ac mottetorum volumina complura recenſentur in Bibl. *Duboiſiana* & *Telleriana.* a)

Germani. XVIII. Fuerunt etiam ex *Germanis* noſtris, qui ſe diſciplinæ celebratiſſimi LULLI traderent, qualem *Io.* FISCHER *Suevum* memorat MATHESON in *Gloria muſica:* quo ſcilicet libro, in ſupplementum lexicorum muſicorum WALTERI, imprimis practicos potiſſimum muſicos ex noſtra *Germania* maximam partem celebrat: ex quibus celebriores aliquos ſaltem recenſebimus, quique opera quædam in lucem publicam dederunt; veluti *Crato* BUTNERUS *Dantiſcanus Te Deum laudamus &c.* ubi ſe directorem chori muſici *D. Catharinæ* nominat. *Io.* HERBINIUS porro muſicam in *Regiomontanis*, *Dantiſcanis*, aliisque eccleſiis auguſtioribus egregie dilaudat: *De crypt. Kyov. p.* 155. ubi nempe „ cantilenæ ac mottetæ ſacræ antiqua fide ac religione, auctore phonaſco clariſſimo STOBÆO, dulciſſime tam latino, quam germanico

a) Quelle bibliotheque di muſique formeroit celui, qui ramaſſeroit tous les airs particuliers. De CLAUDIN, du vieux GUEDRON, des BOESSETS, de CAMBEEFORT, de MONLINIE, de CAMUS, de PERDIGAL (PRODIGAL) de CAMBERT, de BACILLY, de du MONT, de MOLLIER, de LAMBERT, de LULLI, de COLASSE, de Mr. des TOUCHES, de CAMPRA, de DESMARETS, de MARAIS, de la BARRE, de BOUVARD, de GILIER, & que ſçai ie, combien d'airs d'un caractere ſinguliere, airs de BACILLY, cantiques ſpirituels de COLASSE, villanelles de du VIVIERE &c.

manico idiomate, ac ſpiritu vere devoto reſonant; ſecus quidem atque hodie *Itali* atque *Galli*, abiectis veterum muſicorum ORLANDI *di Laſſo*, PRÆTORII, VULPII, HAMMERSCHMIDII paullo tardiore, quem vocant, tactu gradientibus mottetis, quas religioſa patrum noſtrorum gravitas, atque ſpiritus vere θεόπνευςος commendat, pipiunt:" ut iterum hoc referam in gratiam etiam *Hier.* SCHULZ, ſeu PRÆTORII *Hamburgenſis*, cuius varia opera muſica edita laudatus recenſet MATHESON, quædam etiam alibi *Melchioris* FUCHS, ſeu VULPII, cantoris *Weimarienſis*, & *Andr.* HAMMERSCHMID *Zittavienſis* organiſtæ, in mottetis componendis ſummi artificis, teſte *Ad.* SCHEIBEN. Quem vero *Marcus* SACCHI in ſacello regis *Poloniæ* magiſter muſices vocat clariſſimum atque excellentiſſimum chori muſici *Dantiſcani* directorem digniſſimum *Caſparum* FORSTER ſeniorem, cribrum muſicum eius nomini inſcribens, ſugillavit quidem *Paulus* SYFERT eius æmulus, ut videre eſt apud MATHESON; ubi ea diſcutit, quæ cognomines FORSTEROS fratres, ſeniorem ac iuniorem, attinent: ex quibus poſterior *Boruſſus* natione in *Daniam* etiam excurrit, muſicæ palatinæ præfectus teſte *Io. Adolpho* SCHEIBEN. Ibid. p. 760. ubi eius muſica eccleſiaſtica imprimis laudatur. Fuit diſcipulus laudati SACCHI, aliorumque *Italorum* uſus magiſterio, perinde ac *Io. Caſpar* KERL, ac *Io. Iac.* FROBERGER, uterque a FERDINANDO III. *Romam* miſſus, ille a *Iac.* CARISSIMI, hic ab *Hier.* FRESCOBALDI inſtituendus. Adiit alter etiam *Gallias*, ut utriusque gentis decora conſociaret, haud infeliciter; quæ vero typis edita ſunt poſt mortem an. 1714. ad nos nihil attinent. Celebratur præprimis eius *Memento mori*.

Critiſcher Muſicus p. 178.

Io. Caſp. KERL præter modulationes organicas ſuper *Magnificat* vulgavit varia opera cantionum ſacrarum, Miſſarum. Laudatur eius *O bone Ieſu*. Eum imitari ſtuduit *Io.* PACHELBEL, *Viennæ* illius diſciplinæ ſe committens, cuius quoque quædam opera, quæ ad cantum muſicamque eccleſiaſticam pertinent, recenſet MATHESON, atque *Iacobi* PAGENDARM aliis etiam ſcientiis clari; uti *Ath.* KIRCHERUS, portentum ingenii humani, quemque hic ipſe ſæpe cum laude adducit in medium „*Hieronymum* CAPSBERGERUM innumerabilium fere qua ſcriptorum, qua impreſſorum voluminum muſicorum editione clariſſimum, qui ingenio pollens maximo, ope aliarum ſcientiarum, quarum peritus eſt, muſicæ arcana feliciter penetravit. Hic eſt, cui poſteritas debet omnes illas elegentias harmonicas, quas ſtraſcinas, mordentias, grupasque vulgo vocant in tiorba, ac teſtudine a fidicinibus adhiberi ſolitas: hic introduxit veram tum ſonandi, tum intabulandi, ut barbare loquar, rationem: omnia fere harmonici ſtyli genera ſumma excellentia tractavit."

Muſurg. lib. VII. P. II. c. 4. p. 586.

Alia prorſus Donio ſedit animo de Cabispergio opinio: cum enim perſtrinxiſſet in opere de præſtantia muſ. vet. novum quoddam muſicæ genus *Romæ* ſua ætate induci ceptum, tacito primum nomine Cabisspergium ſub nomine cithariſtæ ſugillat, qualem eum antea deſignaverat: heic vero poſt multa totam hanc modulandi rationem, quam ſymphoniaſticam ipſe vocat, quæ palilogiis, ac polylogiis paſſim exuberat, barbaram prorſus planeque inconditam cenſendam pronunciat, quæque nullo modo repurgari poſſit, niſi ad vivum reſecetur. „Quod ſi (ſubdit) Cabispergius tuus intellexiſſet, nec talem ſuſcepiſſet provinciam, nec ſe cantoribus deridendum præbuiſſet, qui vel palam ipſius melodias concinere detrectabant; vel eas de induſtria ſic corrumpebant, ut ingratæ penitus tum principis, tum aſtantium auribus acciderent. Quare brevi res exolevit, coactusque eſt Cabispergius modulationum ſuarum ingentibus faſcibus, nulli iam uſui futuris, domum implere; minime id ægre ferentibus contubernalibus ſuis muribus, atque tineis." Hæc quidem Transalpini illi in frequenti ſuo conſeſſu familiarique colloquio: de quibus nihil mihi arbitrari reliquum eſt, quippe cui auctoris huius clam ſunt conatus. Multa eius opera *Leo* Allatius in apibus Urbanis recenſet, quibus alia adiungit Walter in lexico. Complura item opera *Iac.* Regnart a medio ſæculi XVI. usque ad initium ſæc. XVII. typis edita, cuius anno ſecundo Miſſæ ſacræ ad imitationem ſelectiſſimarum cantionum a 5. 6. & 8. voc. prodierunt Rudolpho II. inſcriptæ, ſub quo ſtipendia meruit in capella palatina.

T. I. p. 98. &c.

pag. 79.

Plurima vero vulgavit *Greg.* Aichinger organœdus *Iacobi de* Fugger circa idem tempus exeuntis XVI. & ineuntis XVII. ſæc. veluti etiam *Ioan.* Stadelmaier Maximiliani *Græcenſis* A. A. Quædam etiam *Rudolphus de* Lasso celebris Orlandi *de Laſſo* filius: cuius etiam poſt mortem an. 1604. edidit magnum opus muſicum. Ex merito etiam in bibliotheca chalcographica collectore *Iano Iac.* Boissardo cum Orlando *de Laſſo* locum accepit veneranda imago *Adami* Gumpelzhaimer *Trosbergi Boii*, cum hoc elogio:

Naturæ accentum mirantur, & eius imago
Muſica corda rapit, quo duce? præſto vides.

Multa item edidit circa eadem tempora vergente XVI. ac ineunte XVII. *Iacobus* Reinerus, quem ſilentio præterit *P.* Ziegelbaur, dum tot alios enumerat ex uno ordine S. *Benedicti* decimi ſeptimi & præſentis ſæculi ſymphonetas. Ex iis vero, quos ſæpe laudatus Marpurg in recenſione clarorum operibus muſicis virorum, non paucis etiam prelo vulgatis

Vid. P. Fel. Egger Idea ord. hierarch. Bened. p. 162. 579.

tis, ad ſæculum XVII. miſcet *Germanos*, præter iam nominatos, *Io. Andream* HERBST, *Ioan.* KLEMME, *Io.* WOLZ, præcipue celebratur *Ioannes* ROSENMULLER alibi etiam apud eundem auctorem, cum *Io.* THEILE, cuius extant editæ Miſſæ &c. ob artificium polyphoniarum *Adolpho* SCHEIBEN etiam in harmonia incomparabilis dictus.

XIX. Auctorum muſica ſacra in *Anglia* celebrium non ſolum notitiam nobis conſervavit *Wilhelm* BOYCE, organiſta & compoſitor capellæ regiæ, ſed etiam opera præſtantiora quæque utilioraque duorum poſteriorum ſæculorum in lucem dedit *Londini* tribus voluminibus æri inciſa, primumque an. 1768. edita, atque inſcripta: *Cathedral-Muſic.* a) eoquod in *Anglia* non promiſcue, ut apud nos, muſica in ſacris adhibeatur. Auctores ſæculi XVI. iam recenſuimus ex præmiſſa brevi relatione hiſtorica auctorum muſicorum *Anglorum.* Ubi ex ſæc. XVII. poſt *Elway* BEVIN, qui an. 1631. brevem introductionem in Muſicam edidit, in qua ingens numerus exquiſitorum muſicorum *Canonum* occurrit, notantur ordine tres cognomine GIBOUS, duo fratres, primus ſcilicet *Orlandus*, cuius epitaphium refert, in quo natus muſicæ dicitur, imitatus ſua muſica cœleſtem harmoniam, pluribus cum primis hymnis; alter *Eduardus*, tertius *Orlandi* filius *Chriſtophorus* doctor muſicæ in Academia *Oxonienſi* an. 1664. litteris regiis renunciatus. Sequitur *Guilelmus* CHILD *Elway* BEVIN diſcipulus, qui an. 1631. baccalaureus muſicæ *Oxonii*, ibidemque doctor creatus fuit an. 1663. obiit an. 169$\frac{6}{7}$. nonagenario maior. *Beniamin* ROGER ex infante chori clericus capellæ S. *Georgii Wintonienſis*, an. 1658. baccalaureus *Cantuarienſis* per protectorem regni *Oliv.* CROMWELL nominatus, operibus muſicis etiam extra *Angliam* inclaruit, LEOPOLDO arhiduci, poſtea imperatori, & CHRISTINÆ reginæ *Sueciæ* charus. Qui mox ſequitur *Ioannes* BLOW ex infante item chori capellæ regiæ, poſt HUMPHREY infantum chori moderator, doctor muſicæ ac organiſta in epitaphio appellatur, laudaturque ab excellentia compoſitionum muſicarum, præcipue pro eccleſia, perinde ac *Henr.* ALDRIETS, quorum ille an. 1708. hic an. 1710. obiit.

Auctores muſicæ ſacræ in Anglia ad præſens uſque tempus.

a

Volumine ſecundo primus ex ſæculo XVII. recenſetur *Guilielmus* LAW, muſica tamen profana clarior quam ſacra, an. 1645. occubuit in obſidione *Ceſtrienſi*, cuius laudem celebris MILTON carmine cecinit; frater

a) Cathedral-Muſic being a collection in ſcore of the moſt valuable and uſeful compoſitions for that ſervice, by the ſeveral *Engliſh* Maſters of the laſt two hundred years. The whole ſelected, and Carefully reviſed by Dr. *William* BOYCE, Organiſt and Compoſer to the royal Chapels, and Maſter of his Majeſty's Band of Muſicians.

ter vero *Henricus* etiam capellæ regiæ an. 1625. præfectus. Proximus eſt *Adrian* BATTEN, cuius adhucdum melotheſiæ complures officio eccleſiæ inſerviunt; qua de re nihil addit in *Matthæo* LOCK CAROLO II. a compoſitionibus muſicis, ac organiſta CATHARINÆ uxoris ex choriſta eccleſiæ cathedralis. P. HUMPHREY in *Galliam* miſſus ex inſtitutione *Io. Bapt.* LULLY profecit. Coniunctim is etiam cum *Guil.* TURSUR, & BOWE officio eccleſiæ operam navavit. *Mich.* WISE ex præcipuis illis fuit, quos diximus ex infantibus capellæ regiæ effloruiſſe præſtantia muſicæ: ob. 1687. *Robertus* CNEYCHTON doctor quidem theologiæ, partem tamen otii ſui muſurgiæ eccleſiaſticæ impendit: ob. 1736. annorum 97.

Omnium vero ore apud exteras etiam nationes celebratiſſimus fuit, ut eſt etiam a *Spectatore Anglo* annotatum, ſuperiore ſæculo *Henricus* PURCELL, a) excellens in omni quidem genere muſicæ, ſacra etiam ad devotionem compoſita, ut in eius epitaphio notatur: in quo eius præmatura mors, quæ ei ætatis anno 37. ſæculi præteriti autem 95. obtigit, lugetur. Eum celebris poeta DRYDEN elegia celebravit, cui modos muſicos addidit *Ioannes* BLAW eius in muſica arte magiſter, dudum poſt eum, anno nimirum 1708. ut annotavimus, mortuus. *Ioannes* GOOLDWIN ſeu GOLDIND, diſcipulus laudati *Guilielmi* CHILD ac ſucceſſor in officio organiſtæ capellæ regiæ, an. 1715. annis octo poſt *Ieremiam* CLARCK ſucceſſorem *Ioannis* BLOW, cuius diſcipulus in epitaphio a BOYCIO allato celebratur *Guilielmus* GRAFT, doctor muſicæ & capellæ regiæ organiſta, qui anno 1720. duo antiphonarum edidit volumina. Ultimus in volumine II. celebratur *Ioannes* WELDON, *Henrici* PURCELL diſcipulus, organiſta & melotheta regius poſt mortem, an. 1736. ſucceſſorem nactus ipſum operis editorem *Guilielmum* BOYCE.

Is poſtquam volumine tertio divinam collaudaſſet bonitatem, quod tam difficili operi vires addidiſſet, laudat etiam, qui auxilio ſubſidioque fuerint, *Guilielmum* GOSTLING, *Iacobum* KENT, *Guilielmum* HAYES profeſſorem muſices *Oxonienſem*, & doctorem *Samuel* HOWARD *Londinenſem*. Excuſat ſe, quod ultima voluntate Doctoris *Mauricii* GREEN, qui iam defunctus maxime inter *Anglos* concelebratur, teſtamento manifeſtata prohibitus ſit edere quædam eius opera, præſertim eius officium divinum, quod imprimis commendat; alia item tria integra *Nathanielis* PATRICK *Adriani* BATTEN, & *Alberti* BRIAN, cum aliis duobus

a) Non eſt confundendus cum *Daniele* POUCEL *Gallo*, quem ipſi *Angli* in epitaphio *Londini* in *Weſtmonaſterio* poſito, ſuper aſtra extollunt, ſæculo ſuperiore, antequam muſica *Italica* in *Anglia* obtineret, inclareſcentem. Noſtro quoque ſæculo *Georgio Frid.* HÆNDEL *Germano* ſtatuam poſuerunt *Angli*; nunc vero *Nicolaus* HAYM, itidem *Germanus*, *Anglis* in admiratione eſt, *Italis*que ob muſicæ præſtantiam æmulationi eſſe poſſit.

bus *Caroli* King vicarii chori eccleſiæ cathedralis S. *Pauli Londini*: quæ libenter edidiſſet, niſi alia fuiſſent, quæ præferenda duxiſſet. Laudat nonnullos alios *Anglos* muſurgos Matheson, nempe Butler, Douland (Hic in bibliotheca muſica *Laurentii* Mizleri ex Bellermanno Doulcand appellatur) Morley, Bacon, Bridlington; præſagitque, contentione muſicæ *Anglos* ſi non præſtantiores, ſaltem non inferiores futuros *Italis*, quos æmulantur, ut iam etiam ex *ſpectatore Anglo* notavimus. Qui alicubi dolet, non tantas expenſas in muſicam ſacram fieri, quam profanam ac theatralem, in qua hoc ſæculo eminuere D. Pepusch, Turner, Gaillard, nuperrime vero *Thom.* Arne doctor muſices ac melotheta celebris. Nunc apud nos etiam inclareſcit *C. Fr.* Abel a muſica privata reginæ *Angliæ*, quæ a propoſito noſtro aliena eſt; eſtque alius adhuc cognominis præſtantiſſimus in *Anglia* organiſta *Germanus*, an eiusdem familiæ, ex qua iam ſub Henrico VIII. *Thomas* Abel muſicus doctus fuit?

Neueröffnete Orcheſtre P. III. c. I. §. 10. p. 210. T. III. P. II. p. 271.

Vid. Marpurg Beyträge 4. B pag. 23.

XX. *Hiſpanos* quod attinet, D. *Bened. Hier.* Feyoo unum fere D. *Anton. de* Literes laudat compoſitorem primi ſubſellii, & forte unicum, qui ſciverit unire omnem illam maieſtatem & ſuavitatem muſicæ antiquæ cum vivacitate modernæ, in exprimenda maxime emphaſi verborum ſignificatui propria. a) Multos quidem eſſe in *Hiſpania* muſices magiſtros peritiſſimos notat, ſed qui in hoc haud præſtent, ita ut in eorum compoſitione muſica admirationi quidem ſit ſubtilitas artis, quin tamen ſatietur auditus. Non ſine dolore reminiſcitur antiquæ *Hiſpanicæ* gravitatis, *Italorum* imitatione hodie peſſumdatæ, ſuperioris ſæculi ſymphonetas in *Hiſpania* laudans: „I quali (inquit) con ameniſſima varietá continuavano un medeſimo ſentimento, ſpezialmente quando era a quatro voci, nella maniera, che piace molto meno un' oratione compoſta di diverſi ſoggeſti, quantunque teſſuta con vaghezza di ſtile, di quello piacciane un' altra, che con varietá di eruditione va continuamente ſequendo ſecondo le leggi dell eloquenza il filo della idea, che ſi propoſe al principio." Semper mihi aptiſſima fuit viſa muſicæ cum eloquentia

Et in Hiſpania ac Luſitania.

Teatro crit. univ. T. I. diſc. XIV. Muſia delle chieſe §. 3. *p.* 295.

a

Ib. p. 299. *pag.* 302.

a) Locum hic meretur *Mar. Anna* Martinez, quæ quidem cum fratre bibl. Cæſar. cuſtode altero *Viennæ* apud celeb. Metastasium commoratur. Virginis huius egregias etiam pro uſu eccleſiæ compoſitiones D. Burney in Diar. Itin. Muſ. P. II. p. 229. laudat: accepique ante aliquot annos *Viennæ* ex ipſius manu miſſam ſolemnam ſtylo eccleſiaſtico accommodatiorem multo, quam pleræque auctorum virorum noſtri temporis melotheſiæ. Metastasio apud laudatum D. Burney *p.* 254 dicitur pſalmus eiusdem virginis, nuper ſocietati Philarmonicorum *Bononiæ* adſcriptæ, *Meſcolanza di antico e moderno*: alterum, quod gravitatem harmoniæ ſeu contrapuncti attinet, alterum quoad melodiam ad palatum ævi noſtri compoſitam, recte conſociantur in muſica ſacra.

eloquentia comparatio, quam auctor ille proſequitur, lugetque fata conſimilia, in *Italum* quemdam, Duron nomine, depravatæ muſicæ *Hiſpanicæ* coniecta culpa. pag. 303.

Scripſit hic auctor circa initium huius ſæculi labentis, antequam alios inter *Italos Dominicus* Scarlatti in *Hiſpaniam* conceſſerat, qui in muſica ſacra apud *Hiſpanos* id emendare potuiſſet reſtaurareque, quod Duron ille corruperat, ſi veſtigia preſſiſſet *Alexandri* Scarlatti, cuius e diſciplina prodiit *Adolphus* noſter Hasse, quem unacum *Nicolao* Iomelli & *Davide* Perez muſicæ palatinæ regis *Luſitaniæ* præfecto, pro exemplo ad dignam eccleſia muſicam reddendam mihi *Ioſ.* Santarelli
a capellæ pontificiæ muſicæ magiſter proponit, a me interrogatus. a)

Itali apud plerasque gentes ſæc. XVIII. ſymphoniurgæ,

XXI. Duo ex his triumviris ſunt, quorum alter natione *Germanus*, alter compluribus annis in *Germania* apud ducem *Würtembergicum* muſicæ director fuit, ſed profanæ ac theatralis; quod dolendum eſt, tam excellens aptumque muſicæ ſacræ ingenium mammonæ potius, quam Deo ſerviiſſe, ut plerumque faciunt *Itali* apud totius fere *Europæ* aulas ſtipendia muſica merentes: ex quibus non pauci, veluti Predieri, Caldara, Salieri *Viennæ*, Scarlatti item ac Bernabei utrique in *Bavaria*: in *Saxonia* Porpora, Lotti, Fischietti, qui nunc *Salisburgi* meret, uti multis iam annis Lolli: Luchese apud electorem *Colonienſem*, Sales apud *Trevirenſem*, Bertoni *Ratisbonæ*, ex quibus plerique in

a) Sic vero ad me *Roma* 11. *Sept.* an. 1774. reſcripſit: „Paſſo quindi all' altro de' pregiatiſſimi comandi . . . qual'é di far le parte di tutte le notizie, che io mi trovo, degli autori e maeſtri di capella viventi i piu inſigni per le loro opere di ſacra muſica vocale coniunta agli ſtromenti, ed i piu degni percio da imitarſi da chi ſi accinge a ſcrivere una tal ſorta di muſica. A tré ſoli, ſecondo il mio debole ſentimento, ſi riducono queſti autori, e maeſtri, e ſono *Adolfo* Hasse detto il *Saſſone*, *Nicolo* Iomelli, e *David* Perez. Non è gia, che io non abbia udite compoſizioni di altri autori, le quali non meritino le primi lodi; ne ò udité anzi moltiſſime; ma gli autori di queſte non ſono per avventura ſempre gli ſteſſi. In un medeſimo ſalmo, per cagione d'eſempio, anzi talvolta nel medeſimo verſetto eglino compariſcono di differentiſſimo umore. Adeſſo eglino ci faranno ſempre un pezzo di muſica, che uguaglierà quaſi la belleza del ſacro teſto, tanto egli è pieno di un eſtro tutto divino, e di quella gravità, e decenza, che conviene alla lingua dei divini oracoli; adeſſo adeſſo eglino ce ne faranno ſentire un altro, il quale ſpira tutta la mollezza, e tutta la ſfacciataggine della muſica del teatro. Or ciò premeſſo, V. A. vede molto bene, che il proporre alla gioventù d'imitare ſimili originali, ſarebbe coſa pericoloſa anzi che nò. Per lo contrario nelle compoſizioni eccleſiaſtiche dei ſopralodati ſoggetti nulla vi à, che non poſſa ſervire di eſemplare, o modello per degnamente celebrare col canto le lodi del Signore. Non citerò qui a V. A. i luoghi, ove ſi trovano le opere di tali ſoggetti, ſapendo io beniſſimo eſſerle noto, che quelle di *David* Perez ſi conſervano nell' archivio muſico della Real cappella di *Lisbona*, dove egli è attualmente maeſtro: che quelle di Iomelli ſi conſervano nell' archivio muſico di *S. Pietro* in *Vaticano*, dove egli fu compoſitore; è che quelle del *Saſſone* ſi conſervano nell' archivio muſico del ven. oſpedale detto degl' Incurabili in *Venezia*, dove egli è ſtato direttore maeſtro per moltiſſimi anni.“

in muſica ſacra ſpecimina egregia dederunt: ut taceam aliquamdiu diverſatum in extrema *Ruſſia* Galuppi, Buononcini in *Anglia*, Bernardi in *Dania* poſt Stephani itidem *Italum*, Utini in *Suecia*, muſicæ palatinæ præfectos, innumerosque alios *Italos* prætercam, luxuriantis muſicæ apud reliquas nationes præcipuam cauſam, quas aut ipſi frequentant, aut operibus ſuis muſicis faſcinantur; in quibus magis ſemper ma[illegible] ſciviunt, novaturiuntque; utinam non in Sacris ſaltem adytis! a)

Sed non ſtatim hoc etiam noſtro ſæculo ac memoria, neque omnes *Itali* ingenii ſui fœcunditate abuſi ſunt. *Ioannes Baptiſta* Martini *Bo-nonienſis*, qui ipſe edidit opera muſica uſu ſacro digna, laudat non pau-cos huius ſæculi auctores in ſtylo Madrigalico inſignes, Abb. Stephani, *Pe-*

a) Afferre iuvat, quæ ad me paullo ante laudatus *Ioſ.* Santarelli rogatus perſcripſit de præſenti ſtatu muſicæ in *Italia*: „M'ingiunge V. A. ch'io le trasmetta in compendio qualche notizia dello ſtato preſente della muſica d'*Italia*, e ſegnatamente di quella, che ſerve alla caſa di Dio. Ma, e che poſſo io mai dirle ſù di un tal' articolo, ch'ella già non ſappia? V. A. é ſtata qui trà noi, non ſono molti anni; ed io mi ricordo beniſſimo del retto, e ſano giudizio, ch'ella dava ſull' infelice ſituazione della noſtra muſica di quel tempo, tanto in riguardo alla chieſa, che al teatro. Ora l'odierna noſtra muſica in queſtione ſi è per avventura quella ſteſſa di allora, ſeppur non è peggiore. Ed eccole tutto cio, che per rapporto al precitato ſuo primo Comandamento ò l'onore di ſignificarle. Se però V. A. deſideraſſe, che io le aſſegnaſſi alcuna delle ragioni, per cui la noſtra Muſica in genere è coſi decaduta dall' antico ſplendore, gliene addurrei due, che frà le molte ſono forſe le principali. La prima ſi è il diſprezzo, che i noſtri giovani Contrappuntiſti anno per tutto ciò, che ſi chiama antico: Per cagion d' eſempio, il gran *Gio. Pier Luigi da* Palestrina, il Zarlino, ed il Fux anno egregiamente inſegnato, e dimoſtrato nelle loro opere tutto quello, che vi è da ſeguirſi, o da evitarſi, ad oggetto di far buona Muſica vocale *a più parti*, ſia ſacra, o profana; vale a dire, anno inſegnato, come ſi debbano impoſtare le *parti* antidette, acciocchè l' Armonia rieſca robuſta, e non forzata; anno inſegnato, come ſi dee di tratto far pauſare le medeſime, perch' èlleno non ſi ſtanchino, e non rendano perciò un' Armonia fiacca, e ſtuonata; anno fatto vedere, come non ſi dee adottare niuna Cantilena, o motivo, il quale non cammini con naturalezza, e ſemplicità; anno dimoſtrato, come ſi abbia a tirare, o condurre un ſoggetto, una fuga; Come debbanſi eſprimere le parole, e maſſimamente le ſacre; Come ſi dee modulare, o cangiar di Tuono; In corto, anno inſegnato, e dimoſtrato tutto quello, che la lunga eſperienza, e la matura rifleſſione loro à ſuggerito per far con lode il Maeſtro di Cappella. Ma il Fux, il Zarlino, *e Gio. Pier Luigi da* Palestrina ſono antichi, e tanto baſta, perchè i noſtri giovani Contrappuntiſti non ſi degnino di guardarlì. Ma che ſuccede ègli? ſuccede, che non avendo, e non volendo queſti altra iſtruzione, o guida per i loro Componimenti di muſica vocale *a più parti*, fuorchè il proprio capriccio, fanno della muſica, la quale altro pregio non à, ſe non ſe quello di formare un rumore, il quale inſulta l' orecchio egualmente, che il ſano giudizio degli aſcoltanti. La ſeconda ragione poi, per cui la noſtra muſica in genere è coſi decaduta dall' antico ſplendore, ſi è il fanatiſmo, in cui gli antidetti noſtri Contrappuntiſti ſono, di cercare la nuovità.

Petrum TORRI, *Antonium* LOTTI, *Benedictum* MARCELLO, *Thomam* CARAPELLA, *Franciſcum* DURANTE, *Carolum* CLARI, *ci h'anno laſciato dei Madrigali, che diconſi anche Duetti, Terzetti, i quali all' arte, e all' eſpreſſion degli affetti hanno aggiunto quei vezzi e quel buon guſto, che ſempre piu rendono grata la noſtra muſica.* a) Et infra cultores ſtyli recitativi, cum quo coniunctæ ſunt odæ illæ, quas arias vocant, ad finem præteriti & initium præſentis ſæculi non paucos recenſet, a quorum utinam! veſtigiis, in eccleſia ſaltem, haud receſſiſſent unquam *Itali* eorumque imitatores, ac ſimiæ: ſcilicet præter iam laudatum nobilem virum *Benedictum* MARCELLO, *Bar.* D'ASTORGA, *Iacobum* PERTI, *Alexandrum* SCARLATTI, *Leonardum* VINCI, *Nicolaum* PORPORA, *Franciſcum* GASPARINI, *Ioannem* BONONCINI. Mox tamen, dum proceſſum novi huius muſicæ generis, quod proprium dici poteſt noſtræ memoriæ, narrat, dolet in odis illis ſeu ariis verba veluti ſepeliri & abſorberi varietate idearum, ac rumore inſtrumentorum, neque intentos eſſe ſymphonetas, ut ſenſum verborum muſicis modulis exprimant, & apti ſint ad animum commovendum. b)

a *Stor. muſ. Diſſert.* 3. p. 300.

b

Hæc de muſica generatim, in qua elaboravit viri doctiſſimus, dicta ſunt. Sacram noſtram quidem etiam ad commovendum animum compoſitam eſſe oportet, ſed pie ac moderate, ſemota nimia affectuum commotione, quam gignit muſica theatralis, a qua ut diſcernatur eccleſiaſtica, minus cavetur in *Italia*, quam ne muſici eccleſiæ addicti operam ſuam theatro impendant. Narrat ſiquidem D. BURNEY in *diar. Itin. muſ.* nuper ZANETTI officio præfecti muſicæ *Peruſii* amotum, quod in theatro *Albertino* cantorem egerit. Diſtinguendus eſt autem a ZANOTTI *Bononiæ*

Erſter Theil 294. *bl.*

a) Generalius rem attingit in epiſtola ad *Io. Bapt.* PASSERI, quæ habetur T. II. opp. p. 266. DONII „Quante (inquit) mutationi, quanti avanzamenti, quanto miglioramento nello ſtile ha eſſa (muſica) fatto da quel tempo ſino ai giorni noſtri? Quando ſcriſſe queſto autore, la muſica concertata, e ſopra tutto la Drammatica era nella ſua infanzia, ſicché alle noſtre orechie coſi languida rieſce, cosi inſipida, e ſtuchevole, che in luogo di generarci diletto, e piacere, piu toſto ci porge noia e tedio; e percio, ſe i noſtri vecchi compoſitori ritornaſſero a rivivere, ſi arroſſirebbero di comparire collo ſtilo rancido, e rincreſcevole della loro muſica ni confronto della noſtra vivace e brillante; e ſarebbero loro mal grado forzati confeſſare la loro ignoranza, e lo ſuavio troppo grande fra il loro, e il noſtro ſtile.

b) Percio che ſpecta alle arie, ſe ſi conſiderano in riguardo all' arte della muſica, ſu'l principio furono molte languide, ma nel progreſſo del tempo ſempre piu ſtudiarono i profeſſori d'introdurvi nuove inventioni, varieta d'idee, e ſopra tutto, come praticaſi oggi giorno, ornamenti di ſtrumenti, talche il cantore, che dovrebbe pur eſſere la parte piu principale, reſta non poche volte ſepolto e come ſoggetto alla varietà delle idee, ſe non vogliamo dire al rumore degli ſtrumenti. Se ſi conſiderano poſcia in riguardo all' eſpreſſione del ſentimento delle parole, ogni qual volto i compoſitori non ſi applicano a ben comprendere e penetrarne il loro ſentimento, coſi pure a diſtinguere le parti della muſica, che ſono atte ad eſprimere piu un ſentimento che un' altro, mai non avranno l'intento di eccitare alcuno degli effetti ſingolari dalla muſica *Greca*.

noniæ in eccleſia S. *Petronii* muſicæ præfecto, quem cum aliis diſcipulis laudati P. *Io. Bapt.* Martini memorat Burney *Bononiæ* præſens, cum *Erſter Theil 142. &c. bl.* annuum certamen muſicum ſocietatis philarmonicæ celebraretur, laudato P. Martini perinde ac olim egomet cum primis familiariter pro ſuo inſtituto uſus, uti etiam *Patavii* P. *Antonio* Vallotti ex eodem ordine minorum S. *Franciſci*, celebris Tartini amico ſocioque ſtudiorum in theoretica ac practica muſica, in qua inter præcipuos muſicæ eccleſiaſticæ compoſitores habetur, dignus, a quo rex *Boruſſiæ* Fridericus Miſ- *Ibid. 94. &c. bl.* ſam fieri voluerit pro celebritate dedicationis novæ eccleſiæ catholicæ *Berolini* prima *Novembris* anni præteriti 1773. peractæ. Eſt vero P. Valloti *Pedemontanus* natione, ubi genus muſicæ *Longobardicum* obtinet, quod a *Veneto*, ac *Neapolitano* diſtinguit.

D. Burney, tres hos veluti ſingulares muſicæ *Italicæ* ſtatuens characteres, obſervat *Venetiis* ab Adriano inde, Zarlini magiſtro, ſemper inſignes muſurgos meruiſſe, usque ad hodiernum muſicæ *Venetæ* ſtatorem *Baltaſarem* Galuppi, notum in *Italia* etiam ſub nomine *Il Buro- 100. bl. nello* a patria *Burano*, diſcipulum *Ant.* Lotti, quem coniungit *Benedicto* Marcello in muſica ſacra auctori præcipuo, cuius extant 50. pſalmi *Davidici Venetiis* typis impreſſi, digniſſimum uſu eccleſiaſtico opus. Laudat etiam præfectos muſicæ *Venetos* Bertoni, Sacchini Furnaletto, muſicamque in eccleſiis præcipuis, ſolemnitatibus feſtorum exceptis, ſine aliis, præter organum, inſtrumentis ſatis modeſtam fieri; ut iam de aliis etiam eccleſiis cathedralibus *Italiæ* obſervavi; in parochialibus vero *Italiæ* ſolus cantus planus obtinet. In eccleſia autem *Mediolanenſi* ex veteri S. Caroli inſtituto ordinata imprimis eſt muſica cantusque eccleſiaſticus, auctorum quidem plerorumque ſuperioris ſæculi, quorum tamen veſtigia recentiores, quando id res flagitat, etiam premunt, Fiorini, Monza, San-Martini, quem præcipue laudat D. Burney, cuius innumeræ ſint Miſſæ, quas floridiore ſtylo compoſuit pro eccleſiis per urbem diverſis, præter cathedralem, in qua muſicæ illud genus obtinet, quod *a capella* pontificia *Romana* nomen habet: cui hodie *Romæ* laudatus *Ioſ.* Santarelli præeſt, cuius paullo ante acerbas audivimus contra depravationem muſicæ ſacræ querimonias, ex ſtudio novandi, averſatioque ab omni eo, quod antiquitatem ſapit, non adeo certe remotam: cum ante ſæculum fere omnis muſicæ ſacræ apparatus cum muſica *a la capella* congrueret, ſtylo, quem vocare licet proprie harmonicum, a melodico diſtinctum; cuius epocha a noſtro hoc ſæculo repeti poteſt. Eius anno decimo octavo obiit *Thomas* Bay,

qui veterem rhythmologiam æmulatus, quantitatem ſyllalarum ſcrupuloſe notis muſicis ſeu melodia expreſſit.

Fuerunt circa ea tempora *Romæ* celebres muſurgi *Franc.* Gasparini ac *Petr. Paulus* Bencini, poſteaque *Octavius* Pittoni, qui iam cantui magis melodico concinnando ſtuduit; raro tamen provectiore demum ætate, inſtrumenta muſica ſuis compoſitionibus ruditer admodum, ſi cum hodierno uſu comparetur, miſcuit. Eius ſupra retulimus teſtimonium de *Archangello* Corelli, primo, qui *Romæ* ſymphonias ederet cum chelibus, compoſitione ſimplici, ſed referta ſplendida amoenaque harmonia. Sine inſtrumentis, præter organum, multa compoſuit *Romæ* noſtra ætate *Io. Bapt.* Casali pro eccleſia PP. *Oratorii*, Giovanni pro collegio *Germanico* S. *Apollinaris*, quos in diario ſuo D. Burney nominat inter *Romanos* muſicæ præfectos: Crispi item, Mosi ſeu Masi, Orisichio, Magherini, Rinaldum *di Capua*, qui auctor ſtyli recitativi cum inſtrumentis muſicis a multis habetur; reperit vero ea D. Burney in collegio S. *Hieronymi de charitate*, in *oratorio Alexandri* Scarlatti ad finem ſæculi compoſito. Ab aliis *Franciſco* Gasparini, qui eodem tempore floruit, ea inventio tribuitur. Pertinet hic ad ſcholam *Venetam*, reliqui duo ad *Neapolitanam*, ubi etiam hoc anno diem ſuum obiit *Nicolaus* Iomelli, indignatus *Romam*. Fuit dudum *Neapolis* ob muſicam celebratiſſima: eam ab ineunte hoc ſæculo illuſtrarunt Scarlatti non unus, quos inter primus præcipuusque *Alexander* ab inſtrumentis muſicis inflatilibus abhorruit, quod ea ſubtilitas aurium eius non ferret, uti ex eiusdem diſcipulo *Adolpho* Hasse percepimus. Inter cæteros præſtantiores *Neapolitanos* muſurgos Mancini, Leo, Feo, Porpora, Sarri, Manni, Durante, Caroli, Contumacci, Pierini. Reſpublica muſica dolet præmaturam mortem Vinci, & Pergolesi imprimis, qui a gentilibus ſuis *il divino* dicebatur; eius vero *Stabat mater* æri inciſum ubique celebratur, laudaturque ſimplicitas quædam, quæ ſuapte natura animo ſeſe inſinuavit, eiusque affectus commovit: quod alias celebris Tartini in muſica *Neapolitana* deſideravit, magnificam, alacrem robuſtam eſſe ſeu incitatam confeſſus, *ſed huc*, addere ſolebat, manu pectori admota, *non penetrat*.

Dudum eſt, quod *Itali* ceſſant ſua melotemata, quod ineunte adhuc hoc ſæculo decimo octavo certatim fecerunt, typis evulgare, dum nihilominus totam *Europam* inundant muſicæ *Italorum* compoſitiones, innumerorum prope auctorum; ex quibus quosdam ſaltem ordine nominabimus alphabethico (cum ſingulorum merita diſcernere haud vacet)

qui

qui paſſim circumferuntur ; veluti ALBINONI , *Andream* ADOLFATI , *Ioſephum* ALDROVANDINI (cuius *Harmonia ſacra* , *Concerti ſacri*, initio huius ſæculi ſunt editi, uti etiam *Ioan. Baptiſtæ* ALLEGRI *Motteta*) *Iacobum* BATTISTINI , proſtant *Armonie ſacre* ; quædam etiam utriusque *Herculis* ſcilicet, & *Ioſephi Antonii* BERNABEI , quem magiſtrum ſuum laudat P. *Udalricus* noſter SPIES. His adde *Diogenium* BIGAGLIA *Venetiis* ad S. *Georgium maiorem* monachum. Præter *Ioannem Mariam* celebratur etiam *Antonius* BONONCINI , PRUNETTI præfectus muſicæ in eccleſia cathedrali *Piſana*, notante D. BURNEY p. 294. alios etiam muſurgos eius urbis GHERARDESCHI , RENZINI , LIDARTI, CORRUCCI. *Ant.* CALDARA, *Viennæ* muſicæ aliquando præfecti, typis impreſſæ proſtant Miſſæ. Accedunt *Io. Maria* CAPELLI, CARPANI, *Mar.* CASINI, *Vinc.* CIAMPI , *Io. Paul.* COLONNA , *Fran.* CONTI , *Hieron.* CONVERSI , COCHI , CHIESA , COSSONI , COZZATI. *Nicol.* FAGO, GALIMBERTI, GEMINIANI , *Andr.* & *Ioſ. Ant.* GROSSI , *Petr.* GUGLIELMI, LEVIS, LOCATELLI , *Franc. di* MAIO , MANFREDINI , ORLANDI , ORLANDINI, *Ioſ.* PALADINO, PERINI , PERTI , *Angelo* PETRUCCI , *Caiet.* PIAZZA, PICCOLA , POLLAROLI , PONCINI capellæ cathedralis *Parmæ* præfectus , PRAT, QUILINO , RISTORI , RUTINI, SCIRALI. *Alexand.* STRIGGIO, TAGLIETTI, TARANTINI , TERRADELLA , TERRENI , *Ioſeph.* TORELLI , *Petr.* TOERI , *Thomas* TRAIETTA, VALENTINI , *Petr.* VALLE, *Ant.* VERACINI , *Ant.* VIVALDI , ZOPPIS.

XXI. In inſigni *Gallico* opere, *Spectacle de Nature* inſcripto, *Galli*, ſuapte natura alias melodiam amantes , hodie tamen in harmonia præſtare magis dicuntur, quam ſæculis ſuperioribus. *Italica* auctori quotidie amœna magis , ac melodica videtur. Fatetur, apud ſuos iam obſoleviſſe præiudicium de ſola muſicæ *Gallicæ* præſtantia, gratoque animo ſuſcipi ingenioſa *Italorum* inventa. BONNET infortunio *Italiæ* accidiſſe putat, quod LULLI inde in *Gallias* tranſierit ; id autem malo *Gallicæ* muſicæ eccleſiaſticæ factum eſſe, quod BROSARD , BERNIER & CAMPRA , quorum typis ſunt impreſſa opera, a recto deflexerint. Indignum ratus, ſi de umbra cum *Italis* decertetur: queis vero utraque natio ſua ſententia in muſica excellat hodie, paucis ita exponit , ut pro ſacro uſu *Gallica Italicæ* muſicæ præferenda ſit. a) *Io. Ioachim* QUANZ , muſicæ apud regem *Boruſſiæ* director,

Galli. *T. VII. diſc.* 4.

Hiſt. de la muſique & de ſes effets T. IV. p. 176.

a

a) Aujourd'hui donc , je croi , que les *François* l'importent pour la juſteſſe , les *Italiens* pour le brillant , & pour la varieté d'expreſſions : nous pour la ſimplicité, eux pour l'agrement : nous ſommes dans la bonne route, mais peu avancez : ils ont prix a coté , mais ils ont été plus loin : nous ſommes plus ſages , qu'eux, ils ſont plus riches, que nous : nous avons tout lieu d'eſperer , que nous les ſurpaſſerons un jour : ils ont quelque ſujet, il leur eſt pardonnable, de ſe flater, qu'ils nous ſurpaſſent a preſent.

Ap. Marpurg Beyträge I. B. p. 237. 238. rector, ipſe *Italiam*, *Galliam*que peragratus fatetur, ſibi muſicam ſacram apud *Gallos* magis, quam theatralem arriſiſſe. a)

a *Id. ibid. p.* 104. Ad dignitatem muſicæ ſacræ in *Gallia* plurimum conducere neceſſe eſt, quod præfecti muſices in cathedralibus aut presbyteri ſunt, aut eccleſiaſtici ſaltem ordinis. Dum vero *Pariſiis* accidit, ut ſæculares electi ſint, veluti CHARPENTIER, & BERNIER in ſancta capella, CAMPRA, & *la* LOUETTE in ſummo B. M. V templo, id ob ſingularem præſtantiam factum. Laudat deinde doctiſſimos, BROSSARD auctorem lexici muſici, & LAMI presbyteros, eorumque motteta, quorum tamen cauſa hic ſecundum locum in cathedrali eccleſia *Rothomagenſi* deſeruerit, quod in præcipuis feſtis motteta ab actoribus canerentur. Studium imitandi *Italos* BROSSARD, & CAMPRA vitio dat, ſupra quos abbatem BERNIER extollit. b) Affert deinceps teſtimonium ex diario *Trivoltienſi* an. 1704. menſ. *Nov.* quo CHARPENTIER (qui iam an. 1702. obierat) *Italis* modernis æquiparatur in muſica latina, quæ ſcilicet ad eccleſiam pertinet, quamque aptiſſime adverba componere ſciverit more veterum, effectuque. „CHARPENTIER *auſſi ſçavant*;

I. b p. 158.

b *pag.* 120.

a) Nec vero diffitetur, quantam *Italicam* inter & *Gallicam* muſicam differentiam expertus ſit; a *Gallica* nihilominus haud alienus: quemadmodum D. BURNEY (*Tagebuch. P. I. p.* 298. *&c.*) de ſe narrat, aures ſuas muſicæ *Italicæ* aſſuetas *Gallicam* ferre haud amplius potuiſſe; nec præter *Gallicam* ipſam eſſe aliam putat *Europæ* gentem, cui tolerabilis videatur. Alibi haud ſemel perhibet, ipſos ſuæ ſe muſicæ *Gallos* pudere, præſertim poſt *I. I.* ROUSSEAU epiſtolam de muſica *Gallica*, cui in fronte hoc epiphonema appoſuit ex HORATIO: *Sunt verba & voces, prætereaque nihil.* Eam *Fr.* MARPURG (*l. c. p.* 57.) recenſet initio ſtatim ſuarum hiſtorico-criticarum additionum ad incrementum muſicæ, poſtquam epiſtolam (*Ib. p.* 1. *&c.*) de diſcrimine muſicæ *Italicæ* & *Gallicæ* in *Germanicam* linguam translatam ſuis obſervationibus illuſtraſſet. (*Ib. p.* 160.) Aliam item *Pariſiis* ſcriptam de certamine *Italos* inter & *Gallos* muſurgos. Notat porro (*Ib. p.* 145.) non nulla pro apologia muſicæ *Gallicæ* contra ROUSSEAU ſcripta. Quo item pertinent, quæ in relationibus *Lipſienſibus* de muſica ad an. 1769. &c. ex ALEMBERTO (*Melanges de literature, d' hiſtoire & de philoſophie par Mr. d'* ALEMBERT) referuntur *de libertate muſicæ* contra alium etiam auctorem, abbatem ſcilicet RAGUENET, qui initio huius ſæculi muſicam *Gallicam*, perinde ac ROUSSEAU poſtea, aggreſſus eſt. Fatetur tamen D. ALEMBERT, muſicam *Italicam* linguam eſſe, cuius *Galli* ſui necdum Alphabetum teneant.

b) Si Mr. BROSSARD (inquit) s'êtoit moins rempli d'erudition *Italienne*, il en auroit été plus coulant, & plus ſuivi, il n'auroit pas changé de mouvement a chaque verſet de ſon *Ave vivens hoſtia*, il n'auroit fait des *Amen*, & des *Alleluia* dignes du ſifflet. Soit que CAMPRA craignoit de ſe copier ſoi-meme dans ſon troiſieme livre de Motets, ſoit que l'imitation des *Italiens*, a laquelle il paroit s'etre adonné, l'eut gâté: il eſt conſtant, qu'il y a beaucoup a dire pour le naturel des Motets de ſon dernier livre a ceux du premier, & meme de ſecond, dont la douceur & la facilité meritoient la vogue, qu'ils ont eûe. Auſſi a-t-il éprouvé, que le public n'eſt point duppe. La deſtinée differente des deux premiers livres & du troiſime a du lui apprendre, que le prix & le pouvoir des vraies & des fauſſes beautez ſont bien differens. La ſcience, que l'Abbé BERNIER a montré dans ſes pieces imprimées, & qu'il a montrée aſſurement en un degré auſſi haut, que quelque *Italien*, qu'on puiſſe vanter, lui a couté cher. *Ibid. p.* 117. *Vid. p.* 132. *&c.*

vant, que les Italiens, a poſſédé au ſupreme degré l'art de joindre aux paroles les plus convenables (Nous parlons de la muſique latine) on en a vu des effets, qui rendent vraiſembable ce qu'on dit de la muſique ancienne. Hæret quidem ad hæc verba BONNET, facileque coniici poteſt, maiori apud eum *pag.* 121.
in exiſtimatione eſſe *Paſchalem* COLASSE (qui an. 1709. obiit ſeptuagenarius) abbatemque BERNIER: *Qui a,* inquit, *des traits recommendables dans ſes motets imprimez & dont le* Te Deum, *non imprimé, approche de celui de* LULLI. *pag.* 134.
Laudat poſtea primum & ſecundum Mottetum ſingulariter ob melodiam, uti etiam librum primum & ſecundum CAMPRA, MIGNON, *Robert* MINORET, MORIN, qui etiam ediderit motteta: *la* LOUETTE, aliosque iterum poſtea cum *Italis* contendens. a) a
Ac demum *des* MARETS, & *des* TOUCHES, *la* LOUETTE, quem, LULLI diſcipulum, BONNET iterum *p.* 229.
veluti ex profeſſo in fragmento quodam epiſtolæ p. 181. relato laudat; edidiſſe etiam opus Mottetorum ex BOIVINS catal. muſic. an. 1729. diſcimus. *Bonnet Gazet. Franc. d'Amſterd.* 1726. *num.* 53. & 1728. *n.* 89. *T. I. p.* 291. *Vid. Marp. Beyträge II. B. p.* 249. &c.
MATHESON in *Gloria* ſua *muſica*, refert de *Mich. de la* LANDE, quem BONNET admirabilem in ſuis operibus deprædicat, regem libros mottetorum poſt mortem eius a vidua emiſſe 40000. libr. Addit, muſicæ ſacelli regii præfuiſſe tunc circa annum 1740. CAMPRA, GERVAIS, MADIN pro rege, pro regina autem *des* TOUCHES, BLAMONT. Taceo, de quibus, quid in muſica ſacra præſtiterint apud nos (qui *Gallis* fere neglectis ex exteris *Italos* ſolos admiramur) notitiam non habeo, *de la* BARRE celebrem capellæ regiæ organiſtam, CROUSSEUX, GALLAT, GAUTIER, S. LUC, *la* MAIRE, MONTECLAIR, NOYERS, PETIT, TOURCROIX, quique præterea in ſpectaculo naturæ notantur cum *de la* LANDE, MOU- *Loc. cit.*
RET, *de* BOUSSET, COUPRIN, d'AGRINCOURT, *le* CLERC, ex quibus aliqui adhuc in vivis degere dicuntur; qui in partes abierunt, oborta in *Gallis* controverſia, an in muſica melodia an harmonia ſit præferenda; quam novo, ut ſupra memoravimus, RAMEAU præſtantiſſimus theoreticus perinde ac practicus muſicus excoluit ſyſtemate. Rationes utriusque partis colligit auctor, alterius etiam controverſiæ inter ſymphoniacos GUIGNON,

a) La quantité merveilleuſe des motets *Italiens*, & la bonté de quelques-uns, ſont a peſer. Si *la* LANDE, COLASSE &c. avoit publié quelque choſe de conſiderable, ſi *la* LOUETTE, qui a une exactitude de compoſition, & une beauté de genie particuliére, ſçavoit du latin, & n'etoit point pareſſeux, ſi l'Abbé BERNIER, & Mr. BROSSARD n'avoient point prit a tache de ſe gater, ſi CAMPRA, le plus fecond de tous, & celui, que je placerai le premier en l'etat, ou ils ſont, quand on m'ordonnera de les arranger, nous avoit donné dans chacun de ſes trois livres, quatre ou cinque Motets, comme ſon *In te, Domine, ſpes mea &c.* ou ſeulement comme ſon *Iubilate* (premier Motet du livre 2.) beau chant d'un gaiété encore louable, ou ſi ce malheureux garçon n'avoit point deſerté l' Egliſe, pour aller ſervir l'opera: je penſe que l'*Italie* auroit peine a tenir contre nous. *Pag.* 176.

Guignon, & Battiste, qui olim *Romæ* Corelli amicus fuit; quemque adverſæ partes haud dedignantur arbitrum Mondonville inſignem in muſica etiam ſacra ſymphonetam: hunc auctor dicit in variationibus præſtare Battiste, celeritate Guignon, melodia Mouret; amœnitate ſeſe animo ad ciendos affectus inſinuandi Lulli æquiparat; etſi utriusque huius aliam poſtea rationem eſſe dicat, qua audientes veluti extra ſe rapiant ſuavitate odarum (cantates) quas auctor iſte antiquatis excluſisque mottetis optaret eccleſiæ conſecrari: quod conſilium, *Gallis* præſertim ingeniis, qui melodiæ ſtudioſi ſemper fuerunt cultores, haud fuerit ingratum. Proximis temporibus ab *Italis* melodia ſemper magis magisque fuit exculta; alias in unica fere harmonia elaborabatur, donec noſtro hoc ſæculo ac memoria melodia prævalet cum harmonia ſociata, ad inſtar tamen *Italorum* potius, quam *Gallorum* apud cæteras nationes, quas allectas *Italorum* ſuavitate in ſuas partes trahere necdum quiverunt *Galli.*

Tagebuch I. Theil. p. 16. 299. *Beyträge I. B. p.* 448. *&c.*

D. Burney, qui *Gallos*, quod melodiam & vim enuntiandi (*Expreſſion*) attinet, adhuc in infantia ſua hærere perhibet, poſtea agnoſcit, eos ope ſyſtematis *D. Io. Bapt.* Rameau in harmonia eſſe bonos arbitros. Hic apud Marpurg recenſetur etiam inter inſignes *Gallicos* organiſtas, quorum non pauci etiam in muſica ſacra elaborarunt, Couperin, Daquin, diſcipulus celebris Marchand, *de* Bousset, Royer, Dornel, Noblet, Clairembault, *le* Fevre; inter cheliſtas vero *le* Claire, diſcipulus Cheron, Baptiste, Mondonville, Guignon, *le* Clerc, Boismortier. Pertinet huc ſymphonia ſacra (*concert ſpirituel*) pro ſtatis diebus a D. Philidor an. 1725. inſtituta, poſt quem moderandum ſuſceperunt hunc chorum muſicum Simart, & Mouret, deinceps Royer, & Cappram, cui ſucceſſit Cheron, demum d'Auvergne, qui hodieque muſicæ regiæ præfectus eſt cum aliis, quos menſe ſuperiore claros in muſica ſacra auctores D. Meraux (qui & ipſe inter eos locum meretur) organiſta regius litteris mihi ſignificavit his verbis, etiam quod præſentem ſtatum muſicæ ſacræ in *Gallia* attinet, notandis: „La muſique de chapelle (ou d' Egliſe) a ſouffert beaucoup de revolution en *France* depuis une vingtaine d'années: il eſt certain, qu'en gagnant du coté de la melodie, elle a perdue un peu de la force d' harmonie, qui lui donne la nobleſſe due au ſuiet, qu'elle doit peindre, & qui la diſtingue ordinairement des autres genres de muſique. Mais malgré cela nous avons ici des tres grands maitres de chapelles, qui toujours fidels au vrai genre, n'ont iamais ſacrifié le ſantuaire de l' harmonie a la gentilleſſe de la melodie: la fugue, le contrepoint eſt touiours l'obiet principal de nos bonnes muſiques d' Egliſe; & ceux qui s'en ecartent, ne jouiſſent pas

de la

de la reputation de maitres de chapelles par excellence, tels que GAUZARQUES, MATTHIEU, tous deux maitres de la chapelle du Roy, Mr. d'AUVERGNE, BURRI ſurintendants de la muſique du Roy. A *Paris* nous avons Mrs DUGUE', GIROUST, d'AUDIMONT, tous trois maitres de chapelles, & dont les talents ſont tres diſtingués dans ce genre: & nous avons par deſſus tous Meſſieurs PHILIDOR, & GOSSEE, qui d'apres les vrais modells d'*Allemagne* & d'*Italie* nous ont fait entendre des cheffs d'œuvres de muſique d'Egliſe. Il y a encore beaucoup d'habiles maitres, mais dont la liſte ſeroit trop conſiderable." REBEL & FRANCEUR oportet eſſe mortuos, quos etiam nominat BLAINVILLE *hiſt. de la muſ. p.* 91. In alia vero recenſione ſequentem in modum directores muſicæ regiæ collocantur: M. REBEL, M. BURY en ſurvivance. M. FRANCEUR, Mr. d'AUVERGNE, en ſurvivance." Huic & primo capellæ regiæ præfecto GAUZARGUES iungitur BLANCHARD in decernendo præmio (aureo nummo 300. lib.) ei, qui optimum fecerit mottetum. Vid. *Leipz. Nachrichten die Muſic betreffend* 1767. p. 56.

XXII. In noſtra *Germania* ineunte hoc ſæculo *Georg. Philippus* TELEMAN, qui anno 1767. *Hamburgi* obiit anno æt. 86. potiori vitæ ſuæ tempore muſicæ *Francofordi* ad *Mœnum* moderator, præter gentilem ad inſtar optimorum auctorum, *Gallicum* etiam ſtylum ſibi imitandum ſumſit, cum *Italico*, etſi nunquam in *Italia* fuerit, ſociatum, ad excomandam ſimpliciorem iuſto *Gallicam* melodiam: quod etiam ipſis *Gallis* probatum eſt eius ſtudium. Id etiam *Io. Ioachim* QUANZ, regis *Boruſſiæ* muſicæ præfectus ac inſtructor, eſt æmulatus, ex *Gallia, Italia*que, quas terras eſt peragratus, lepores cum ſtylo gentilitio, exemplo præceptoris ſui *Io. Georgii* PISENDEL, conſocians, ut D. BURNEY perhibet, eius vitam in *Diar. muſ.* deſcribens, quam apud MARPURG in *Addit. hiſt.* ab ipſo auctore deſignatam habes. Sic laudatus TELEMAN rem ſuam, in concinnando ſtylo muſico, adultiore demum ætate, qua ratione ſuſceperit ac perſecutus ſit, ipſe narrat in binis ad *Io.* MATHESON datis epiſtolis, a quo typis ſunt editæ: in quibus etiam, quæ in muſica ſacra compoſuerit opera, recenſet, conteſtatus, ſe his ſtudioſiore incubuiſſe animo. Quare mirum non eſt, tot & tanta extare eiusdem in hoc genere meletemata, pro officii ſui ratione, quod cum *Francofordi*, cum *Hamburgi*, ac alibi etiam geſſit conductus.

Germani Proteſtantes.

P. III. p. 109. *&c.*

Vol. I. p. 197.

Generalbaſs-ſchule pag. 168. *&c.*

Ehrenpforte p. 354.

Io. Adolph. SCHEIBEN, regis *Daniæ* præfectus muſicæ, poſtquam in ſuo *Critico Muſico* operam, quam in ſtylo *Gallico* poſuerat TELEMAN ad ornandam etiam muſicam ſacram, laudaſſet, ad eam tamen, qualis apud Proteſtantes obtinet, muſicam ſacram, quæ ex genio *Germanico* eſt, maxime

Edit. Lipſ. 1745. *p.* 147.

 xime

xime accomodatam exiſtimat. a) Convenit vero inter omnes iam de uſu muſicæ in ſacris, qui modo viget apud ultimas etiam ſeptemtrionis na-
b tiones *Danos*, *Norwegos*, *Suecos*; ſed rarius, quam apud nos, b) uſus etiam organorum, muſicæ præſertim figuratæ cum variis generibus inſtrumentorum, quæ in magnis tantum urbibus obtinet, ex uſu fere huius demum ſæculi, quo ineunte in *Suecia* celebratur Rohman, qui ſe etiam Romano appellare voluit, Buchholz item in *Suecia* natus, Iohnson vero
c *Hamburgi*, Scheibe *Lipſiæ*, qui omnes muſicæ etiam ſacræ operam dederunt. Imprimis vero *Ad.* Scheibe de hiſtorica, pragmatica, & practica muſica optime eſt meritus; nec quidquam eius decedit laudi, quod melotheſiæ eius non paſſim modernis placeant. Vid. *Leipz. Nachr.* 1767. p. 355. &c. Nobis peraccepta eſt huius viri memoria, amicitiaque, qui pro inſtituto noſtro requirimus muſicam ſeriam & religioſam.

Miſſæ, uti uſu catholico dicuntur, alicubi ſaltem apud Proteſtantes frequentantur, veluti *Lipſiæ*, & alibi in *Saxonia*; ubi muſica ſacra cumprimis floret. In hoc genere muſicæ ſacræ elaboraſſe ex *Germanis* Fux, Zelenka, *Io. Seb.* Bach, Harrer, Schurer muſurgus *Dresd.* notantur *in Wochentl. Nachrichten und*

a) Operæ pretium eſt, eius verbis hic rem exponere. (*Ibid. p.* 161.) „Wir merken alſo erſtlich die ordentliche Kirchenſtücke, oder die geiſtlichen Cantaten, die nur den Evangeliſchen Gemeinden zukommen. Zweytens die Miſſen, Mottetten, Oden, und was darzu mehr gehöret; drittens aber die Oratorien, oder ſolche Stücke, die auf dramatiſche Art abgefaſſet ſind, und folglich eine geiſtliche Handlung vorſtellen. Und dieſe leztere Stücke ſind auch auſſer der Kirche zu brauchen. Die ordentlichen Kirchenſtücke oder geiſtlichen Cantaten beſtehen aus Chören, Choralen, Recitativen und Arien. Die Chöre werden auf zweyerley Art verfertiget. Man macht ſie nemlich mit oder ohne Fug."

b) „In *Dännemark*, *Norwegen* und *Schweden* iſt der Choralgeſang bey dem Gottesdienſte eben ſo beſchaffen, wie in *Deutſchland* in den *Lutheriſchen* Kirchen. In groſſen Städten, auch in vielen kleinen, vornehmlich in *Dännemark*, in den Dorf-kirchen nur ſelten, wird dieſer Geſang mit der Orgel begleitet. Unter dem Choralgeſange verſtehe ich hier die bey den Proteſtanten gebräuchlichen geiſtlichen Lieder, die in einem jeden Lande in der ihm eigenen Landesſprache von der Gemeine unter der Begleitung der Orgel, wenn eine in der Kirche vorhanden iſt, geſungen werden. Allein, in *Norwegen* ſind in vielen Städten ſo wenig, als auf dem Lande, in *Schweden* aber kaum in den Hauptſtädten Orgeln anzutreffen. Das Vorſingen vor dem Altare und die Reſponſorien finden nur bey feyerlichen Handlungen, an hohen Feſttagen, wie auch bey der Conſekrirung der Hoſtie und des Weines vor der Austheilung des heil. Abendmales, ingleichen bey der gewöhnlichen Collecte und dem Seegen ſtatt, ſo wie dergleichen auch in *Deutſchland* gebräuchlich iſt. Eigentliche Kirchen- oder Figuralmuſic findet man nur in groſſen oder in den Hauptſtädten, ſelten in den kleinen; wiewohl in *Norwegen* und in *Schweden* kaum in den Hauptſtädten. Der Cantor, dem, als Muſikdirektor, das Amt, die Kirchenmuſik zu beſtellen, aufgetragen wird, beſorget mit ſeinem Singechore und den dazu beſtellten Muſikanten die Kirchenmuſik alle Sonntage, doch von einer Kirche zur andern wechſelsweiſe; daſs alſo nur in einer Kirche Muſik iſt, ſo wie ſie die eingeführte Ordnung trifft. Doch in kleinen Städten, wo Kirchenmuſik ſeyn kann, höret man nur an Feſttagen Kirchenmuſik." Ita menſe *Auguſto* huius anni 1774. *I. A.* Scheibe *Hafniæ* ad me ſcripſit.

und Anmerkungen die Muſic betreffend Leipz. den 15. *Aug.* 1768. ubi id genus muſicæ *Lipſiæ*, & alibi, in præcipuis feſtis uſitatum adhuc perhibetur. Laudat vero D. BURNEY ad ſonum organi elegantem cantum uniſonum totius populi *Dreſdæ* lentum admodum, qualis in parochiis *Angliæ* obtineat, in Dominicis ac feſtis autem muſica quædam audiatur; quæ Anglicis *Anthems* reſpondeat. Deſcribit poſtea cantoris officium in eccleſiis Proteſtantium *Germaniæ*. Sunt vero in urbibus potioribus, præcipue apud aulas principum, muſicæ præfecti, quos capellæ magiſtros vocant. *Ib. Diar. muſ. Vol. III. pag.* 16. 26. *Ibid. p.* 165.

MATHESON celebrioribus per *Germaniam* tunc melothetis ſecundam partem Orcheſtræ defenſæ an. 1717. dedicavit, excitavitque, ut pro opere, quod poſtea edidit inſcripſitque *Gloria muſica* (*Ehrenpforte*) commentaria transmitterent. Eos hic recenſere iuvat. Primus occurrit *Georg.* PERTOUCH *Mechlinienſis* academiæ muſicæ coryphæus. Sequuntur primarii muſicæ præfecti *Io. Ioſ.* FUX apud S. C. Mai. *Io. David* HEINICHEN apud principem hæreditarium *Saxoniæ; Georg. Frid.* HÆNDEL apud regem *Britanniarum*, principemque electorem *Brunſuicenſem; Reinhard* KEISER apud ducem *Mecklenburgicum*; *Io. Phil.* KRIEGER apud ducem *Weiſſenfelſium*; *Io.* KRIEGER apud *Zittavienſes;* & *Ioan.* KUCHNAU apud *Lipſienſes* chori muſici director; *Chriſtian.* RITTER primum apud electorem *Saxoniæ*, poſtea apud regem *Sueciæ; Io. Chriſtoph.* SCHMIDT apud regem *Poloniæ*, electoremque *Saxoniæ*; *Auguſt.* STRICKER apud *Anhaltinum* principem; *Georg.* TELEMAN apud *Francofordum*, *Io.* THEILE complurium principum muſurgus. Plerique *Lutherani* ſunt, quorum aliorumque opera muſica pluribus percenſet in *Gloria muſica*, ſui ipſius haud oblitus MATHESON, aliis etiam compluribus (perhibetur autem octogenarius prope tot ediдiſſe, quot annos vitæ numeravit) editis ſcriptis clarus, quæ collecta referuntur in bibl. muſ. *Laurenzii* MIZLERI: ſed quæ etiam ad muſicam practicam pertinent, ad cenſum noſtrum non ſpectant, quemadmodum quæ ab aliis quoque in lucem publicam typis ſunt data. *T. III. P. II. p.* 535.

Plurima meletemata fecit a) *Reinhard.* KEISER, ab incomparabili *Adolpho* HASSE, *Alexandro* SCARLATTI tum ob copiam, cum etiam elegantiam comparatus. Ei epicedio parentarunt MATHESON & TELEMAN, cuius odam *Ad.* SCHEIBE in *Muſ. crit.* p. 537. affert, eumque poſtea iterum p. 762. &c. cum KUHNAU, TELEMAN, & HÆNDEL eximie dilaudat, *Ioannem* KUHNAU imprimis & *David* HEINICHEN cum *Chriſtophoro* SCHMID, apud Electorem *Saxoniæ* muſicæ præfectum, ob egregiam muſicæ ſacræ impenſam operam. D. BURNEY eum iam ineunte ſæculo miraculi inſtar habitum memorat in arte contrapuncti: is ſæculo ſuperiore iuvenis diſſertatio- *P. III. p.* 184.

a) Ex quibus haud pauca MATHESON iam an. 1717. notavit P. II. *Orcheſtræ defenſæ* p. 105.

tionem inauguralem de iuribus circa muſicos eccleſiaſticos edidit, ac publice in acad. *Lipſ.* ſub præſidio *And.* MILII defendit. MATHESON teſte, *Iohanne* KUHNAU in contrapuncto ſuperior extitit *Georg. Frid.* HÆNDEL, qui tam clarum apud *Anglos* nomen eſt indeptus, ut, quod iam ſupra notavimus, ei ſtatuam mortuo ponerent. In ſtylo dramatum ſacrorum, quæ oratoria vocamus, neminem ei comparandum exiſtimat BURNEY P. I. p. 115. Multa etiam alia pro eccleſia modulatus eſt. Paſſim circumferuntur eius opera, æri etiam inciſa, ad luſum tamen clavichordii, atque organi, in quo præſtantiſſimus fuit, unum in *Anglia* ABEL æmulum nactus, neminem in *Germania*, unde, *Hala* nimirum *Saxonum*, oriundus erat. Ibi director muſicæ adhuc an. 1772. fuit *Wilh. Frideman* BACH primogenitus *Caroli Phil.* EMMANUEL, *Hamburgenſis* muſicæ præfecti, alter filius *Io. Sebaſtiani* BACH, *Lipſiæ* muſicæ directoris, quem patrem organiſtarum in *Germania* vocant. *Wilhelmi* vitam breviter MARPURG in addit. hiſtor. V. I. p. 430. *Emmanuelis* autem D. BURNEY P. III. p. 199. &c. prout ab ipſo auctore accepit, deſcribit cum catalogo operum. Ex quibus, quæ ad cenſum noſtrum attinent p. 207. notantur. Patris vero, *Sebaſtiani* ſcilicet, opera interpres *Germanicus p.* 53. recenſue-
Vol. IV. P. I. rat. Hic cum pro merito ſuo a *Laurentio* MIZLER *in Biblioth. muſ.*
P. III. p. 531. inter præſtantiores organœdos noſtri temporis primum poſt HÆNDEL
pag. 571. locum accepiſſet; idem poſtea cum præcipuis muſurgis MATHESON, *Reinh.* KEISER, TELEMAN, HASSE, utroque GRAUN, utroque WEIS, BARON, STÖLZEL, BUMLER, PFEIFFER connumeratur.

Ex his celebratior *Carl Heinrich* GRAUN, muſicæ apud regem *Boruſſiæ* præfectus (quem, uti HASSE, & PFEIFFER cum *Italis* contendit *Ad.* SCHEI-
Critiſcher BE) in noſtra etiam admiſſus templa fuit cum *Ioanne Sebaſtiano* BACH.
Muſicus Vor- *C. H.* GRAUN cum aliis nonnullis recentioribus, in muſica eccleſiaſtica dig-
rede. ne egregieque verſatis apud *Lutheranos*, laudat p. 95. anonymus, qui
a anno 1766. meditationes edidit ſuper muſicam eccleſiaſticam. a) Ha-

a) „Wer kann ungerühret bleiben, wenn er z. E. an einem Feſttage, der der Freude gewiedmet iſt, das *Te Deum laudamus*, oder das *Magnificat* eines GRAUNS aufführen höret? Er wird wider ſeinen Willen zur Freude hingeriſſen. Wer kann ohne Empfindung bleiben, wenn er die vorzüglichen ausgearbeiteten ſchönen Pſalmen eines ſchon verſtorbenen *George* GÖBELS, oder eines noch lebenden berühmten, und zugleich gelehrten Tonkünſtlers *Ioh. Georg* HOFMANNS anhöret? Wer kann ſein ſanftes Gefühle verläugnen, wenn in ſeine Ohren die harmoniſchen Töne derer ausnehmend verfertigten Cantaten eines ROLLE, BACHS, HASSENS, TELEMANS, oder des glücklichen Nachahmers des Hrn. GRAUNS, eines Hrn. WIRBACHS ſchallen? Ja wer kann ſich der Thränen und des Mitleids enthalten, wenn er auſſer andern verfertigten Oratorien, die über allen Werth erhabne Paſſions-Oratorie des ſeeligen GRAUNS mit dem *Ramleriſchen* bey ihrer Aufführung beywohnet? Ich bin ein Augenzeuge davon, daſs einſt bey ihrer Aufführung ein Ungläubiger Thränen des Mitleids und der Erbarmung flieſſen lieſs, um wie viel mehr ein Chriſt, der bey der Vorſtellung des ſchmerzlichen Leidens ſeines Erlöſers nothwendig in Traurigkeit muſs verſezet werden?“

Habuit is peritos in muſica fratres, *Auguſtum Fridericum*, cantorem *Merſeburgenſem*, ſocium *Berolini Io. Gottlieb* Graun, qui nonnulla etiam pro eccleſia compoſuit, ob ſimplicitatem ſuavemque melodiam laudata a D. Burney *Diarii muſ.* parte tertia, ubi muſica *Berolinenſis* pluribus deſcribitur etiam ſacra; quæ tamen apud regem in pretio non eſt. Eius rei cauſam refert p. 59. ex ore *Ioh. Friderici* Agricola inſignis muſurgi, quem celebrat Marpurg, moxque *Ioh. Gottl.* Ianitsch, cuius *Te Deum laudamus*, cum primus catholicæ eccleſiæ *Berolini* lapis poneretur, a muſicis regiis cantatum fuit. Poſt iam laudatum *Ioh. Ioachimum* Quanz, cuius ac *Caroli* Graun muſici moduli ſoli regi maximo probati ſunt, ſequitur vita *Georgii* Gebel, muſicæ præfecti in *Rudelſtadt* apud principem de *Schwarzenburg*, notanturque, quæ pro eccleſia fecit, uti etiam *Chriſt.* Schweinplug. *Caſpari* Ruez, cantoris directorisque muſicæ *Lubecenſis* vitam poſtea deſcribit Marpurg, itemque *Io. Petri* Kelner. Alibi vero *Ioh. Friderici* Fasch apud principem *Anhalt-Zerbſtanum* muſicæ præfecti, recenſenturque varia, ab ipſo in uſum eccleſiæ facta, quæ laudantur cum ſimilibus Stölzel, Pfeiffer, de quibus paullo ante, in relationibus *Lipſ.* an. 1768. p. 50. &c. veluti etiam *Io. Henrici* Rolle *Magdeburgenſis* muſicæ directoris, *Gottf. Auguſti* Homilii item *Dreſdenſis*, & *Io. Friderici* Doles *Lipſienſis*, cuius conſilium laudatur, pſalmos Davidis loco muſicæ illius eccleſiaſticæ, quam vocare mos eſt *Cantaten*, motteticæ ſubſtitutam, in chorum muſicum inducendi. Eius pſalmus quadrageſimus ſextus ita cum variis vocibus & inſtrumentis muſicis concinnatus *Lipſiæ* 1758. prodiit. Exponitur in iisdem relationibus *Lipſ.* anni ſequentis 1769. eiusdem auctoris conatus, loco muſicæ ordinariæ cantiones vulgares ſubſtituendi harmonice compoſitas, interludente reliquo choro muſico, dum ſilent voces. Plures in prioribus annis iam fuerant recenſiti, qui ad ſacras odas *Car. Fr.* Gellert, Cramer &c. muſicos modos addiderunt, *Emmanuel* Bach, Kaufman, Kreus, Homilius, Doles, Quanz, Kehl, Krause, Hesse, Græffe, Albrecht; cuius generis etiam collectiones quædam variorum auctorum prodierunt. Seipſum non nominat auctor harum relationum, celebratiſſimus muſicæ chori *Lipſienſis* director, qui in hoc etiam, quod ad inſtitutum noſtrum pertinet, muſicæ genere cum laude verſatur. Sic prodiit anno præterito *Lipſiæ* prima collectio cantionum ſacrarum *Baltaſaris* Munter paſtoris *Germanicæ* S. *Petri* eccleſiæ, quæ *Hafniæ* colligitur cum modulis variorum melodorum, Bach ſymphoniurgi in *Bückeburg*, Hertel *Schwerinenſis*, Wolf muſicæ directoris *Weimarienſis*, Scheibe *Hafnienſis*, Kunzen *Lubecenſis*, Hiller *Lipſienſis*, Bach *Hamburgenſis*, Rolle *Magdeburgenſis*,

Ap. Marpurg Beyträge I. B. 148. &c. blat.

Blat 250.

pag. 357.

genſis, Benda *Gothani.* Pars altera, quæ hoc primum anno eſt edita, tota concinnata eſt a laudato *Io. Chriſt. Friderico* Bach, cuius familiæ plures iam recenſuimus natæ veluti ad florem muſicæ, perinde ac altera Bendarum.

Indoles Germanorum muſica.

Tagebuch einer muſic. Reiſe. III. Th. p. 173.

a

b

Ibid. p. 276. *&c.*

XXIII. D. Burney inter muſurgos, quos in *Boruſſia* reperit, ſolos *Emmanuelem* Bach & *Franciſcum* Benda notat, qui ſuo ingenio, ut ita dicam, prototypo indulſerint. Ut paullo ante plures in muſica arte celebratos ex familia Bach nominavi; ita *Franciſcus* Benda duos filios, ac tres fratres habuit, *Ioannem*, a) *Georgium*, & *Ioſephum*, arte muſica celebratos ex patre itidem muſico in *Bohemia*, ubi muſica maxime floret. Quod quidem D. Burney culturæ potius, quam naturæ ſeu indoli tribuendum exiſtimat. b) In additionibus ad calcem, muſicam, ut dicere ſolemus, nationalem *Germaniæ* haud denegat: cum multos præſtantiſſimos muſicos protulerit *Germania*, qui *Italiam* nunquam adierint, *Germani*que etiam *Italos* paſſim in muſica inſtrumentali vincant. Utque in *Italia* ſcholas quasdam agnoſcit diverſas *Longobardicam*, *Venetam*, *Neapolitanam*, idem de vario per præcipuas *Germaniæ* urbes ſtylo muſico dici poſſe exiſtimat. *Viennæ* æſtum quemdam tribuit ac inventionem; *Manhemio* exactam feſtivamque executionem; *berolino* contrapunctum; *Brunſwico* guſtum: univerſim vero dum laudem muſicam *Germanorum* ponit in connata patientia ſeu aſſiduitate laboris, ac ſoliditate, vitio autem dat *pedantiſmum*, indignatur pace mea interpres *Germanicus*, opponitque ab ipſo auctore tam prolixe laudatos Hasse, Gluck, Bach, Vanhall, Hoffmann, Schwanberger, Benda, Muthel, Hændel, alios: quod facile tribuet Burney; in tanto tamen pruritu muſico, dum quisque huic ſeſe arti ingerit, quei fieri poteſt, ut omnis abſit evagatio trivialis, nugæ? Facile id quidem animadvertere licet apud illos *Germaniæ* populos familiasque, qui rudi veluti Minerva muſicam tractant, neglectaque ingenii cultura indolem corrumpunt; aut viciſſim invita Minerva improbo labore nimiaque artificii affectatione, quod *Germanis* haud raro accidit remotiore ætate, muſicam, velut ſceleton, emarcidam, elumbem, nativoque ſucco deſtitutam obtrudunt auribus.

Eſt

a) Hic poſt ſupra laudatum *Gottfr.* Stölzel, muſicæ apud ducem *Saxo-Gothanum* præfectus, multa in uſum eccleſiæ fecit, quæ inter *Kyrie* ſummis etiam muſurgis admirationi eſſe ad me perſcripſit *Iul. Car.* Schlæger, bibliothecæ & numophylacii præfectus *Gothæ.*

b) Inter *Bohemos* cumprimis laudat D. Misliwiceck, nuperrime ex *Italia* reducem, ubi ſibi ſuis dramatis muſicis (opera) magnam comparaverit laudem. Operam etiam impendiſſe memorat contrapuncto *Pragæ* apud D. Seger, ſed an uſui ſacro etiam dicarit, non addit. *P. II.* 270. *P. III.* 9.

Eſt quædam *Germanis* propria maſcula gravitas in *Belgio* cumprimis ante aliquot ſæcula exculta, ac hodieque alicubi ſaltem ibidem gentium pro dignitate muſicæ, linguæque ſacræ (latinæ ſcilicet) conſervata. a) Quæ coniuncta cum amœnitate, quam facile a gracili teneraque ſuavitate *Italica* diſtinguas, quam maxime accommodata eſt templis. Hanc feſtivam amœnitatem veluti naturæ inſitam habere videntur *Bohemi*, quibus *Suevi* propius accedunt, ſi recte inſtituantur: veluti *Auſtriaci* & *Saxones*, quidquid eſt bonæ indolis, arte expoliverunt, inſtitutione etiam ad conterminas gentes delata. Videntur hi ſalutares eſſe academiæ muſicæ in *Saxonia* a *Laurentio* Mizler primum inſtitutæ fructus. Quod nunc præ cæteris Homilius *Dresdæ* elegantia melotheſiæ ſacræ præſtat, id inſignius adhuc *Lipſiæ* Hillerus cæteras cum arte muſica diſciplinas in encyclopedia quadam muſica conſocians, agit ſuis operibus, ſchola etiam cantus, de qua tum ſcripta auctoris proſtant, cum etiam *Io. Friderici* Reichardt editæ de muſica epiſtolæ teſtimonium perhibent, produntque, quid cultura ingenii philoſophica, ſeriumque ac ſolers ſtudium ad formandum muſicum perfectum conferat. Utrumque theoreticum & practicum D. Burney *Berolini* notavit; quod vero ibidem in muſica profana minus probavit, id ſacræ profecto optabile eſt. Minus ſane laboraremus, ſi conſilio regis *Boruſſiæ* Friderici magni muſicæ ſtatoris res acta ubique contra infinitum novitatis curioſitatiſque ſtudium fuiſſet, neque promiſcue ſacræ profanæque muſicæ operam darent muſurgi. Id eo curatius eſt cavendum, dum ſemper magis magiſque *Germanicus* vigor roburque ingenii in nimiam quantam, vitio corrivali, degenerat molliciem. Nu-

a

Inſtitutioque muſica.

Tagebuch einer muſikaliſchenReiſe. 3. *Th.* 173. *bl.*

a) Talem mihi paucis abhinc diebus deſcripſit muſicam eccleſiæ *Tornacenſis* doctiſſimus eius eccleſiæ Canonicus D. de Felin: „La muſique de *Tournay* eſt ſans contredit une de plus belle de l'*Europe*. Quoique purement vocale (ſi on veut en excepter deux Baſſons, deux Violoncelles, & une Contrebaſſe, qui en font la fondement) elle devient intereſſante par le grand nombre de Muſiciens, dont les chœurs ſont composés, & par la qualité ſuperieure des voix, qui rendent les recits.“ Et poſtea: „Cette muſique telle qu'elle s'execute aujourd'hui dans la cathedrale de *Tournay*, eſt diſtincte de celle qui a pris une eſpece de voque en *France* & particulierement dans la capitale. Elle eſt tres differente ſur tout de celle des autres Egliſes des *Pays-Bas*. En *France* on a enté la muſique *italienne* ſur la muſique *francoiſe*. La muſique *italienne* eſt belle, la douçeur du ſtyle eſt ſon caractere; mais par là même convient elle a la langue *latine*, dont la marche eſt grave & majeſteuſe? Convient elle pour une muſique d'Egliſe, dont le ton doit etre bien different de celle du Theatre? Soutenir la majeſté des pſeaumes, rendre fidélement le ſens & les expreſſions du prophéte, accompagnez des beautés de l'Harmonie, la ſublimité de ſa poeſie, ce ſont les vues, je crois, ou doit entrer un Maitre de muſique. C'eſt auſſi ce qui caracteriſe le genre dans le quel composé le Sr. Rousseau actuellement Maitre de muſique de *Tournay*. Ses recits & ſes chœurs ſont autant de tableaux ou ſe peignent les differentes affections de l'ame. La voix chantante ou recitante en fait, tous les fraix, les Inſtrnmens (ceux dont on a parlé, & point d'autres) n'y ſervent, que d'accompagnemens.“

Nuperrime fama ad nos pertulit, paradoxum viſum fuiſſe internuntio *Turcico Viennæ* ad ſymphoniam muſicam invitato, tam fortem, bellicoſamque nationem *Teutonicam*, effœminata adeo delectari muſica. Alia hæc, quam ſacra fuit muſica, quæ certe a labe eiuscemodi præſervata ævo noſtro fuiſſet, ſi ſchola, diſciplinaque *Ioſephi* Fux conſervata ſemper fuiſſet: quam negligi ſupra dolentem hodiernum capellæ pontificiæ magiſtrum *Ioſephum* Santarelli *Italum* nempe audivimus; atque inter tres ſolos muſurgos noſtræ ætatis, qui iuventuti in muſica informanda prototypon eſſe poſſint ac debeant, primum *Germanum Hamburgo* oriundum, *Adolphum* Hasse poſuit; qui ſuperavit non ſuæ gentis ſolum, ſed *Italicæ* etiam venæ muſicæ fœcunditatem, quam utinam ſolæ eccleſiæ conſecrare potuiſſet, ad theatrum abſtractus; compoſite tamen magis ac honeſte verſatus fuit in orcheſtra, quam plerique, quibus eccleſiaſtica tractanda incumbit muſica ex munere, ac ſtatu vitæ religioſo, ſeu monaſtico.

Briefe eines aufmerkſamen Reiſenden die Muſic betreffend. I. Th. I. Brief.

Laudatus modo *Io. Frid.* Reichardt comparationem lectu dignam inſtituit Hasse inter hunc noſtrum, & paullo ante celebratum Graun. Hasse unum cum Gluck *I. I.* Rousseau in ſuo lexico muſ. v. *Stile*, ſtyli muſici *Germanici*, ut ita dicam, conditorem nominat. Gluck vero cum *Italico Gallicum* etiam ſibi imitandum propoſuit. Cuius nativa modulataque ſimplicitas uſui ſacro congruiſſet, ſiquidem Gluck non ſe muſicæ theatrali dedidiſſet: in qua cel. Metastasius totius *Europæ* muſurgis argumenta præbens, dicitur D. Burney ſuis ſcriptis plus ad ornatum muſicæ contuliſſe, quam quorumvis ſummorum melothetarum omnium coniunctæ operæ. *Germani* ergo, apud quos *Viennæ* degit, eius inſtitutione propius gaudent.

Tagebuch &c. 2. Th. 165. bl.

Catholici Muſurgi huius ſæculi,

XXIV. Commoratur etiamnum *Viennæ Ad.* Hasse, ſed quæ pro eccleſiaſtico uſu compoſuit, *Venetiis* potiſſimum ſervantur in conſervatorio, ut vocant, *Incurabili.* Circumferuntur quidem quædam paſſim; ſed pleraque alia etiam in obſidione *Dresdenſi* igne perierunt, quæ impenſis regis *Poloniæ* typis proditura in publicum fuiſſent, omnia ob nativam elegantiam maxime commendanda, quæcunque huius ſunt auctoris. Necdum penitus hodie *Viennæ* obſoleverunt melotheſiæ ſæpe laudati *Ioſephi* Fux, ſub Carolo VI. quando muſica *Viennæ* florenti imprimis fuit in ſtatu, ſupremi chori præfecti, ut ſe nominat in *Gradu ad Parnaſſum*, ſive manuductione ad compoſitionem muſicæ regularem *Viennæ* an. 1725. edita: quo in opere quidem cumprimis harmonicæ, prout a melodia diſtinguimus, traduntur inſtitutiones, in qua nempe tunc temporis unice fere, ut iam notavi, elaborabatur, vario contrapuncti genere; quo proclive eſt contextum verborum diſcerpi, edique inconditum quemdam garritum: recentiores vero muſurgi *Viennenſes* harmoniam cum melodia miſcent,

tem-

temperantque, ut verba ordinate procedant in compoſitione fere harmonica cum baſſo continuo, dum interim lyræ, tetrachordæ minores ſeu cheles, nimium plerumque divagentur, luxurienturque, atque in minuritiones maieſtate divini cultus indignas abeant. Ut haud immerito in hoc inſtrumentum muſicum verſatillimum potiſſima cauſa degenerantis a ſuo propoſito fine & inſtituto ſacræ muſicæ eccleſiaſticæ cadat a memoria fere hominis, qua in eccleſiam admitti cepit, ſemper magis magisque ingruente malo, ac creſcente, lapſu præſentis ſæculi, abuſu; ut conferenti melethemata muſica paucorum etiam luſtrorum patebit.

Ioſephus Fux inſignem imprimis diſcipulum in muſica ſacra reliquit *Ioannem* Zelenka, regis *Poloniæ* muſicæ præfectum *Dresdæ*, tot aliorum inſignium ea in arte magiſtrum. Obiit is præmature ante præceptorem ſuum an. 1726. ut tamen utriusque diſciplina perſiſtat quadantenus, nimium tamen genio ſæculi ſemper magis magisque accommodata: ac *Viennæ* quidem exculta fuit non ſolum per *Georgium de* Reuttern, *Leopoldum* Hoffmann, *Ferdinandum* Schmid, baſilicæ *St. Stephani* muſicæ moderatores, ſed etiam capellæ palatinæ præfectos Gassmann, Benno, quibus Vanhall, Wagenseil, Dütters, Hueber, Zechner, Muffat forte quis iungat; *Ignatium* Holzbaur item electoris *Palatini*, & *Ioſephum* Umstatt, epiſcopi *Bambergenſis* capellæ magiſtros *Viennæ* oriundos; *Ioſephum* quoque & *Iohan.* Haiden. In *Bohemia*, quæ *Italiæ* æmula dici poteſt, copia eſt præſtantiſſimorum muſurgorum P. *Guntheri* Iacobi, Brentner, *Franciſci Xav.* Brixi, *Ioannis* Novack, Loheli, Michl, Schmitt *Pragenſis* item, electoris *Moguntiæ* hodie capellæ magiſtri, poſt *Ioannem* Ontrascheck, qui primus ei muneri ab Emin.mo a Schönborn præfectus eſt, mortuus an. 1742. Eius vero ſucceſſor celebris *Ioannes* Zach anno primum præterito obiit 1773. qui præſtantiſſimum ſuæ gentis characterem ſine peregrini *Italiæ* ſtyli admixtione egregie expreſſit: veluti etiam *Erneſtus* Eberlin (poſt *Sigismundum* Biechteler, & *Henricum de* Bibern, hoc ſæculo muſicæ præfectos metropolitanæ eccleſiæ *Salisburgenſis*) muſurgus inſignis omnino, in cuius laudem ſufficere poteſt, quod de eo *Fridericus* Marpurg a) refert. Ex *Suevia* oriundus ſucceſſorem item *Muſic. Beyträge III. B. pag. 183. a*

Suevum

a) „Herr *Ernſt* Eberlin von *Jettenbach* in *Schwaben.* Iſt auch Hochfürſtlicher Truchſes. Er war vorher Hoforganiſt: und wenn jemand den Namen eines gründlichen wohlfertigen Meiſters in der Setzkunſt verdienet, ſo iſt es gewis dieſer Mann. Er hat die Töne ganz in ſeiner Gewalt; und er ſetzet mit ſolcher Behendigkeit, daſs es mancher für eine Fabel halten würde, wenn man ihm die Zeit beſtimmen wolte, in welcher dieſer gründliche Setzer dieſe oder jene beträchtliche Compoſition zu Stande gebracht hat. Was die Menge ſeiner verfertigten Muſikſtücke betrift, kann man ihn den zween ſo ſehr fleiſsigen

Suevum habuit *Leopoldum* MOZART, *Auguſtæ Vindelicorum* natum, edita *Schola* ſua *cheliſtica* notum, potiſſimum autem filio ſuo præcoci, ex filia laudati *Erneſti* EBERLIN prognato, totius fere *Europæ* ſpectaculo, a patre ſcilicet undique gentium deducto.

Verſuch einer gründlichen Violinſchule.

Qui vero locus in Parnaſſo muſico *Ioſ.* FUX in *Auſtria* debetur, eundem in *Suevia* commeruit ſæpe laudatus P. *Meinradus* SPIES, & *Ioſ.* RIEPEL in *Bavaria*, qui hodie in practica ac theoretica muſica egregie verſatur: ſuntque in utraque provincia, *Franconia* item ac *Helvetia* complures haud ignobiles hac ætate muſurgi, qui plerique editis etiam operibus innotuerunt, D. *Franc. Ant.* MEICHELBECK *Friburgenſis Brisg. Franc. Xaver.* RICHTER *Argentoratenſis, Franc. Ioſ.* MEYER *Lucernenſis*, P. *Gallus* ZEILER, *Isfried.* KEISER, *Erneſtus* WEIRAUCH, *Peregrinus* PÖGL, *Conſtantin.* REINDL; D. *Auguſtinus* KURZ, CAMERLOCHER, OBERMÜLLER, MICHEL, NAUMAN *Monachii* capellæ magiſter, *Herbipolenſis Georg.* WASMUTH, *Ioſ.* SCHMIDT, *Alb.* KETTA, *Ioachimus* HAHN; uterque BODE, *Franc.* BAURSCHMITT *Bambergenſis*, STARCK *Trevirenſis.* In archidiœceſi *Colonienſi*, ut litteris inde relatum accepi, muſica eccleſiaſtica nunquam floruit, nec iam floret. *Belgium* etiam catholicum præcipua muſicæ ſacræ ſedes eſſe vix non deſiit. Vide nihilominus quæ modo de cathedrali eccleſia *Tornacenſi* retulimus, ubi hodie D. ROUSSEAU muſicam ſacris noſtris dignam ritu avito inſtruit. Laudat etiam D. BURNEY in Diar. Itin. muſ. *Antwerpiæ* D. BLAVIERE *Leodio* oriundum, HELMONT item p. 44. *Bruxellæ* muſicæ præfectum.

P. II. p. 31. 39.

Muſica Hungarorum, Sclavorum, Sclavonicæque dialecti cantus.

XXV. In *Hungaria* tam feſtive quidem quam in *Germania* vicina celebratur apud Catholicos muſica tam vocalis, quam inſtrumentalis (rarius tamen in monaſteriis, ubi paucis per annum exceptis ſolemnitatibus cantus choralis viget) quidquid vero eſt melotheſiarum, melothetarumque non gentilitii eſt ingenii muſici, quo haud pollent *Hungari*, ſed ex *Germania, Vienna* potiſſimum advenit, aut aliunde gentium. Proteſtantes ſuo ritu in *Hungaria* & *Transſylvania* proſequuntur cantum cum organo ſaltem, quo etiam carent, ut totus Oriens, *Sclavi*, quæ gens olim tam late non ſolum per *Illyricum* ſeſe protendit, verum etiam hodieque linguæ *ſclavonicæ* variæ dialecti vernaculæ ſunt apud varias easque maximas verſus Orientem ac Septentrionem nationes catholicas, & ſchiſmaticas in Sacris etiam uſitatæ. Vidi audivique eam linguam hodiernæ etiam muſicæ accommodatam, ac ex *Ruſſia* quidem allatis melotheſiis

als berühmten Hrn. Componiſten SCARLATTI und TELEMAN an die Seiten ſezen. Im Druck ſind nur die Toccaten von ihm bekannt." Iam etiam Miſſas &c. typis vulgandas præparaverat, indignatus autem deſtitit a conſilio, quod typothetæ præ ſuis imprimenda ſuſciperent opera quædam P. *Valentini* RATHGEBER, quæ is in omni genere muſicæ eccleſiaſticæ potiora ætate iam provectiori pro uſu rurali publicavit.

ſiis Sacris. a) Quique illius linguæ gnari ſunt, gratiam in cantionibus *Sclavonicis* agnoſcunt, quæ in latinis verſionibus exprimi nequeat. Talem ad me *Praga* miſit Cl. P. *Adauctus* VOIGT *cler. Schol. piar.* ARNESTI primi *Pragenſis* Archiepiſcopi, quam circa annum 1350. in honorem S. WENCESLAI M. compoſuit cuius deſinunt ſtrophæ ſingulæ uſitatiſſimo apud *Sclavos Krlſſ*, *Kyrie eleiſon.* Uti pariter finit allatum a nobis Tomo ſuperiore p. 348. canticum S. ADALBERTI *Bohemorum* atque adeo *Sclavorum* poſt S. CYRILLUM & METHODIUM apoſtoli. Unde etiam *Græco* ritu, quo uſi ſunt *Sclavorum* primi apoſtoli, *Conſtantinopoli* tempore THEODORÆ Auguſtæ miſſi, ac frequentantur ſolemnia illa verba a populo conſtanti uſu tam in eccleſiis parochialibus *Bohemiæ*, quam etiam in acclamationibus olim publicis: qua de re iam apud DITHMARUM *Merſeburgenſem* de BOSONE prædeceſſore ſuo legitur, exemplum *Lib. II. Chron. p.* 24. aliaque ex COSMA de aliis etiam canticis e. g. *Gloria in excelſis* exempla collegit laudatus P. ADAUCTUS in diſſertatione *de antiquitate & uſu Pſalmodiæ ſacræ in Bohemia*, a primis ſcilicet apoſtolis SS. CYRILLO & ADALBERTO inſtitutæ. Narrat *Ioh. Georg* STREDOWSKY in hiſt. ſac. *Moraviæ Lib. II. c.* 12. *p.* 256. qua ratione CYRILLUS & METHODIUS id coram NICOLAO I. P. egerint, ut liceret *Miſſarum ſolemnia modulari ſchavonice*, refertque poſtea p. 322. *Ioannis* VIII. epiſtolam ad STENTOPULCRUM *Moraviæ* principem, quibus libertatem concedit ſacra vulgari lingua celebrandi, uſumque laudat, eadem lingua *Deo laudes debitas reſonare.* Id vero negavit *Dalmatiæ* & *Croatiæ* ALEXANDER II. in ſynodo quadam, ut non multo poſt *Bohemis* & *Moravis* GREGORIUS VII. iterum inhibuit eodem teſte *Georgio* STREDOWSKY *Lib.. V. c.* 12, *p.* 577. Obtinuit ſaltem CAROLUS IV. *Rom.* Imp. & *Bohemiæ* Rex a CLEMENTE VI. ut in monaſterio *Ord. S. Benedicti* a ſe *Pragæ* fundato, quod *Emaus* vocatur, divina officia ritu *Romano - Illyrico Sclavico* ſermone dicerentur; ſed hodie mos iſte exolevit: uti etiam ritus *Ambroſianus*, qui *Mediolani* viget, ab eodem Imperatore, divini cultus propagandi exornandique ſtudioſiſſimo *Pragam* inductus, conſtituto monaſterio *S. Ambroſii* in nova urbe, eo in loco, ubi nunc religioſorum *S. Franciſci Hibernorum* cœnobium viſitur. Non ceſſavit vero, pro innata, quam iam deprædicavimus, *Bohemorum* ad muſicam proclivitate, uſus ſacrarum

a) Iam ſupra notavimus a tempore PETRI I. in *Ruſſia* muſicam *Italicam* admiſſam, cui tamen ELISABETHA Imp. necdum in eccleſia locum conceſſit, quem nunc obtinet paulatim a metropoli potioribusque urbibus in alias etiam minores eccleſias illata.

rum cantionum populari ſermone, a populo tam in eccleſiis, quam per vicos cantari ſolitarum. „Cantuum eccleſiaſticorum venuſtate, (ut teſtatur P. *Bohuſ.* BALBINUS in vita S. ARNESTI) & textus ipſius ſanctitate multas gentes provocare poſſumus. Nimirum ex ſanctis Patribus, ut facile eſt intelligere, a ſanctis *Bohemiæ* epiſcopis & archiepiſcopis, ac præcipue a Canonicis eccleſiæ *Pragenſis* plerique contexti & compoſiti ſunt. Nuper cum bibliothecam quandam Manuſcriptorum excuterem, inveni librum proſarum & cantuum Eccleſiæ *Pragenſis*, antiquiſſimo ſcripturæ genere exaratum, in quo latinæ primum proſæ cum notis muſicis deinde etiam *Bohemicæ* leguntur, eodem prorſus tono & melodia, qua hodie utimur eodem contextu, iisdemque ſententiis, niſi quod *Bohemica* clariora & ſignificantiora ſunt, & pluribus verſibus conſtant.“

Huius rei prima inde a S. CYRILLO inſtitutio illuſtrata legitur apud CHRISTIANUM, antiquum ſcriptorem vitæ S. LUDMILLÆ, matris S. WENCESLAI M. ſub quo, eodem teſte, *nullus pœne Curtenſium* i. e. aulicorum, *fuit*, *qui pſalmigraphorum hymnos canere ignoraret.* Apud continuatorem COSMÆ VITUS Decanus eccleſiæ *Pragenſis* an. 1271. defunctus narratur procuraſſe *libros plures muſicos ad officium divini cultus pertinentes*... *ſunt autem hi libri, qui conſcripti ſunt* VITI *decani pretio expenſis: Miſſalia*, *Gradualia*, *Antiphonaria*, *Muſica*, *Pſalteria*, *Hymnaria*, *Collectionaria*, *Baptiſteria*, *Breviaria. Thom. Io.* PESINA in *Phoſphoro ſepticorni* ſeu metropolitanæ Divi VITI eccleſiæ maieſtate & gloria *Pragæ* 1673. ed. inter eos, qui tempore CAROLI IV. & inde poſtea, divina officia in ea eccleſia curabant, numerat etiam pſalteriſtas viginti quatuor, choraliſtas triginta, omnes clericos. Hodieque perſeverat in Eccleſia metropolitana *Boninfantium* appellatio ac munus, ſcilicet puerorum, ſeu infantium cantui aliisque obſequiis in divino officio peragendis deſtinatorum a primæva ſua inſtitutione ad divinos laudes diu, noctuque celebrandos. Quæ item in antiquis diplomatis leguntur collegia litteratorum, eorum munus proprium erat, ſub divino officio in templis cantica ſacra modulari, populoque cætero formulas canendi præire, horum ut appellatio ita & officium in omnibus fere *Bohemiæ* oppidis perdurat. Cæterum iam diximus, muſicam noſtri ævi ritusque tam vocalem, quam omnis generis inſtrumentorum muſicorum nullibi gentium magis quam in *Bohemia*, etiam in oppidis ac vicis florere; rarius tamen in monaſteriis. *Bohemis* propius accedunt *Moravi*, quoad frequentiam, celebritatemque muſicæ ſacræ: lentius inſectantur *Sileſii*, ac *Poloni*, quos

iam

iam obſervavimus muſicam fere *Italicam* ſacram habere. Iis, quæ ſupra pag. 247. de *Huſſitis* Fratribusque *Bohemiæ* diximus *Eſromi* RUDIGERI *Bambergenſis* teſtimonium ex Proemio *lib. II. Paraph. Pſalm.* addere libet: *In canendi ſtudio neſcio an eccleſiæ fratrum Bohemorum ſuperent reliquas omnes. Neque enim ſcio, qui plus aut tantum etiam, canant laudum, gratiarum, precum & doctrinæ, addam etiam, qui melius.*

Scotorum item, ac Hibernorum.

Occurrit hic memoriæ, quod D. BROWN in opere *Anglico* de vi, regulis ac fine muſicæ obſervat de cantionibus *ſcoticæ* gentis, quæ multis nominibus præſtent *anglicis*: ſic etiam apud *Hibernos*, ac *Italos* e. g. nativam quamdam obtinere muſicam, quod gentes indigenæ ſint, non vero coloni veluti *Angli*: apud quos certe muſica muſicique exteri, ſi unquam, hodie in pretio ſunt *Itali*, *Germani*que, ut ſupra memoravimus, ſed in alia fere, quam ſacra muſica, quæ nullibi gentium frequentior eſt, quam apud duas has *Italicam*, *Germanicam* præſertim, nationes.

Magno exceſſu corruptioneque cantus ac muſicæ ſacræ.

XXVI. Sunt enim vero innumeri alii muſurgi veluti in *Italia*, ita etiam in noſtra *Germania*, quos modo obiter & promiſcue enumeravimus, paſſim etiam ſine diſcrimine ullo in lucem editis operibus, haud ſcio an unquam tanta, quam nunc copia artem muſicam quibusvis ſibi tractandam præſumentibus, ac illotis manibus in ſacra ſeſe intrudentibus: communi nempe iam abreptis pleriſque vitio, ut nulla fere ſacram inter & profanam muſicam diſcretio fiat, ac omnia ubique muſica perſtrepent promiſcue, in villis quoque & oppidis. Unde accidit, ut melethemata, quæcunque demum, imperitia ac ruditate muſicorum magis adhuc depraventur, divinusque dedecoretur cultus; ut dignior paſſim honeſtiorque in theatris haud trivialibus muſica fiat, quam multis vulgo in eccleſiis, cantum illum ſimplicem velut dedignantibus, qui unus fuit eccleſiæ florentis decor. Nec ullum eſt diſciplinæ eccleſiaſticæ caput, in quo a prima eccleſiæ ætate usque ad præſens tempus tanta ſit facta immutatio, quam in cantu & muſica ſacra: quæ poſt mille fere annos vix eccleſiam ingredi auſa, lentis ſeſe inſinuare primum greſſibus, poſteriore demum ævo ſubito omnia ſacra adyta vociferationibus implere occepit, auresque obtundere, maximeque mentes: quas ab elevatione ad Deum, quæ orationi propria eſſe debet, ad ſe rapit, ac perturbat; qualis eſt hodie cumprimis tam varia vocum & inſtrumentorum muſicorum compoſitione, ut vix ultra progredi poſſe videatur; agendum vero omnibus modis ſit, quo ab enormi exceſſu ad orbitam tandem revocetur. Quem quidem unum a ſupremo Numine ſuſcepti in hoc opere laboris fructum enixis precibus exoro.

Hoc

Vid. ſupra 323. not. b.

Hoc uno fretus, exemplum amiciſſimi capellæ muſicæ pontificiæ præfecti Santarelli ſequi noluimus, ut ab opere omnino deſiſteremus, ac labore infructuoſo. Eſt enim vero huius inveterati callumque quotidie in peius obducentis mali tanto difficilius, deſperatiusque remedium, quod vulgo non tantum non agnoſcatur, ſed etiam ametur: atque ii, a quibus fieri maxime poſſet ac deberet medicina, graviſſimi diſciplinæ eccleſiaſticæ inflicti vulneris cauſa ſint & auctores, melothetæ ſcilicet, ſeu compoſitores muſici plerique omnes, œſtro quadam perciti, vel abrepti præiudicio promiſcui uſus, abuſus dicam maximi, quem tollere aut nolint, aut ſe poſſe deſperent. Ad alterutrum genus pertinent muſurgi illi, quos, dum magno quidem numero recenſuimus, in exemplum ideo haud propoſuimus. Plerique eiusmodi ſunt, qui nec in cenſum venire poſſint eius muſicæ eccleſiaſticæ, qualem Sacris noſtris ea religione ac honeſtate, qua a prima Eccleſiæ ætate ad noſtram fere uſque ſunt celebrata, dignam exiſtimemus; vix vero eſt, qui omni nævo careat ſuis ſacris in melotheſiis: quosque nominat triumviros laudatus Santarelli, Iomelli iam mortuum, Hasse admodum ſenem, Perez non adeo notum apud nos, ſtatim etiam locum deſignat *Romæ* in Vaticano, *Venetiis* in alumnatu *Incurabili* dicto, *Liſabonæ* in ſacello regio, ubi nempe id eis incubuit muneris, ut graves religioſosque modulos facerent earum, apud quas meruerunt, eccleſiarum uſu, ac obſervantia; apud quas vero plerumque nimis arcte cuſtodiuntur, ac veluti draconibus inſidentur, dum non ſolum publici iuris fieri oporteret, verum etiam ab iis, qui auctoritate pollent, ad normam, uſumque aliarum etiam eccleſiarum, in quibus idem obtinet divinus cultus, præſcribi, ac pro modulo quidem ordinari; ita ut muſica ipſa proſcribatur, ſubſtituto in eius locum ſimplici cantu aut chorali Cleri, aut vulgari promiſcuæ plebis, ſeu facto quodam canentium ſelectu, ubicunque ſufficiens ideoneusque muſicorum chorus haberi nequit, ad amuſſim illam præſtitutam, canonemque, ut ita dicam, muſicum. Præſto eſt, præſervatum poſteriori huic muſicæ ſacræ ævo, artis typographicæ beneficium, quo, prout iam circa cæteros pleroſque libros, ad divinum officium pertinentes, eſt comprobatum, facillime arceatur ſacris adytis, cohibeaturque alia omnis, ad inſtar ſaltem propoſitum haud compoſita muſica. Uno hoc conſilio, muſicam eccleſiaſticam puto, in ordinem poſſe redigi, atque a labe, qua a promiſcuo muſurgorum vulgo ac infinita propemodum turba luxuriantium ingeniorum contaminata hactenus fuit, immunem reddi, ſuæque reſtitui dignitati. Quod faxit Deus!

Conſilium auctoris.

CAPUT

CAPUT ULTIMUM.

Vetus Muſica recentiori comparata.

I.

VT nihil eſt in rebus humanis, quod non facile pro congenita naturæ pravitate vitietur; ita proclive cumprimis eſt, muſicam, ad delectationem aurium compoſitam, corrumpi. Habet illa, inſtrumentalis ſaltem, hæreditariam veluti labem, quod ex damnata CAINI ſtirpe prodierit, IUBAL ſcilicet, *ipſe fuit pater canentium cithara & organo.* Hunc ut ſectentur, pronius feruntur homines, quam DAVID, qui primus dici poteſt id genus muſicæ veri Dei cultui publico ſociaſſe. Id enim ſingulare fuit, quod poſt ſubmerſum in mari rubro PHARAONEM MARIA prophetiſſa, ſoror AARON, tympanum in manu ſua ſumpſiſſe narratur, egreſſisque omnibus mulieribus poſt eam *cum tympanis & choris* MOYSES præcinebat dicens: *Cantemus Domino.*

Muſica inſtrumentalis veteris teſtamenti.

Gen. IV. 21.

Exod. XV. 20. 21.

II. Ex noſtra vero hac hiſtoria muſicæ ſacræ palam eſt, quam conſtanter inſtitutum hoc veteris teſtamenti prima puriorque eccleſiæ ætas repudiaverit: quam lento progreſſu, ſequiori demum ævo, in eccleſiam admiſſum, iam omnia perſtrepet. Ex CLEMENTE *Alexand.* notavimus T. I. p. 4. genus muſicæ graviſſimum in ſacris *Hebræorum*: *cum interim*, addit CALMET diſſert. in muſ. *Hebræor. noſtra ætate eccleſias non raro theatralibus harmoniis obſtrepere contingat.*

Quam ſero, tardeque in eccleſiam inducta.

III. Excitat ſapiens SIRACH ad laudandos *viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua, in peritia ſua requirentes modos muſicos* In tanto autem numero cantorum ac celebritate muſicæ ex 4388. muſicis compoſitæ, qui a ſuis principibus ſeu moderatoribus inſtituti, munus id per omnem vitam obibant ex genere *Levitico*, veluti hæreditario diſciplina ab avis parentibusque in ſeram filiorum nepotumque poſteritatem propagata: quis de peritia præſtantiaque artis muſicæ apud *Hebræos* dubitet?

Muſica diſciplina apud Hebræos.

Eccli XLIV.

Apud alias gentes antiquiſſima.
Tuſc. quæſt. Lib. I. Inſtit. orat. c. 16. T. I. p. 13.

IV. Ab *Hebræis* ad alias cultiores gentes perveniſſe muſicam artem, multorum eſt opinio: ab aliis omnium antiquiſſima eſt habita, inde forte, *quoniam*, ut verbis Ciceronis utar, *ipſam hanc natura parens impertiſſe animadvertitur.* A Qintiliano eius ſententiæ auctorem citari Timagonem, initio operis intelleximus. Quod modo de Iubal ante diluvium notavimus, locum habere etiam poteſt de *Ægyptiis*, quos muſicæ poſt diluvium reparatores fuiſſe ferunt. Nec dubitat Blainville a), quin ab *Ægyptiis* muſicam acceperint *Hebræi;* etſi dudum ante, quam *Hebræi* in *Ægyptum* conceſſerint, apud familiam Abraham inſtrumenta muſica fuiſſe legantur. De *Ægyptiis* tamen teſtatur Diodorus *Siculus*, palæſtram & muſicam apud eos diſcere non eſſe moris. Addit mox cauſam: *Muſicam non modo inutilem, ſed & noxiam eſſe, ut quæ virorum animos effeminet, perſuaſum habent.* De alia igitur hæc accipienda ſunt, quam ſacra muſica ſeu cantu, quem apud *Ægyptios* frequentatum, initio operis prodidimus. Hinc autem coniicere licet, qualem in ſacris admiſiſſe muſicam cenſendi ſint *Ægyptii.* De *Druidis* ſeu *Bardis Gallorum* poetis ac muſicis Blainville in *hiſtoria muſicæ* ex Diodoro *Siculo* obſervat, Bardum V. *Gallorum* regem ſcholam quandam muſicam inſtituiſſe; quam *Bardi*, ab eo ſic appellati, moderabantur. Muſica autem ad cultum religionis utebantur, atque etiam ad inſtitutionem iuventutis ante ſcripturam inventam, ipſamque ad hiſtoriam ac geſta heroum poſteritati transmittenda; perinde ac *Germani* ac *Græci*, apud quos ſtudium muſicum, Solino teſte, quem Isidorus *Hiſpal.* ſequitur, inde ceptum, cum *Idæi* Dactyli modulos crepitu & tinnitu æris deprehenſos in verſificum ordinem transtuliſſent. b) Inter philoſophos muſicam damnaſſe *Cynici* feruntur. Ephorus quoque Isocratis diſcipulus apud Polybium lib. IV. ad fraudem ac deceptionem inter homines inductam eſſe muſicam dicit: quod haud probatur Athenæo, ſpectata nempe probe informata muſica: cum cæteri illi *Ægyptii*, quos memoravimus, *Græci*que id ſecum animo reputabant, quo nihil proclivius eſt accidere in muſica a recto fine inſtitutioneque ſua deſciſcente: id quod tanto utique magis a nobis divinitus inſtitutis in muſica ſacra eſt cavendum.

L. I.

T. I. p. 14. Vid. Bonnet hiſt. de la muſ. T. IV. p. 65. Blainville P. IV. p. 76.

Vid. Pfeiff. antiq. Græc. L. II. c. 64.

V.

a) Ces peuples inſtruits par Cham & Mesraim ſon fils porterent la muſique a un tel point, qu'elle tire communement ſon etymologie d'Egyphin Moise, par qui elle fut inventée, ou plutot renouvellée ſur les bords de *Nil*, où il croit beaucoup de joncs & de roſeaux. Blainville *Hiſtoire de la Muſique p.* 3.

a) Vid. l'Abbé Banier la Mythologie & fables expliquées par l'hiſtoire *T. III. p.* 352. Idemque *T. IV. p.* 24. notat Minervam *muſicam* dictam a ſtatua ei a Demetrio facta, dum ſerpentes *Gorgonii* percuſſi reſonabant.

V. Fuerunt autem varia veteribus de muſica placita. PYTHAGORAS, teſte IAMBLICHO in eius vita c. 10. cum exiſtimaret, primo ſenſus eſſe inſtituendos, ita ut figuras illas ſpeciesque rerum pulchras (*in Geometricis*) videret, audiretque concentus muſicos excellentiores, a muſica docendi initium fecit, cantibusque, & rhythmis, quibus mores atque affectus emendarentur, quibusque animorum facultatum harmoniæ ad ordinem primigenium revocarentur, corporisque & animi morbis medelam excogitavit. Et ATHENÆUS: „PYTHAGORAS *Samius* (inquit) tam inclytus philoſophus, ut multis indiciis patet, non perfunctorie operam impendit muſicæ, qui naturam univerſi muſicis rationibus fabricatam fuiſſe demonſtrat; atque adeo in totum priſca *Græcorum* ſapientia muſicæ fuit addictiſſima.“ Idem de PLATONE, & aliis, narrat *Ariſtides* QUINTILIANUS, & PLUTARCHUS in fine libri de muſica: „Etenim (inquit) motus rerum, & ſtellarum circuitus PYTHAGORAS, ARCHYTA, PLATO, reliquique antiqui Philoſophi ſine muſica neque fieri neque conſtare affirmabant: omnia enim a Deo ſecundum harmoniam fuiſſe inſtituta.“

Singularia veterum de muſica ſcita. *Apud Th. Stanley hiſt. Phil. P. VIII. c. 7.*

Deipnoſoph. lib. XIV. c. 8.

L. III. de Muſ.

Nuperrime Abb. ROUSSIER *Ægyptiorum* ſententiam explicavit de muſica planetarum non ſolum, ſed etiam dierum ſeptimanæ, & horarum diei, atque ſignorum *Zodiaci:* nempe vetuſtiſſimi iam *Chaldæi* divinitatibus connumerabant aſtra ob eorum ordinatiſſimum curſum, cui harmoniam idcirco tribuebant deinde etiam philoſophi illi ex inſtitutione PYTHAGORÆ. Palam fit ex libro PLUTARCHI *de creatione animæ*, proportiones harmonicas quæſitas tam in motu planetarum, quam magnitudine, diſtantia, diametro &c. earundem. Non eſt noſtri inſtituti diſquirere, qualisne harmonia illa cœleſtis ſit ex ſententia horum philoſophorum, an non potius ratione, quam ſenſu percipienda, prout ARISTOXENUS animum eſſe putavit ipſius corporis intentionem quandam velut in cantu, & fidibus, quæ harmonia dicitur, ut teſtatur CICERO, additque: *Ita ab artificio ſuo non receſſit; & tamen dixit aliquid, quod ipſum quale eſſet, erat multo ante & dictum & explanatum a* PLATONE.

Memoire ſur la Muſique des anciens art. 10. & 11. not. item 37.

Lib. I. Tuſc. cap. 10.

Fuit ARISTOXENUS ARISTOTELIS diſcipulus, qui libro VIII. *Politic.* tractat, quatenus ad diſciplinam adhibenda ſit muſica. PLUTARCHUS, cum varias philoſophorum opiniones breviter commode explicaſſet in *dial. de muſ.* „Ex his omnibus (ſubdit) liquet, veteribus *Græcis* non abs re præ omnibus aliis curæ fuiſſe, ut in muſica inſtitueretur adoleſcentia: cuius animos muſica arbitrabantur formandos, & dirigendos ad decorum, quod referat muſica ad omnia, atque ad actionem omnem ſeriam, præſertim ad diſcrimina belli.“ Conſtat vero,

Cap. V. &c. apud Conring. T. III. opp. p. 769.

L. II. de Leg. qua id lege factum fuerit: „Civitatum (inquit CICERO) hoc multarum in *Græcia* interfuit, antiquum vocum ſervare modum, quarum mores lapſi ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus: aut hac dulcedine corruptelaque depravati, ut quidam putant: aut cum ſeveritas eorum ob alia vitia cecidiſſet, tum fuit in auribus animisque mutatis etiam huic mutationi locus. Quamobrem ille quidem ſapientiſſimus *Græciæ* vir, longeque doctiſſimus, valde hanc labem veretur, negat enim mutari poſſe muſicas. leges ſine mutatione legum publicarum.“ (Et mox): „Graviter olim iſta vindicabat vetus illa *Græcia*, longe providens, quo ſenſim pernicies illapſa civium animos malis ſtudiis, malisque doctrinis repente totas civitates everteret: ſiquidem illa ſevera *Lacedæmon* nervos iuſſit, quos plures, quam ſeptem haberet, in TIMOTHEI fidibus demi.“ Nempe iam tunc TERPANDER tribus fidibus auxerat lyram, antea quatuor contentam; quamobrem PLUTARCHO dicitur a *Lacedæmoniis* multatus, auctori vero chronici *Oxonienſis* abſolutus. Qua de re quidquid ſit, exemplo hæc eſſe poſſent deberentque nobis divinitus inſtitutis, qua moderatione utendum ſit circa muſicam, in ſacris præſertim noſtris.

Marm. Oxon. p. 197.

In cultum Deorum adhibita. *pag.* 441.

VI. Ex antiquiſſima apud *Romanos* XII. tabularum ſanctione CICERO lib. II. *de legibus* hanc egregiam affert legem: *Popularem lætitiam in cantu & fidibus & tibiis moderanto, eamque cum divum honore iungunto.* Ritum hunc *Romani*, ut cætera fere, ab *Achivis* ſeu *Græcis* (ea quam paullo ante notavimus rerum ſucceſſione) acceperunt; de quibus HOMERUS:

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ Θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα κȣ̃ροι ἀχαιῶν,
Μέλποντες ἑκάεργον. ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκȣ́ων.

Illi vero totum diem cantu Deum placabant,
Lætum canentes pæana iuvenes Græcorum,
Celebrantes Apollinem: ille vero animo delectabatur audiens.

His HOMERI verſibus PLUTARCHUS commentarium ſuum de muſica claudit: qui prius notaverat, vetuſtioribus ſæculis ne notam quidem fuiſſe *Græcis* muſicam theatralem, ſed artem eius totam in Deorum laudem, & diſciplinam fuiſſe acceptam iuventutis, nullo dum prorſus illa ætate extructo theatro, ſed verſante adhuc muſica in ſacris: in quibus Deos venerabantur, & viros fortes celebrabant. Utinam! quæ ſubiungit, non etiam apud Chriſtianos notarentur: „Enimvero noſtris temporibus

tantam

tantam fecit hoc diverſum genus progreſſionem: ut forma illius, quæ faciebat ad erudiendam adoleſcentiam, totum iam exoleverit, neque vindicari queat: ſed omnes, qui ſe muſicæ dedunt, ad muſam applicent theatralem.“ Totus fere eſt PLUTARCHUS in indagandis originibus cantus apud *Græcos*, eiusque auctorum, vatum ſcilicet ſeu poetarum, ad νόμȣς vel leges lyricas, & citharœdicas, ex quibus quosdam a TERPANDRO factorum, addit PHILEMONEM *Delphum* veterem dici compoſuiſſe. Erant etiam muſica certamina ſeu ludi illi celebratiſſimi antiquiſſimis temporibus, quod PAUSANIAS *Meſſenic.* c. 33. ex his verſibus EUMELI, quos in *Delum* proluſit, colligit.

Grata etenim ſemper tibi Iupiter incola Ithames
Muſa fuit, puro quæ gaudet libera cantu.

Legi de his ludis poteſt *P. I. Baptiſt.* MARTINI *Storia della Muſ. T. II. c. 9.*

VII. Ludi eiuscemodi ſacri erant, quibus *Apollo* potiſſimum celebrabatur carminibus, quod eſt antiquiſſimum religionis genus iuxta THEOCRITUM *Idyll.* 16 *Et laudem Heroum.*

Αἰὲν τȣ͂το Διὸς κȣ́ραις μέλει, αἰὲν ἀοιδοῖς
Ὑμνεῖν ἀθανάτȣς, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν.

Semper id eſt cordi muſis, ſemperque poetis,
Ut Divos celebrent, laudes celebrentque virorum.

Ut iam notavimus initio etiam operis, hymni HOMERI, aliorumque poetarum in honorem laudemque deorum, carminaque heroica, huc pertinent: quod pariter obſervavimus de *Germanis* noſtris, dulcibus lyræ modulis facta virorum fortium cantare ſolitis: quod idem de *Perſis* & *Naucratitis* ATHENÆUS teſtatur, plura eiusmodi in opere illo Διπνοσοφιςῶν accumulans. Accommodatum vero fuiſſe hoc muſicæ genus argumento ſuo, ſive religioſo, ſive heroico, vel inde palam fit, quod tam acerbe tulerint, genus illud grave muſicæ immutatum ſucceſſu temporis in theatro; non tam grandi utique piaculo, quam dum apud nos muſica theatralis ipſi etiam eccleſiæ infertur, cultuique religioſo immiſcetur, ac ſacra conſpurcantur chriſtiana. QUINTILIANUS lib. I. *Inſtitut.* c. 10. de muſica tractans ſic effatur: „Quamvis autem ſatis iam ex ipſis, quibus ſum modo uſus exemplis, credam eſſe manifeſtum, quæ mihi & quatenus muſice placeat: apertius tamen profitendum puto, non hanc a me præcipi, quæ nunc in ſcenis effeminata & impudicis modis fracta, non ex parte minima, ſiquid in nobis virilis roboris manebat, excidit: ſed

T. I. p. 19.

Amian. Marcell. lib. XV. c. 9. Strabo lib. I. Lib. IV. Dipnoſophiſt. c. 13.

qua laudes fortium canebant, quaque & ipſi fortes canebant: nec pſalteria & ſpadicas, etiam virginibus probis recuſanda, ſed cognitionem rationis, quæ ad movendos, leniendosque affectus plurimum valet.“

Etiam inter convivandum.

VIII. Quod idem poſtea cap. 14. perhibet, veterum quoque morem fuiſſe, epulis fides ac tibias adhibere; id generatim CICERO lib. IV. *Tuſcul. quæſt.* graviſſimo auctore in *Originibus* CATONE aſtruit, *morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps qui accumberent, canerent ad tibias clarorum virorum laudes atque virtutes.* In PLATONIS *Sympoſio* ſtatim ut accubuit SOCRATES, libationes fiunt; & hymnum Deo canunt

Lib. XIV. ᾄδουσι τὸν θεόν. Teſte ATHENEO: „Priſci homines conſuetudine, legeque Deorum hymnos & laudes in conviviis ab omnibus cantari iuſſerunt, ut reverentia Numinum eius, quod honeſtum ac moderatum eſt, fines non transſilirent. Adiuncta namque muſicis numeris de diis oratione magis compoſiti fiunt, & graves cuiusque mores.“ Vides in his teſtimoniis ſemper ad priſca provocari exempla, quod nempe, ut ſemper proclive eſt, muſicam ad oblectationem aurium factam evagari corrumpique: ita inter epularum delicias ac pocula excedere facillimum ſit. Sic notat *aures vocum ſono, ſpectaculis oculos, ſaporibus palatum oblectantes* SENECA lib. de *vita beata* c. 11. Hinc eſt, quod muſicam convivalem Chriſtianis fugiendam tantopere inculcarint SS. Patres, atque iuxta apoſtolum *Ephes.*

T. I. p. 140. IV. cantu tunc etiam Deum celebrandum; ut lib. I. c. 3. declaravimus: eſtque egregium philoſophi etiam ethnici præceptum apud STOBÆUM: *Benefit etiam, ut Deus initio & cœnæ & prandii invocetur. Non quia tale quid numini opus ſit; ſed ut quisque Dei recordans, animo ſit compoſito.*

Quem in finem adhibita ſit muſica.

IX. Propudioſum ſane eſt, ſi nos divinitus inſtituti, divinaque agentes, minus ſalutares conſectemur cantu muſicaque fines, quam veteres hi philoſophi: quos inter PYTHAGORAS, quem iam memoravimus a muſica docendi initium feciſſe, teſte IAMBLICHO in eius vita c. 10. noctu cubitum diſcedentibus diſcipulis ab omnibus diei perturbationibus eos liberabat, ſomnum vero ipſis conciliabat quietum, ſomniaque bona, atque futurorum indicia habentia. Ex lecto autem iterum ſurgentibus excutiebat nocturnum languorem, remiſſionem item & torporem per certos cantus, vel ſolo lyræ pulſu, vel voce clariore peragendos. Sibi ipſi quidem nunquam vel inſtrumento vel alio quocunque modo canebat: nam in ſe ipſo tale quid fovebat, & ineffabili quadam divinitate, aures mentemque mundi advertebat harmoniæ, quam ſolus intelligebat &c. Audiant hæc diviniori adſcripti philoſophiæ, intelligantque, ſibi easdem

rationes

rationes non eſſe, ac aliis, in diſciplina chriſtiana minus provectis, cantus muſicæque ſuavitate componi animo, quod philoſophis illis propoſitum erat in muſicæ inſtitutione. „Quippe (ſunt *Claudii* PTOLOMÆI verba) ipſis melodiæ efficaciis evidenter afficiuntur animæ noſtræ: agnoſcentes quaſi cognationem quandam in ſuæ conſtitutionis rationibus; motuumque impreſſiones ſuſcipientes, qui ſint ipſis cantuum propriis affectionibus accommodati: ut nunc ad lætitias, & ſui dilatationes incitentur: nunc ad miſerationes & contractiones ſui: nunc itidem quaſi ad gravedinem & ſoporem compoſitæ; nunc concitatæ atque expergefactæ; nunc item ad quietem & mentem compoſitam inclinatæ; nunc ad œſtrum & furorem: atque alias aliter tum cantu ipſo mutato, tum animam excitante in diſpoſitiones ad rationum ſimilitudines compoſitas. Atque hoc ipſum credo PYTHAGORAM conſideraſſe, cum ſuaſerit, ut primo mane exſuſcitati, antequam actionem aliquam auſpicarentur, muſica uterentur, & blando cantu: quo ea, quæ ab excitatione a ſomno animas occupet, perturbatio in ſtatum ſincerum & manſuetum ordinem prius converſa, bene compoſitas & ad congruam temperiem redactas animas ad divinas operationes paratas præſtet. Quin & mihi videtur, hoc ipſum, nimirum Deos ipſos cum muſica quadam & melodia invocari ſolitos (ut puta hymnis, & tibiis, aut trigonis *Ægyptiis*) id indicare, quod eos ad preces noſtras cum benigna clementia audiendas invitemus.“ Eſt hæc etiam PYTHAGORÆ apud LAERTIUM ſententia: *ᾠδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν, ὕμνῳ τε θεῶν ϗ ἀγαθῶν εὔλογον χάριν ἔχειν.* Cui congruenter: „Num aliquid (EPICTETUS inquit) aliud oportebat nos, ſiquidem intelligentia in nobis eſt, quædam publice & privatim facere, quam laudare & celebrare numen, eique pro beneficiis collatis gratias agere? Nonne & fodientes & arantes & comedentes canere ſic hymnum Deo ſolent?“

Lib. III. harmon. c. 7. apud Walliſ. T. III. opp. pag. 138.

Apud Arrianum lib. I. cap. 16.

X. A PYTHAGORA repeti poteſt epocha muſicæ, a *Græcis* tanta contentione ſtudioque excultæ, philoſophica ſuccedens poeticæ: in qua primo loco AMPHION ex diſciplina IOVIS patris occurrit. HERACLIDES, teſte PLUTARCHO in *Comment. de Muſica*: „In muſicorum breviario principem citharæ & citharœdicæ poeſis architectum fuiſſe AMPHIONEM ſcribit IOVIS & ANTIOPÆ filium, in ea inſtitutum a patre. Cui rei fidem faciunt, quæ *Sicyone* ſervantur acta: ex quibus ſacerdotes *Argivos*, Poetas & Muſicos nuncupat. Eodem ſeculo LINUM *Eubœenſem* lamentationes, ANTHEM ex *Anthedone Bœotiæ* hymnos, PIERIUM ex *Pieria* poemata in Muſarum laudem condidiſſe ait. Ad hæc *Delphum* PHILAMMONEM LATONÆ, DIANÆ, & APOLLINIS ortum carminibus edidiſſe, ac choros circa tem-

Poetis primum familiaris muſica.

templum *Delphicum* inſtituiſſe primum. TAMYRIM genere *Thracem* præ cæteris illius ætatis omnibus canore ceciniſſe & numeroſe: ut in certamen deſcenderit, ſi poetis credimus, cum Muſis." Hæc ſaltem, quod prodant, ab ultima memoria muſicam poeticam in ſacris verſatam fuiſſe, recenſere ex PLUTARCHO volui, miſſis reliquis, de quibus deinceps agit a), & id genus pluribus, donec muſica de ſimpliciori in magis variam eſt mutata. Nam (addit) antiquitus uſque ad MELANIPPIDEM, qui dithyrambos compoſuit, tibicines a poetis mercedem accipere conſueverant: nimirum primas gerente partes poeſi, & tibicinibus operam iis, qui fabulam docerent, navantibus. Is poſtea mos periit: adeo quidem ut PHERECRATES comicus muſicam introduxerit muliebri cultu, & toto corpore fœde lacerato."

Culpam in TIMOTHEUM *Mileſium* coniicit PHERECRATES; ARISTOPHANES ibidem in PHILOXENUM. „Sed & alii (pergit PLUTARCHUS appoſite ad propoſitum noſtrum diſſerere ARISTOXENI auctoritate) comœdiarum ſcriptores demonſtrarunt eorum ineptias, qui poſtea temporis muſicam in minuta quaſi fragmenta conciderunt. Quod autem educationem & diſciplinam vel genuina vel prava artium tractatio ſequatur, ARISTOXENUS oſtendit. Nam TELESIAM *Thebanum*, qui ipſius ætate vixit, narrat adoleſcentem in pulcerrima educatum muſica, cum aliorum nobilium poetarum carmina didiciſſe, tum PINDARI DIONYSII *Thebani*, LAMPRI, PRATINÆ & reliquorum, qui lyrico carmine præſtiterunt. Ætate autem iam matura adeo fuiſſe a ſcenica & varia illa muſica deceptum, ut contemtis pulcris illis, in quibus enutritus fuerat, TIMOTHEI & PHILOXENI ediſceret carmina, ac de his ipſis ea potiſſimum, quæ maxime eſſent varia, plurimumque haberent novitatis, cumque ſe ad lyricum pangendum carmen contuliſſet, ac tam PHILOXENI quam PINDARI modum tentaſſet, in *Philoxeneo* ei rem non ſucceſſiſſe: cuius cauſa fuerit pulcerrima illa primæ ætatis inſtitutio." Tum concludit ad rem: „Qui ergo vult muſica recte & cum iudicio uti, is veterem modum æmuletur. Sed

a) Ex quibus præcipui ſunt ORPHEUS, HYAGNIS, OLYMPUS, DEMODOCUS, & PHEMIUS (laudati HOMERO) TERPANDER poeta citharœdicorum carminum fuit: & pro ſingulis carminibus verſus ſuis & HOMERI numeris adornaſſe, eosque cantaſſe in certaminibus perhibetur PLUTARCHO. Eundem porro memorat ex HERACLIDE vocabula primum carminibus citharœdicis reddidiſſe. Cuius exemplo CLONAM, qui carminum tibialium (a tibiis) proſodiorumque princeps fuit author, elegias & verſus condidiſſe, ac *Colophonium* POLYMNESTUM, qui fuit infra hunc, eadem uſurpaſſe poemata. Carmina & leges metricas nomos dicunt *Græci*, quibus ſunt hi uſi &c. Νόμων ſubinde meminimus, uti etiam carminum lyricorum, qui ex ſuo noſcuntur nomine, a TERPANDRO exculta. TERPANDRUM ARCHILOCHO antiquiorem pronunciat ex GLAUCO *Italo*. Ex TERPANDRI autem diſciplina prodiit ARISTOCLITES, cuius diſcipulus PHRYNIS celebratur, de quo PLUTARCHUS.

Sed interim aliis quoque eam perficiat diſciplinis, philoſophiamque ei pædagogi loco præficiat, ea enim iudicare valet, quid muſicam deceat.“ Noſtram vero ſacram ſeu eccleſiaſticam muſicam quid deceat, etiam ſana doceat theologia, genuinusque de religione cultuque divino ſenſus; tum cæteræ diſciplinæ ad culturam ingenii facientes accedant, forment que melopoetam, ne illotis manibus hanc tractet ad divinum celebrandum numen, condecorandamque ſacram liturgiam compoſitam diſciplinam.

XI. Aristoxenus, quem citat Plutarchus, ille ipſe eſt, qui primus a Pythagora ſeceſſionem fecit; dum is ratione, Aristoxenus vero ſenſu rem diiudicandam exiſtimabat. Hinc *Pythagoræi*, ut eſt a *Thoma* Stanleio ex Ptolomæo notatum, quod *harmonicum* nunc vocamus, *canonicum* appellabant, non a *canone* inſtrumento, ut viſum non nullis, ſed a rectitudine; quoniam ratio rectum invenit, harmonicis canonibus ſine regula uſa. Vocabantque exercitium omnis generis inſtrumentorum, iuxta regulas harmonicas procedens, tibiis, tubis, & ſimilibus, canonicum. Pythagoræ tamen canon monochordi tribuitur, referturque ex Aristide, paullo antequam diem obiret Pythagoras, amicos hortatum eſſe, ut monochordum exercerent, muſicæ ſublimitatem intellectu potius per numeros, quam ſenſu per aures aſſequendam eſſe indicans. Ex ſententia Abb. Roussier a) unum, quod *Græci* ex principiis Pythagoræ ſervarunt, eſt canon harmonicus, qui reipſa conſectarium ſit progreſſionis triplæ, quam pro fundamento ſtatuit non ſolum ſyſtematis muſicæ *Græcorum*, ſed etiam *Ægyptiorum*, & *Chinenſium*: quod eſt argumentum iam citati commentarii de muſica veterum, inſtituta etiam comparatione ſyſtematis hodierni cum veteri *Ægyptiorum*, a quibus cæteri hanc cum aliis diſciplinis ſcientiam acceperunt. Refert huc lyram Mercurii tetrachordam, quæ a Boetio omnium antiquiſſimum ponitur ſyſtema muſicæ; cui ſucceſſit cithara heptachorda *Græcorum*, ac octachorda Pythagoræ. *Pythagoricis* inter alios accenſentur Archytas *Tarentinus*, Philolaus *Crotoniata*, Hippasus *Metapontinus*, Eubuliotes.

A Philoſophit deinde exculta.

Hiſt. philoſ. P. VIII. p. 731.

Ib. p. 737.

Aristoxenus Aristotelis diſcipulus fuit, quem ſupra citavimus, libro VIII. *Politicor.* diſquirentem, quatenus ſit ſuſcipienda muſica diſciplina: pertinetque ad muſicam eiusdem problematum libellus decimus

a) Memoire ſur la Muſique des Anciens, où l'on expoſe le Principe des proportions authentiques, dites de Pythagore, & de divers ſyſtemes de Muſique de les *Grecs*, les *Chinois*, & les *Egyptiens*, avec un parallele entre le ſyſteme des *Egyptiens* & celui des modernes.

cimus nonus. Fuit & PLATO muſicæ addictus, teſteque ſæpe laudato PLUTARCHO, Platonici *plerique & Peripateticorum philoſophorum primi de antiqua muſica, & quemadmodum ea poſt fuerit adulterata, ſcribere elaborarunt.* Quæ tamen eorum opera deſiderantur. Coniecturam vero faciunt, qualis eſſe tunc debuerit muſica, cui uti primum præcipui poetæ, ita poſtea philoſophi *græci*, cum ſcientiæ apud gentem illam cultiſſimam maxime florerent, tanta contentione operam ſuam navarunt in diverſis illis veteris muſicæ partibus, quas magno numero percenſet *Io. Bapt.* DONIUS circa finem libri II. de *præſtantia veteris muſicæ*: cum veterum ſcripta, quæ ſuperſunt, a MEURSIO, MEIBOMIO, WALLISIO edita, unam fere pertractent, quam ἁρμονικὴν vocabant: præter quos nominantur in vita laudati DONII, ex eius haud dubie adverſariis, etiam CLEONIDES, PAPPUS *Alexandrinus*, THEON *Smyrnæus*, DIOPHANTUS, ADRASTUS, DIOCLES, GEMINUS, pars item potior NICOMACHI *Geraſeni*. Ex quibus aliquot ſaltem in bibliotheca *Vaticana* MSS. veluti ADRATUM, rimatus eſt diligentiſſimus ille muſicæ veteris indagator. Non paucos in aliis adhuc bibliothecis deliteſcentes *Ger. Io.* VOSSIUS de *ſcientiis mathematicis* c. 22. *Io. Alb.* FABRICIUS *Bibl. Gr.* lib. III. c. 10. quemque hic citat, *Io.* MEURSIUS in limine notarum ad ARISTOXENUM, plures adhuc recenſet. Hodie e ſuo volumine explicatur a P. *Ant.* PIOGGI, PHILODEMUS, inter rudera *Herculani* repertus, in impugnando ARISTOXENO verſatus. Hodiernam vero quod muſicam polyphonam attinet, fruſtra hæc omnia ſunt ac nullius propemodum utilitatis. Cauſam indicavimus non ſemel.

L. IV. p. 72. 73.

Vid. Burney Diar. Itin. muſ. Vol. I. p. 250.

Veteris muſicæ reſtituendæ conatus poſteriore ætate.

XII. Initio capitis ſuperioris inter ſcriptores de re muſica poſterioris huius ævi non paucos numeravimus, qui antiquam etiam muſicam illuſtrandam ſibi ſumſerunt. Cui rei ſtudium præſertim ſæculo præterito in *Italia* ingens a multis fuit impenſum. Hos inter *Ang. Maria* BANDINIUS in vita *Io. Bapt.* DONII lib. IV. inter *Etruſcos* commemorat *Ioannem* BARDIUM ex comitibus *Alverniæ*, qui in veteri muſica reſtituenda diutius deſudaverat; nec non *Hieronymus* MEIUS, qui de modis muſicis veterum libros quatuor ad *Petrum* VICTORIUM præceptorem ſuum concinne atque erudite conſcripſerat. Eadem arena *Vincentius* GALILÆUS, magni GALILÆI pater, ſe laudabiliter exercuerat. DONIUS quoque civium ſuorum veſtigiis inhærens rem oppido perdifficilem & vetuſtatis tenebris undique obvolutam, veteres harmonias inter barbarorum ruinas aliquot abhinc ſæculis miſerrime deformatas, ac pene intermortuas, eruere adgreſſus eſt, quotieſcunque a graviſſimis, quibus detinebatur negotiis, vires reſumere datum erat.

p. LXXIII.

DONIUS

Donius autem contemplativa parte relicta, practicam excolere reſtituereque allaboravit, auxilio potiſſimum *Græcorum* atque ineditorum codicum, ut ipſe perſcribit in epiſtola ad Ioannem IV. *Portugalliæ* regem: „Quo conſilio primum non pauca veterum rei muſicæ ſcriptorum loca perobſcura ſane, ac difficilia interpretatus ſum; compluraque vocabula e *græco*, *latino*que fonte deducta, quibus expreſſius ac purius huius diſciplinæ notiones effari poſſumus, excogitavi; deinde quod præcipuum eſt, antiquas illas harmonias Doricam, Phrygiam, aliasque tantopere decantatas atque ab hodiernis quibusque doctoribus muſicis Salina, Zarlino, Galilæo, ſtudioſius aliquanto, quam felicius conquiſitas, e craſſiſſimis vetuſtatis tenebris erutas, in uſum ac praxim, faventibus ſuperis, revocavi. Nam partim novis inſtrumentis muſicis ad eam rem idoneis a me inventis, ac fabricatis; partim novis ſemæographiæ ſeu Tabulaturæ ſpeciebus aſſumtis, id conſecutus videor, ut magna quædam, atque inaudita tot ſæculis in omni cantionum genere varietas, nullo negotio ab iis, qui ſecretioribus hiſce muſarum ſacris vel modice initiati fuerint, edatur. Siquidem ſuppetunt iam hic *Romæ* ac *Florentiæ*, qui per omnes illas harmoniarum ſpecies, & cantica eleganter componere, eaque apte perſcribere & ſuaviter canere, atque expedite pulſare poſſint. Quam diſciplinam nobiles aliquot viri (quibus præcipue meos hosce labores dicavi) cupidiſſime amplexi ſunt. Præter cæteros vero vir non minus avita nobilitate quam propriis dotibus illuſtris, ac longinquis in *Orientem* peregrinationibus clarus eſt *Petrus* de Valle, patricius *Romanus*, *Luſitani* nominis perquam ſtudioſus, cuius luculentus huiuſcemodi cantionum liber propediem proditurus eſt in lucem.“ Laudaverat eundem *Petrum* de Valle eximie *Io. Alb.* Bannio, ut ipſe in epiſtola ad Donium data teſtatur, additque, eius modulationes muſicas intellexiſſe ſe rara virtute, ac præclara eloquentia ſelectiorem non ſolum ſuperare concentum, verum etiam inter pretioſiſſima ſplendidiſſimæ *Italiæ* cimelia haberi.

Epiſt. 95.

Epiſt. 83.

Longe vero aliter de veteri muſica, eiusque a Donio reſtituendæ ſtudio, ſenſit Bannius, ſententia ad ipſum Donium perſcripta: „Modos (inquit) quos ego circulos harmonicos voco, nihil amplius, quam corpus ſine anima æſtimo. Genera vero muſica a *Græcis* potius ſomnio commenta eſſe, quam a natura diſtincte prodita non ſolum arbitror, verum etiam ſcio, habeoque demonſtrationes ſolidiſſimas, quibus unum tantum genus muſicæ aſſero. Ideoque iam dudum mihi imaginor, te potius muſicam *græcam* imperfectiſſimam emendaturum, quam collapſam reſtituturum: nam licet intervalla *Græcorum*, naturæ minime

Epiſt. 80.

 con-

conformia, in conſonantiam ſeu concentum redigere coneris, profecto *Æthiopem* lavas. *Græci* præter διαπασῶν, διάπεντε & διατεσσάρων nullas ſimplices conſonantias agnoverunt. Et quomodo tam uber variusque concentus ex eorum muſica naſci poteſt? Ita muſca in elephantem, non mutata natura, evaderet. Scripſi ea de re quinque libros diſquiſitionum muſicarum propediem edendos, quibus rem demonſtrando rationibus, quaſi manibus palpabilem reddo. Poterit iſtud MERSENNUS ſuo tempore magis aperire, cui fere tantundem de tuo inſtituto laudatiſſimo inſinuavi. Verum ſingulari libro ad S. D. N. URBANUM PP. VIII. ſpecialiter directo, brevi demonſtrabo, cantum omnem hactenus in eccleſiis uſurpatum, qua ratione intervallorum, qua ratione numeri, temporisque intervalla metientis, inertem ineptiſſimumque eſſe ad pietatem ſacris verbis exprimendam." Paullo ante dixerat, plurimum ſe laboraſſe, ut muſica flexanima „(qualem (addit) nunquam vidi, ſed tantum temerarie laudatam legi)" redderetur: „Efficax nimirum, oratorio more ad docendum, delectandum, & movendum;" ut rem in ſynopſi explicat phi-

Num. 87. lomuſo inter epiſtolas *Donianas*. Id mea ſententia unum ac palmare foret ex antiqua muſica poſtliminio revocandum; ſed id libri ἁρμονικῶν, qui ſuperſunt, non docent; neque adeo eorum præcipuus editor WAL-

T. III. opp. p. 175. LISIUS ſibi perſuadere potuit, veterem muſicam accuratiorem noſtra fuiſſe; in appendice de veterum harmonia ad hodiernam comparata, eo interim facile conceſſo, *cum id ſibi ſolum fere proponant hodierni muſici, ut animum oblectent; potius quam (quod affectaſſe videntur veteres) ut affectus huc illuc trahant: fieri omnino poteſt, ut in movendis affectibus, ipſi quam nos, peritiores fuerint &c.*

In ipſa etiam praxi muſica. XIII. Qui ſecum animo reputat ſummam *Græcorum* in omni genere diſciplinarum præſtantiam præ cæteris nationibus, quas omnes barbaras exiſtimabant, ſimulque perpendit, quo loco pretiove apud eosdem muſica fuerit, facile ſibi in animum inducet, ad quem perfectionis gradum muſica tantopere exculta æſtimataque pertigerit. *Cornelius* NEPOS in præfatione operis *de Imperatoribus Græcorum illuſtribus* non dubitat „fore, qui hoc genus ſcripturæ leve, & non ſatis dignum ſummorum virorum perſonis iudicent; cum relatum legent, quis muſicam docuerit EPAMINONDAM; aut in eius virtutibus commemorari, ſaltaſſe eum commode, ſcienterque tibia cantaſſe. Sed hi erunt fere, qui expertes litterarum *græcarum*, nihil rectum, niſi quod ipſorum moribus conveniat, putabunt. Hi ſi didicerunt, non eadem eſſe omnibus honeſta, atque turpia, ſed omnia maiorum inſtitutis iudicari: non admira-

mirabuntur, nos in *Graiorum* virtutibus exponendis, mores eorum ſecutos.“ Sic dum in EPAMINONDA ea, quæ ſunt allata, memoraſſet, adiungit: *atque hæc ad noſtram conſuetudinem ſunt levia, & potius contemnenda; at in* Græcia *utique magnæ laudi erant.* Hinc etiam eſt, quod vix argumentum hoc attigerint veteres ſcriptores *latini*, quæve de muſica ſcripſerunt, ex *Græca* diſciplina ſunt deſumta. Neque vero ad nos usque pervenerunt exempla muſicæ veteris, ex quibus de eius præſtantia iudicium fieri queat, præterquam pauca quædam obſcuri alias poetæ DIONYSII in CALIOPEN, NEMESIN, & APOLLINEM, a D. BURNETTE cum notis antiquis & recentioribus edita: dum MEIBOMIUS ſuo marte rem agit, qui cum coram CHRISTINA *Sueciæ* regina veteris muſicæ exemplum in choro muſicorum proferret, ira excanduiſſe admodum fertur, quod effectus haud reſponderit, quem ipſe vane conceperat animo, a muſicis, veteris utique muſicæ ignariſſimis, in ſcenam producto ſpecimine, ut pluribus in eius vita narretur apud philologos.

Ipſe *Attico* perfricat ſale *Ath.* KIRCHERUM in præfatione ad *antiquæ muſicæ auctores*, plus ab eo exſpectans, quam propoſitum habuiſſe ipſe epiſtola ad DONIUM data exponit: „Ad me quod attinet (ſunt KIRCHERI verba) iam Deo laus, tandem ad finem perduxi laborioſum opus muſicum, quod artem magnam conſoni & diſſoni intitulo: in quo dum philoſophum, aut mathematicum potius, quam philologum ago, ita antiquo-modernæ muſicæ agitatam controverſiam parce quoque attingo; hoc unicum agens, ut modernæ muſicæ imperfectionem oſtendam, modum, quo perfici poſſit, doceam. Quod dum facio, ſæpe celeberrimi nominis tui perhonorificam mentionem facio.“ Sequuntur paullo poſt epiſtolæ duæ ipſius DONII ad *Iſaacum* VOSSIUM, antiquæ muſicæ inſignem, ut mox videbimus, patronum, quibuscum opus *de præſtantia muſicæ veteris* transmittit, quid in ea diſceptatione ſit ſecutus, his in poſteriori epiſtola exponens verbis: „Nempe, ut antiquorum exemplo recentiorum induſtriam acuam ad nobilem hanc facultatem expoliendam augendamque: cuius certe conſilii tam ſalubris, atque innoxii, niſi te fautorem ac vindicem futurum crederem, haud ſatis expendiſſe viderer, quid deceat hominem inſtituto religioſum, patria *Germanum*, natura probum atque ingenuum.“ Ipſe eo in opere NICOLAUM quemdam *Vincentinum* ſugillat irridetque, tamquam præcipua (opinione ſua oppido falſus) ſui parte veterem abſolutamque muſicam reſtituerit, ſpecioſum illud, ne dicam arrogans, archimuſici cognomentum affectaverit, & gloriabundus cecinerit:

Epiſt. 143.

Epiſt 148. & 149.

T. I. opp. p. 91.

Muſica priſca caput tenebris modo ſuſtulit altis.

T. I. opp. p. 124. Laudat vero poſt multa triumviros illos, qui monodicum ſtylum non tam proprio marte, quam eruditorum, qui tunc *Florentiæ* erant, conſiliis atque adhortationibus in uſum revocarunt, exeunte nimirum ſæculo XVI. & deinceps in progreſſu ſequentis ſæculi, ut iam ſupra obſervavi de academia illa muſica *Florentina* ad ornatum muſicæ reddendum reſtituendumque veterem ſtudia conferente: qui certe præcipuus cultus ea in ſimplicitate verſabatur, quam recens peſſumdedit muſica; muſicam vero ſacram multo magis decet, quam theatralem, in qua potiſſimum elaborabat academia *Florentina*. *Petrus* tamen BARDI, *Ioannis*, qui ea

Epiſt. 71. p. 118. diſciplina præſtabat, filius, data ad DONIUM epiſtola, palam facit, ipſum etiam *Vincentium* GALILÆI experimentum eiusmodi in muſica eccleſiaſtica, & quidem ſacratiſſima hebdomadæ ſanctæ, feciſſe. Dignus eſt locus, quem exſcribam, quo quippe aliorum etiam nomina ſtudiaque in

a ea palæſtra exponuntur a). Taceo reliqua ab inſtituto præſenti aliena,

Trattato della muſ. ſcen. c. 9. *T. II.* opp. p. 22. *&c.* pag. 323. quæque idem DONIUS in eandem rem alibi proſequitur, quasque in alio genere veteris muſicæ laudat Tr. II. *Sopra il genere Enharmonico*, compoſitiones muſicas *Petri* EREDIA, *Ludovici* ROSSI, *Petri de* VALLE, *Virgilii* MAZZOCCHI, & aliorum.

Id an licuerit in muſica polyphona. XIV. Sed fruſtra hæc omnia, quod ad imitationem, reſtitutionemque ſuæ perfectioni veteris muſicæ attinet, venditantur mea ſententia, quam initio libri tertii *de muſica ſeu concentu plurium vocum* expoſui: neque ullis adhuc idoneis argumentis eas apud veteres obtinuiſſe patroni muſicæ veteris demonſtrarunt. Agnoſcit *Io. Bapt.* MARTINI, b) hodiernum

b

a) Il GALILEO ſeguitando ſi bella impreſſa, comſe parte delle lamentationi, e Reſponſi della ſettimana ſanta, cantate, nella ſteſſa materia in devota compagnia. Era allora nella comerata di mio padre *Giuilio* CACCINI d'eta molto giovine, ma tenuto raro cantore, e di buon guſto, il quale ſentendoſi inclinato a queſta nuova muſica, ſotto la intera diſciplina di mio padre comincio a cantare ſopra un ſolo ſtrumento varie ariette, ſonetti, e altri poeſie, atte adeſſere inteſe, con maraviglia di chi lo ſentiva. Era ancora in *Firenze* allora *Iacopo* PERI, il quale come primo ſcolare di *Criſtoforo* MALVEZZI, e nell' organo, e ſtromenti di taſto, e nel contrappunto, ſonava, e componeva con molta ſua lode, e tra i cantori di queſta citta era ſenza fallo tenuto a neſſuno inferiore. Coſtui a competenza di GIULIO ſcoperſe l'impreſſa dello ſtile repreſentativo, e troppa anichita, che ſi ſentiva nelle muſiche del GALILEO addolci inſieme con GIULIO queſto ſtile e lo reſero atto a muovere raramente gli affetti, come in progreſſo di tempo venne fatto all' uno e all'altro. Per la qual coſa eſſi acquiſtarono il titolo di primi cantori e d'inventori di queſto modo di comporre e di cantare. Il PERI aveva piu ſcienza, & trovato modo con ricercar poche corde, e con altra eſſatta diligenza d'imitare il parlar famiiare acquiſto gran fama. La prima poeſia che in ſtile repreſentativo foſſe cantata in palco fu la favola di *Dafne* del Signor *Ottavio* RINUCINI meſſa in muſica dal PERI &c.

b) Non v'ha dubbio, che molte parti di eſſa muſica (*greca*) non poſſono eſſe es guirſi nel loro eſſere perfetto nella noſtra muſica, come ſono li tre generi diatonico, cromatico, & enarmonico con le loro ſpecie; coſi pure i tuoni o modi, tante diverſita di ſtrumenti, e il Ritmo con quella eſattezza, che li praticavano i *Greci*, per che il noſtro contrappunto ce lo impediſce, non eſſendo con eſſo combinabili. T. II. *Storia della muſica* differt. 3. p. 300.

diernum contrapunctum obſtare in multis, ne muſicam veterum aſſequamur. Dementiæ equidem accuſat eos *Iſ.* Vossius, qui aſſerere non dubitarint, concentum plurium vocum prorſus veteribus ignotum fuiſſe. Sed certe contrarium Vossius nec dicteriis ſuis, nec allatis ibidem teſtimoniis comprobavit. Et *Io. Bapt.* Donius in MSS. veteris muſicis tantopere verſatus, ad hanc obiectionem initio libri de præſtantia muſicæ veteris factam, multo adhuc ſegnius, recentium ſcriptorum auctoritatem opponit. Meibomius nec agitavit quidem iſtam quæſtionem; Wallisius vero hanc hodiernam muſicam veteribus, quantum ex ſuis, quos verſavit, ſcriptoribus ſcire potuit, ignotam pronunciat in appendice de veterum harmonia ad hodiernam comparata. „Quamquam enim (adiungit) tale quid innuere videantur, quæ apud Ptolomæum occurrunt cap. 12. lib. 2. voces aliquot *ἐπιψαλμὸς, σύγκρουσις, ἀνάπλοκὴ, καταπλοκὴ, σύρμα, καὶ ὅλως ἡ διὰ τῶν ὑπερβατῶν φθόγγων συμπλοκὴ* (quæ deſiderari dicit præ aliis inſtrumentis in monochordo canone, eoquod manus percutiens unica ſit, nec poſſit diſtantia loca ſimul pertingere) quæ faciunt, ut plures aliquando chordas una percuſſas putem: id tamen rarius factum puto, in unis aut alteris ſubinde ſonis, non in continuis, ut aiunt, partibus (ut ſunt apud nos Baſſus, Tenor, Contratenor, Diſcantus &c.) altera alteri ſuccinente; aut etiam in diviſionibus (ut loquuntur) ſeu minuritionibus cantui tardiori concinentibus. Quorum ego in veterum muſica vix ulla veſtigia (haud certa ſaltem) deprehendo.“

De poematum cantu & . iribus rhythmi p. 81.

T. I. opp. p. 113. *&c.*

T. III. opp. math. p. 175.

Neque vero illis ex recentioribus, loc. cit. nominatis, qui tertiæ ſaltem ſymphoniam apud veteres ſtatuerint, favent, quæ idem obſervat, veteres in conſonantiarum cenſum non admiſiſſe ditonum, aliasque præter diateſſaron & diapente compoſitiones in cantum admiſſas, quas *ἐμμελεῖς*, ſonos concinnos dicere contenti, aut etiam *ἐμμελίας*, concinnitates, conſonantias non dicebant: ſive quæ ſunt minores quam diateſſaron, ut dieſis, hemitonium, tonus, triemitonium, ditonum: ſive quæ ſunt conſonantiis interiectæ, ut tritonum, tetratonum, pentatonum, & horum ſimilia intervalla ſucceſſiva. Agnoſcit Abb. Roussier, muſicum ſyſtema *Græcorum* totum comparatum fuiſſe ad huiusmodi intervalla & conſonantias ſucceſſivas, atque a ſuis gentilibus etiam quoad *tertiæ* ſymphoniam abit ſententia, inde quod ditonus pro diſſonantia apud veteres ſit habitus. Abb. Fraguier Peraltio, Wallisioque locum Platonis oppoſuit, ſed D. Burettum a ſua non retraxit opinione, etſi is pluſculum indulſerit, ut notavimus ſupra p. 106. &c. veterum *σύμφωνον*, & *ἀντίφωνον* explicantes, circa quas voces contrarie ſentiunt hi auctores. Datæ a nobis interpretationi de conſonantia octavæ per

Ib. p. 155.

Memoire ſur la Muſique des anciens pag. 9. *&c.* 195. *&c.*

Marpurg. muſic. Beyträge II. B. p. 45. *ſq.*

Diar. Itin. muſ. P I. p. 249. &c.

per ἀντίφωνον ſignificatæ favent inſtrumenta muſica vetera, reperta in *Herculano*, ut eſt a D. Burney annotatum.

Præſertim quoad vim verborum exprimendam.

XV. Non eo ego hæc profero, ut tam variam noſtram multiplicemque muſicam præ ſimplici monodicaque veteri extollam, ad præſens certe inſtitutum argumentumque de muſica ſacra, cantuque eccleſiaſtico; quem ideo planum appellamus, atque ab uſu, locoque in quo perenni hactenus præſcriptione obtinet, choralis dicitur, in genere diatonico omnium antiquiſſimo, quo verba ordinate decurrunt, ſuaviterque per cantum animo influunt. „Adde (utor laudati Wallisii verbis) quod eorum muſica ſimplicior uniusque vocis, non ita prolata verba obſcurabat, ut noſtra magis compoſita: unde fiebat ut (verbi gratia) tragica verba cum geſtu tragico, tragico carmine, ſonoque tragico prolata (quæ omnia componebant eorum muſicam) non mirum ſi tragicos affectus concitabant (haud ſecus quam apud nos in agendis tragœdiis) pariterque in cæteris affectibus.“ Experientia docet, quantam vim ad inſinuandum ſeſe animo, eumque commovendum habeat declamatio ſcite facta, aut ſimplex etiam cantio, uno forte alteroque inſtrumento muſico ſociata, quæ verborum ſententiam non obſcurent, ſed eis energiam conferant potius: quod, ſi uſpiam alibi, certe in muſica ſacra omnino ſpectandum foret. „Ecquis etiam, (inquit *Iſ.* Vossius) hoc noſtro ſæculo, dummodo aures teretes & delicatas habeat, non libentius audiat vocem ſolitariam, & ſingula verba ad ſonum teſtudinis aut citharæ diſtincte proferentem, quam integrum chorum muſicorum, ubi nihil præter confuſum murmur, & vix tria intelligas verba? Quam diſpar hac in parte antiquorum fuerit ratio, vel ex eo colligas, quod etiam in choris tragicis, licet plura pulſarentur inſtrumenta, pluresque ſimul cantarent, vitioſum tamen haberetur, ſi vel unica infuſcaretur vocula. Hoc vero ut aſſequerentur, utrumque neceſſe erat, ut nempe ſingulæ voces & ſyllabæ ſimul & eodem exacte ſonarent tempore, & iſtud præterea, ut unius vox cæteris fortius & clarius verba intonaret, reliquis ſummiſſa voce concentum ad unam referentibus perſonam, ut veteres docent Grammatici. Aliquando tamen cæteris ſilentibus unus ſolus totum chori canticum ad tibicinis modos abſolvebat, & tum monodia fiebat.“

Loc. cit. pag. 175. &c.

De Poematum cantu & viribus rhythmi p. 83.

Hunc veterem ritum propius aſſequi liceret in cantionibus, quas *Arias* vocare mox eſt, ſi verborum intellectui locus relinqueretur, nec tam ſæpe facileque diſcerperetur ſententiæ contextus, aut ita cantoris vitio, qui oſtentendæ voci ſolum intentus eſt, pronunciarentur verba, ut ſenſus

ſus

ſus haud percipiatur. „Quare blanda licet (inquit Domnus Calmet Diſſert. in muſicam *Hebr.* auctore etiam modo laudato Vossio uſus) & ſuaviſſima carmina, cum ne percipi quidem poſſint, nihil movendis cordibus valent. Dum aures melodiæ ſuavitate mulcentur, errare in incertum ſpiritus cogitur; quippe qui nihil ſatis certum & diſtinctum aſſequatur. Hinc nulla ſatis plena voluptas, & cor in duas partes diſtrahitur: cum melodia quidem, non vero ſenſu carminis afficiatur. Profecto ſi una ſimul vox, harmonia, & ſenſus patens verborum in ſpiritum influeret, aliter ſane, quam quod noſtra ætate ſoleat, moveretur; quemadmodum virtus unita plus valet, quam diviſa. Id imprimis ſpectabant veteres, ne quid unquam de carmine, quod cantabatur, excideret: quod perquam commode contingebat, cum multiplex ille vocum numerus in eadem verba conſonaret, omnesque ſimul cantores a validiori præcentoris voce ducerentur. Reſpondebat apta verbis harmonia; id agentibus illis viris, ut, quam poſſent maxime, naturam & vocem hominis in iis rerum circumſtantiis, quas carmina exprimebant, imitarentur. Chori in comœdiis & tragœdiis veterum nunquam ſupra naturalem loquendi modum vocem elevabant. Porro quantum ratio illa cantandi animis capiendis valeret, demonſtrat eloquentiſſimi alicuius declamatoris oratio, qui naturam imitari, & aptum verbis geſtum iungere norit. Quis rogo vim eius orationis non ſentit? Ita pariter reputandum eſt de muſica nativa, & in ipſa ſimplicitate ſua numeroſiſſima."

XVI. A nobis iam eſt ſupra obſervatum, declamationem apud veteres ad notas muſicas fuiſſe compoſitam, cum inſtrumentis etiam muſicis. Id de præſentationibus theatricis demonſtravit *du* Bos. Quodque Blainville de *Ægyptiis* etiam & *Hebræis* obſervavit, id de *Græcis*, *Romanis*que certo habetur, omnem eorum muſicam genus quoddam declamationis fuiſſe. Coniuncta porro erat actio: *Numeros muſices*, inquit *Fab.* Quintilianus, *duplices habet, in vocibus & in corpore, utriusque enim rei aptus quidam motus deſideratur.* Sic ipſa ὄρχησις, ſeu ſaltatio, cum muſica fuerat ſociata haud raro in ipſis ſacris, quod primis eccleſiæ ſæculis ab eccleſiis noſtris, ut vidimus, exterminari penitus haud potuit. Medio dein ævo ludi etiam quidam ſacri obtinuerunt, ac ſpectacula. P. Menestrier ſingulari de ſpectaculis, ſeu repræſentationibus muſicis opere a peregrinantibus ad loca ſacra, expeditionemque ſacram in *Palæſtinam*, in patriam reducibus primam originem earum repetit, quæ ſæculo decimo quarto in ſcenam deinde ſeu theatrum fuerunt deducta in *Anglia* primum & *Galliis.* In recenſione opuſculi inſcripti *le*

Declamatio muſica, repræſentationesque ſcenicæ.

Ap. Marpurg Beyträge IV. B. p. 151. &c. *Blainville Hiſt. de la muſique diſc. prelim. p. IX.* *Quintilian. Inſtitut. L. I. c. 12.*

Marp. II. B. p. 426.

le Glorie della poeſia & della muſica contenute nell' eſatta notitia de teatri della citta di Venezia, memoratur an. 1480. dramate muſico Converſio S. Pauli *Romæ* repræſentata. Ubi poſtea *Oratoria* inſtituta vergente ſæculo XVI. a S. Philippo *Nerio* feruntur, auctore *presbyterorum Oratorii*; unde aptum nominis etymon repeti poteſt, atque etiamnum frequentantur *Romæ* in eccleſia huius Sancti, ac ordinis, *Chieſa nuova* appellata, tum alibi ubivis gentium apud Catholicos & Acatholicos. Proxime veteri declamationi accedit ſtylus, qui recitativus apte dicitur, uſitatus in oratoriis perinde ac in ſpectaculis muſicis (quæ *opera* vocare uſu obtinet) iam a proximis ſæculis haud raro res ſacras repræſentantibus, in noſtra etiam *Germania* auctore parente poeſeos *Martino* Opiz ſuperiore ſæculo ineunte, ut videre eſt apud Marpurg *Muſic. Beytr. III. B. p.* 281. 288. *add. IV. B. p.* 17. *hiſtor. critiſche Nachrichten von den geiſtlich- und weltlichen Opern in Engeland, aus der Bibliotheque Britannique* T. XV. P. I.

Proſodia, ac rhythmus muſicus.

XVII. Apud veteres tria hæc individua erant in omni cantu ac muſica, melos ipſum, modique muſici, ſermo, metrum ac rhythmus, ſeu verborum numerus: quas poſteriores partes vulgo negligi, ac ſpoliari etiam penitus muſicam poſteriori ſeu rhythmica parte, conqueruntur haud iniuria veteris muſicæ æſtimatotes, inter cæteros laudati ſæpe Donius, ac Vossius. Quorum ille poematia duo muſicis modis ita aptata, ut quantitatis ſyllabarum ratio, atque emendatæ pronuntiationis ingenuus ordo ſervaretur, edidit, ut teſtatur eius biographus Bandinius; additque rem nemini antea tentatam, feliciſſime ceſſiſſe. Supra tamen, cum de muſica figurata tractaremus, alia eiusmodi ex Glareano citavimus exempla; me vero latet, an Donii his potiora fuerint, qui in hac re ſingulare ſtudium poſuit, edito etiam *diſcorſo della ritmopeia de' verſi latini e della melodia de cori tragichi*, atque in opere *de præſtantia muſicæ veteris* graviter in defectum muſicæ recentioris circa hanc rem invehitur. *Iſaacus* vero Vossius in toto illo opere de *poematum cantu & viribus rhythmi* ſaxum hoc verſat, totumque pene vitium hodiernæ muſicæ in hoc reponit, ſtatim in præfatione ſic effatus: „Quippe cum omnis cantus aut harmonia, quantumvis elegans, ſi & verborum intellectus & motus abſint aliquid ſignificantes, nihil niſi inanem continet ſonum; nemini mirum videri debet, abeſſe ab hodierna muſica eam virtutem, quæ tantopere iu veteri prædicatur. Si quis huius ſeculi audiat cantores, vix decimam partem eorum, quæ canuntur, intelliget. Producendo breves, & longas contra naturam ſermonis corripiendo, ac decies ſæpius eadem

T. II. opp. p. 203.

repetendo

repetendo vocabula adeo deformant & mutilant veram & legitimam pronuntiationis rationem, ut ſenſum carminis penitus deleant. Solum ſi exceperis ſcenicum, & recitativum, ut *Itali* vocant, cantum, vix aliam hoc tempore audias muſicam, in qua verborum habeatur ratio. Et tamen hæc ipſa recitativa, ut appellatur, non ita diſtinctam continet enuntiationem, ut non ſæpiſſime in ſyllabarum peccet quantitate. Nec ſolum iſtoc, ſed & alio quoque præcipue laborat vitio, quod rhythmo, id eſt concinno carminis motu, qui eſt veluti anima cantus, penitus deſtituatur." Toto vero illo opere id agit, ut τὸ πᾶν παρὰ μȣσικοῖς, omnem ſcilicet vim muſicæ in rhythmo reponat: in hunc etiam hodiernæ muſicæ invectus defectum, quod nullus alius frequentetur plau- *Pag.* 86. ſus, quem tactum vocant, præter menſuram quadratam, quæ diſpondæum, ſi ſola ſpectes tempora, repræſentet: & præterea ſeſquialteram aut triplam vulgo dictam: auctor vero eſt, ut unicuique pedi ſuus ſingillatim attribuatur, & quot pedes, totidem quoque diſcrepantes inducantur motus ſeu plauſuum menſuræ & figuræ.

Sed hæc cuiusmodi ſint, viderint muſici practici, præſertim quoad themata muſicæ eccleſiaſticæ, de quibus nos ſuo loco locuti ſumus. Neque etiam admodum proficient, quæ Bannius de ea re ſciſcit, ſaltem prout in breve ſchema ſunt contracta in epiſtola inter *Donianas*, qua breviter expo- *Num.* 87. nit opus ſibi propoſitum, ut flexanima eſſet muſica, efficax nimirum oratorio modo ad docendum, delectandum, & movendum. Plus ego doctrinæ ineſſe exiſtimem pro muſurgo in ſequentibus Plutarchi verbis in comment. de muſica: „Nunquam tenebit harmonicam tractationem is, qui ad hanc ſolam eſt cognitionem progreſſus: verum ille haud dubie, qui unaquaque in arte ſe atque in univerſo muſices corpore, partiumque temperamentis compoſitionibusque, excoluit. Quando qui harmonicus ſolum eſt, hic quodammodo eſt circumſcriptus. Ut autem univerſe dicam, ſenſum & intelligentiam oportet concurrere in diiudicandis muſicæ partibus: ut neque præeant ſenſus, quod accidit præcipitibus; neque a tergo relinquantur, quod uſuvenit tardis. Contingit aliquando in ſenſibus utrumque, ut ob naturæ inæqualitatem & antecurrant, & tardius æquo veniant: hoc ergo adimendum eſt ſenſui, ut poſſit æquali curſu comitari intellectum. Semper enim neceſſe eſt, tria hæc una in auditum incidere: ſonum, tempus & litteram vel ſyllabam. Fiet autem, ut e ſono eiusque ingreſſu harmoniam, e tempore rhythmum, e littera id, quod dicitur, intelligas: quæ cum ſimul procedant, ſimul etiam ea ſenſus excipere debet. Simul & hoc evidens fit, ubi horum quodque ſenſus a reliquis ſeparare non poſſit ac ſeorſim per-

pendere, eum non poſſe diſcernere vitioſum a recto. Enim vero principe loco de continuatione eſt cognoſcendum, quæ apprime ad vim iudicandi requiritur. Bene enim an ſecus habeat carmen, non deiunctis a ſe invicem ſonis, temporibus, litterisve cernitur, ſed in continentibus; eſt enim commixtio quædam partium, quæ in uſu non ſunt compoſitæ." Sed quid nobis hodierna de muſica exſpectandum eſt, in qua omnia ad vanam oſtentationem propemodum ſunt compoſita in vocibus, inſtrumentis muſicis, ipſaque melotheſia ad ſtuporem quemdam animi admirationemque conciliandam, artificioſa celeritate ad atomos usque, ut ita dicam, ſonorum, nunc per molles inflexiones melodiæ, alias per ſtrepitum harmoniæ. Vitiis his muſica *Italica* præcipue laborat, & quod mirum eſt, pro illius ſingulari ornatu cultuque habetur, poſtpoſita nempe ratione, ac intellectu, quo præditi cæteris animantibus præſtamus; fuitque primarium apud veteres ſtudium, ut ſonus muſicus vim præſtaret, energiamque verbis ac ſententiæ apte metro rhythmoque il-
a ligatæ. a)

In muſica noſtra figurata. *T. II. opp. p.* 137.

XVIII. Hoc eſt ad propoſitum noſtrum, pro dignitate nimirum honeſtateque muſicæ ſacræ, quod laudatus BANNIUS univerſim obſervandum imprimis vult, ne voces aptiſſimo numero verba recitantes, & citra mutuam perturbationem diſtincte ſatis orationem pronunciantes, nimia temporis ſeu menſuræ velocitate in chaos quoddam confuſum præcipitentur. Notarum triplex tantum admittit genus, ſemibrevem 𝅝 minimam 𝅗𝅥 & ſemiminimam 𝅘𝅥. „Lenta admodum conſtituenda eſt (addit) temporis æqualis menſura, ad eam nimirum tarditatem producta, ut quatuor fuſæ ſingulis ſyllabis aptatæ, nullo negotio, hoc eſt, clare, diſtincte, faciliterque ſine confuſione pronunciari, & intelligibiliter audiri queant." Econtra autem *Iſaaco* VOSSIO hodiernus plauſus quadratus

De poematum cantu &c. pag. 84.

a) BLAINVILLE ad finem prolegemenorum in hiſtoriam generalem criticam, & philologicam muſicæ an. 1767. ed. novum nobis muſicæ genus, imo veteris muſicæ decorem in *Gallia* refloreſcentem, denunciat, quo egregia nobis de rhythmo muſico ſperare liceret. „Un nouveau genre s'annonce, la voix ne cherche plus a briller par des ſons eclatans, le goſier a charmer par des gaſouillemens agreablement répétés: un rithme precis & marqué prend la place d'une proſodie molle & ſans effet. Nous avons une Muſique enfin, une muſique, dont le genre plait, & ſeduit, & qui peint la nature ſous des formes nouvelles, dont l' *Italie* meme jalouſe ſemble n'oſer ſe plaindre des larcins qu'on lui fait. Les inſtrumens dociles donnent aux chants, a l'harmonie de nouvelles graces, de nouvelles beautés; rien ne reſiſte, tout ſe prête aux delicateſſes les plus exquiſes; on parle, on exprime, on ſe fait entendre."

tus, quem vulgo tactum appellant, quod pedum olim nunc manuum uterentur officio, nimis tardus & piger eſt, quam ut ad illum ſyllabarum exigi queat quantitas. Roscium, qui actione ſcenica, perinde ac apud *Græcos* Æsopus, maximas ſibi comparavit divitias, Cicero laudat, atque in exemplum adducit, quod ſeneſcens tardius declamaverit, atque tibicinem menſuram moderari iuſſerit. Convenit hoc quodammodo ſtylo noſtro, quem recitativum vocamus. Veteribus autem nullo hic opus fuit notarum diſcrimine, quibus nos ad cantum figuratum utimur; cum apud illos ipſum carminis genus ac ſyllabarum quantitas ſuapte moram determinaret, duplo in longis ſyllabis, quam in brevibus tardiorem. Arſis & theſis in recitatione gravi & acuto accentu deſignabatur. Acceſſerunt vero ſucceſſu temporis alii etiam grammatici accentus ad decem usque. Hi forte ii ipſi ſunt, quos *Io. Bapt.* Donius in antiquo bibliothecæ *Vaticanæ* ſcriptore notavit ad muſicam applicatos, *notulas quasdam lineolis multipliciter inter ſe iunctis, quibus temporum ſpacia numerosque indicarent; quas pari ratione unicuique ſyllabæ ſuperpoſuiſſe videntur. Ad diſcriminandas vero baſeis ſive rhythmorum menſuras, ac percuſſiones, punctis utebantur, quæ quibus erant ſyllabis, phthongis notisque ſuppoſita, in eas arſin incurrere innuebant.* Meminit etiam ex Alypio notarum veterum muſicarum, quarum ingens erat numerus, peculiaresque pro unoquoque modo ac genere muſicæ. „Hunc notandi morem (ſunt Donii verba) ſi in univerſum recentiori præferam, profecto amens ſim, ac nimius vetuſtatis admirator: neque eſt ingenuitatis meæ diſſimulare, quodnam quidque ſine ullo partium ſtudio mihi maxime placeat. Aio igitur generatim hodiernam methodum mihi potiorem videri.“ Addit nihilominus quasdam proprias vetuſtæ rationi commoditates; Vossius vero omnino expeditiorem & breviorem fore antiquam quam hodiernam methodum exiſtimat, ubi quis ſemel elementa illa perdidicerit. Dubito autem, an huius rei experimentum ceperit Vossius; ſunt certe vetera notarum ſigna pro noſtra muſica tam varia, ſive menſuratam ſive polyphonam ſpectes, prorſus inepta.

De præſtantia vet. muſ. p. 160.

pag. 89.

XIX. Hæc ipſa etiam ſymphoniurgia noſtra, ſeu plurium ſimul vocum concentus, omne illud, quod adhuc in genere noſtro diatonico, quo in cantu chorali utimur (niſi & illud adhibito organo obfuſcetur) ſuperfuit, ſuſtulit diſcrimen modorum muſicorum veterum Dorii, Phrygii &c. quibus a veteribus tanta tamque diverſa vis eſt attributa ad movendos affectus. Cuius rei *Laurentius* Mizler in recenſione Wallisii de veterum harmonia ad hodiernam comparata, præter ingens veterum in hoc ſtu-

Modi muſici veteres.

dium contentionemque, hanc etiam ſtatuit cauſam, quod rara admodum apud veteres fuerit, ac in ſimplici monodicaque muſica illa verba probe percepta in animum ſuapte ſeſe inſinuaverint. a) In *Gallia*, ut iam ſuo loco obſervavimus, ſingularis aliquis modus venditari eſt viſus, qui *mixtus* eſt appellatus, cum tamen ipſiſſimus ſit deuterus generis diatonici puri, a cantu plano ſeu monodico ad ſymphoniacum noſtrum traductus. Unde recte de eo ROUSSEAU in ſuo lexico muſico v. *Mode*: „Ce nouveau Mode n'etant (inquit) point donné par analyſe de trois accords comme les deux autres, ne ſe détermine pas comme eux par des harmoniques eſſenciels au Mode, mais par une *Gamme* entiere, qui lui eſt propre, tant en montant, qu'en deſcendant; en ſorte, que dans nos deux Modes la *Gamme* eſt donnée par les accords, & que dans le Mode mixte les accords ſont donnés par la *Gamme*.“ *Pariſiis* primum an. 1751. propoſitum memorat a D. BLAINVILLE, qui eum p. 120. *Hiſt. de la Muſique* exponit; examinat vero, & in ſuum locum reſtituit Abb. ROUSSIER, *Memoire ſur la Muſique des Anciens* not. XXIX. pag. 176. ſeq. ubi etiam agit de haud abſimili modo, veluti ad reformationem quamdam modi minoris a P. *Iuvenali* SACCHI explicato Diſſertat. *del numero e delle miſure delle corde muſiche e loro corriſpondente* cap. 6. &c. Add. ROUSSIER not. XXXIX. p. 229. ſeq.

Geneſis conſonantiarum pro ſyſtemate muſicæ veteris & novæ.

XX. In nulla vero re conſtanter adeo, &, ſi ita dicere liceat, pertinaciter antiquitati adhæſerunt muſici ætatis poſterioris usque ad præſens fere tempus, quam in geneſi conſonantiarum &c. ipſo adeoque ſyſtemate muſico: cum tamen mutato muſicæ genere hic facile ſeceſſionem facere licuiſſet. Vetus ſyſtema muſicum *Pythogoricum* comparatum fuerat, compoſitumque ad ſeriem conſonantiarum ſucceſſivam, quam nos muſicam melodicam appellamus, veteres autem harmoniam dicebant, eius harmoniæ, quæ medio demum ævo cepit, atque hactenus exculta obtinet, ignari. Nihilominus muſica noſtra theoretica eidem fundamento ſuperſtructa fuit, iisdemque principiis; donec noſtra demum memoria aliud fundamentum ab experientia petitum ponerent in *Galliis* RAMEAU, d'ALEMBERT, in *Italia* TARTINI, GEMINIANI, in *Germania* SERRE, BETHYZI, MARPURG, SORGE. Ex quibus duo poſteriores acriter inter ſe digladiati lucem tamen ad illuſtrandum novum ſyſtema a RAMEAU primum excogitatum attulerunt: quod mireris, in his concertationibus vetus nihilominus de quartæ conſonantia crambes eſt recocta. De numeris

a) Addit votum pro muſurgis hodiernis, præſertim eccleſiaſticis: „Ach daſs doch in dieſem Punct, ſonderlich die geiſtlichen Herren Componiſten, gut griechiſch würden.“ *Muſicaliſche Bibliothek I. B. 2. Th. p.* 23.

neris ſeu rationibus proportionibusque harmonicis fuit etiam concertatio, ac diſpar quidem opinio, quarum tamen uſum ac vim primus d'ALEMBERT auſus eſt labefactare ac ROUSSEAU, quoad gradum etiam illum delectationis aurium, quem EULERUS mathematice ex numeris harmonicis ſibi demonſtraſſe eſt viſus: quæ indicaſſe ſaltem verbo, a propoſito noſtro alienum haud fuerit.

Diatonicum, chromaticum & enharmonicum genus.

XXI. Multæ proximis ſæculis diſquiſitiones, diſceptationesque factæ ſunt de tribus muſicæ generibus, diatonico, quale ex diverſis ſpeciebus apud veteres, in noſtra muſica obtineat, chromatico & enharmonico, qualia apud veteres fuerint? quæ eorum veſtigia in hodierna muſica aut ſupereſſe videantur, aut reſtitui poſſint? Quæ omnia vero BANNIUS explodit in hodierna, partim etiam in ipſa veteri muſica, laudata iam ad DONIUM epiſtola: qui varias lucubrationes edidit, tum de genere diatonico eiusque ſpeciebus, quales apud veteres fuerint, hodieque in uſu ſint; quod eſt argumentum tertiæ circa genus' diatonicum omnium antiquiſſimum vulgatiſſimumque diſſertationis a), ubi rem accuratius diſcutit. In diſſertatione proxime antecedenti *de diatonico æquabili* TOLOMEI, ZARLINUM citat, vocatque revera ſcientiſſimum & principem muſicorum modernorum, qui flocci exiſtimarit, quidquid circa tria genera memoriæ prodiderint veteres. Nihilominus inſtrumentum enchordum, quod hodieque ſupereſt, ſupra memoravimus a ZARLINO ad concordanda tria hæc genera factum. Quo in ſtudio multi poſtea ſunt verſati, inter alios ſæpe etiam laudatus DONIUS non ſolum variis, quæ inter eius opera habentur, tractatibus de genere enharmonico, verum etiam excogitatis fabrefactisque inſtrumentis muſicis, quæ ipſo opere rem, atque ad praxim exhibeant, agit: quod ad argumentum pertinent diſſertationes nonnullæ, *de violis diharmonicis &c.* Cuiusmodi quidem inſtrumenta ad exprimenda generum illorum intervalla ſecundum veterum uſum aptiora exiſtimo, quam clavichorda illa, quæ genera illa muſicæ noſtræ polyphonæ adaptant, de quo mea ſententia nunquam cogi-

a *pag.* 357.

Delle viole diarmoniche.

a) Dobbiamo anco ſapere che nel Diatonico non una ſola maniera, ma diverſe ſe n'aſſegnano, le quali conſiſtono in qualche differenza notabile e ſenſibile all'orechie; e veramente furono praticate dagli antichi, come ſi conoſce, nel diatonico molle, dal modo, con che ne parla ARISTOSSENO ne' ſuoi elementi armonici; e nel diatonico equabile dal diſcorſo, che ne fa TOLOMEO; e queſte ſono quelle, che ſi poſſano raccontare per ſpecie, e colori diverſi del diatonico come da' *Greci* erano detti, cioé χρόας; o vero queſte diverſita conſiſtono piuttoſto nel opinione di queſto, o di quell' autore, che gli aſſegnano con numeri chi una diviſione, e chi un altra, conforme che erano loro parſe piu belle, commode, e meglio proportionate ſecondo le maſſime, e principi di ciaſcuno: e di queſta ſorte ſono il Diatonico, o Pitagorico; il ſintono di TOLOMEO, di DIDIMO &c. *T. II. opp. pag.* 566.

cogitarunt veteres. Etſi enim ditonus ad hoc aptus eſſe potuerit ; ſed quomodo illi tetrachorda ſua in his generibus diſpoſuerunt, palam reddit, fruſtra eſſe omnes recentiorum illorum conatus, qui mixturam quandam generum occinunt contra veterum uſum. Ipſe Donius loca quædam ex Aristoxeno, tractatu primo ſupra genus enharmonicum profert, in quibus diſerte dicitur, nec genus chromaticum vel enharmonicum ſeriatim duo admittere toni intervalla, δυὸ τονιαῖα ἑξῆς, nec diatonicum duo conſequenter ſemitonia. Unde etiam, quam alibi citat, Galilæi ſententia (quam hoc ſæculo nimis confidenter ſequuntur non pauci, *Galli* præſertim) refellitur, hodie in uſu eſſe genus quoddam ex tribus generibus mixtum ; etſi idem auctor admittat, veteres trium generum miſturas minime adhibuiſſe, ſed perpetuo uſos iis puris fuiſſe, atque impermixtis. Qua de re vero dum Donius exiſtimat *De præſtantia vet. muſ.* neceſſe eſſe eorum melodias multo inſuaviores, atque ad commovendos affectus minus efficaces, quam permultas recentiorum, in quibus chromatici ſaltem admiſtio generis uſurpetur (quales exempli cauſa ſunt, quas *Venuſinus* princeps, & *Thomas* Peccius condiderint) ex ſæpe diluto præiudicio ſententiam fert. *Angel.* Bonatempi in *hiſt. muſ.* illos reprehendit, qui in doctrinam contrapuncti rationes enharmonicas introduxerunt, cum tamen a voce humana ſonus medius ſpiſſi enharmonici exprimi non poſſit, ubi *Baltaſ.* Ferri cantorem celeberrimum exquiſitiſſimumque laudat.

pag. 290.

pag. 370.

T. I. p. 115.

P. II. Coroll. 21.

Ego vero ſententiæ Wallisii lubens accedo, vetera illa genera iam per multa deſueviſſe ſæcula, enharmonicum nempe ob difficultatem, chromaticum vero ob mollitiem. Addit Wallisius: *hodierna muſica, eo ſubtilitatis pervenire non affectat, neque aut vox, aut auris tam minuta facile diſtingueret, prout nos ſaltem nunc dierum exiſtimamus.* Creditur genus enharmonicum cum republica *græca*, chromaticum vero cum *Romana* conticuiſſe. *Iſ.* Vossius vero tam diu non defuiſſe pura illa & impermixta muſicæ genera putat, quamdiu dithyrambica viguit poeſis. Tempore demum Domitiani, & poſtea, mutata linguæ *græcæ* pronuntiatione, etiam antiquam cantandi mutatam fuiſſe rationem : eorum vero, ut conticeſcant, iugulum petit, qui genera illa pura apud veteres obtinuiſſe negant. a) Sed hoc ab inſtituto noſtro, muſica nimirum eccleſia-

Append. T. III. opp. pag. 180.

a) Paſſim (inquit de *poematum Cantu & viribus rhythmi p.* 120. 121.) apud muſicos veteres videre eſt, ita hemitonia & dieſes diſpoſitas fuiſſe, ut a diatonico ſubito tranſitus fieret ad chromaticum & enharmonium purum, quod hodierni muſici, quia ipſi præſtare nequeunt, nunquam factum eſſe contendunt. Serio itaque affirmant, veteres nunquam chromaticum aut enharmonium purum adhibuiſſe, ſed, quod & ipſi faciunt, permiſcuiſſe hæc genera diatonico. Verum adeone nobis ſtulte ſimus amici, ut aliorum ex noſtro captum metiri

cleſiaſtia aliena ſunt, cum prius, ut iam obſervavimus, exoleverint, quam noſtra muſica ſacra effloreſceret. Utinam! ſaltem rectus generis diatonici uſus eſſet conſervatus in eccleſia, aut quodcunque demum muſicæ genus ea, quæ decet domum Dei, reſonet moderatione.

XXII. In vita PYTHAGORÆ IAMBLICHUS c. 10. hæc narrat: diſcipulis ſuis ἐξαρτύσεις & ἐπαφὰς, quas vocabat, muſicas pondere pariter ac ſono conficiebat, atque harmonice componebat, mirabili modo permiſcens modulationes diatonicas, chromaticas, & harmonicas, quibus omnes animi mutabat affectus nuper contra rationem excitatos, atque triſtitiam, iram, miſericordiam, amores obſcœnos, timorem, omne genus appetituum, animique remiſſionem & ignaviam, impetumque excitantes: quos ad rectam virtutis normam revocabat, harmonias convenientes, tanquam certiſſimam medicinam adhibens. Plura addit STANLEY in *Hiſtoria philoſoph.* P. VIII. *diſciplina Pythagorica*, Sect. II. cap. 8. de medicina per muſicam, quam etiam modernis temporibus quibusdam in morbis ſalutarem ſtatuunt. Ea de re *Londini* anno 1749. prodierunt conſiderationes ſuper veterem & novam muſicam, cum earum applicatione ad morborum ſanationem, unacum tentamine ad ſolutionem quæſtionis, quomodo vetus a nova differebat muſica. Facit huc etiam *Georgii* BAGLIVI diſſert. I. *de tarantula*, ſubnexa operi de praxi medica ad priſcam obſervandi rationem revocanda: qua de re complures auctores citantur apud *Laur.* MIZLER. Rem vero nuperrime in ipſa *Apulia*, tarantularum ſede, examinavit D. BURNEY in ſuo *itinere muſico*, provocatque ad quendam SERRAO, qui peculiari diſputatione rem exploſit, & CIRILLO, qui ſæpe experiri tentavit; uterque vero pro fraude incolarum habet: nec deſunt, quibus fabulæ ſunt omnes illi apud veteres prodigioſi effectus muſicæ: quod ut teneri poteſt de fabuloſis illis temporibus ORPHEI, AMPHIONIS; gravior tamen eſt præſtantiſſimorum philoſophorum etiam poſt PYTHAGORAM auctoritas atque teſtimonia de TIMOTHEO, ARTENIGENE &c. Quibus Domnus CALMET fidem exemplo SAULIS, aliisque ex ſac. ſcriptura conciliat diſſertat. in muſicam *Hebræorum.*

Stupendi veteris muſicæ effectus.

Bibl. muſ. T. III. P. II. p. 565.

Vol. I. p. 235. & Vol. III. 88.

Dum vero *Iſ.* VOSSIUS dicit *de poematum cantu & viribus rhythmi*, a mille & pluribus annis ceſſaſſe inter muſicos magnam illam ciendorum

pag. 59.

velimus, totque ſimul ſæculorum & gentium communem conſenſum, non tantum in dubium vocare, ſed & palam oppugnare, idque nulla alia de cauſa, quam ut hodiernæ vitiis blandiamur muſicæ? Sciant attamen, qui de antiqua ſic iudicant muſica, non hic ſubſtitiſſe veterum artificium, utpote qui non inſtrumentis ſolum, ſed etiam in cantu vocis, non chromaticum tantum, ſed & enarmonicum genus adeo diſtincte expreſſerint, ut ſi vel in minimis aberrarent intervallis, etiam a plebe & totis exploderentur theatris.

dorum affectuum potentiam, ex quo nempe deſierit uſus & ſcientia rhythmi, qui ſolus præſtare potuerit id, quod nullus hoc tempore poſſit præſtare muſicus, locum habere queat, quod ſupra CICERONEM de ARISTOXENO dixiſſe meminimus, eum ab artificio ſuo non receſſiſſe; etſi etiam concedamus, quæ SAXO *grammaticus* in vulgus nota de ERYCO, *Daniæ* rege, prodidit (quomodo ſcilicet citharœdi cantu ad furorem & inſaniam usque redactus ſit) eum ut multa alia, ita etiam iſta aliunde petita ad ſuos uſus transtuliſſe, hiſtoriolam quæ de ALEXANDRO & TIMOTHEO narratur, muſico alicui gentis ſuæ principi adſcribendo. Nec abludit, quod de HENRICO III. *Galliarum* rege, ſeu alio ſaltem de eiusdem comitatu in nuptiis ducis *Gaudioſæ* fertur, eum modo phrygio CLAUDINI iunioris in furorem actum, mutato vero modo in hypophrygium ſanæ reſtitutum menti. Non adeo inepte, mea ſententia, huic hiſtoriæ iſtud ROUSSEAU in ſuo lex. V. *Muſique* addit epiphonema. *Cela eſt dit avec autant d'aſſurance, que ſi le muſicien* CLAUDIN *avoit pu ſavoir exactement, en quoi conſiſtoient le mode Phrygien & le mode hypophrygien.* BLAINVILLE ſectione ſecunda hiſtoriæ muſicæ breviter ad examen revocat, diverſis capitibus, effectus veteris muſicæ in mores, paſſiones, & morbos.

Vid. Bonnet hiſt. de la muſique, & de ſes effets T. I. p. 24.

Omnibus ſuis partibus perfectam muſicam veterem phonaſciam, harmonicam, rhythmicam, hypocriticam, organicam, accedente arte dexteritateque præcipua peritiſſimorum exercitatiſſimorumque muſicorum, potuiſſe habere ſtupendos effectus, dubitare non ſinunt ea, quæ haud raro in theatris hodieque experimur. „Qui admirabiles (huius rei teſtis eſt KIRCHERUS) hic *Romæ* ſcenicas exhibitiones diverſis temporibus vidit, cum a *Franciſco* Cardinale BARBERINO, tum ab aliis, aliis in locis peractas, qui harmonicarum compoſitionum excellentiam audivit, fateri mecum cogetur; nihil in rebus humanis, ſive decorem & magnificentiam, ſive inuſitatos & inſolentes harmonicarum compoſitionum contextus ſpectes, pulcrius, amœniusque deſiderari poſſe, actoresque tanta efficacia tamque vivis rerum exprimendarum hiſtoriam geſtibus cum tanta affectuum varietate exhibuiſſe, ut auditores ſæpe contineri neſcii in clamores, gemitus, ſuſpiria, exoticos corporum motus erumpentes, quanto interiorum affectuum æſtu incitarentur, ſignis extrinſecis clare exprimerent.“ An non militum animos vel ſolus tympanorum ſtridor, ac clangor tubæ incitat, qui tamen muſicæ molli ſi aſſueſcant, animoſitatem amittent? „Quicumque (ſunt PLATONIS verba) permittit, ut muſica animum ſuum aſſidue circumſonans occupet & demulceat, perque aures veluti per infundibula harmonias infundat, quas ſupra commemoravimus,

Muſurg. lib. VIII. p. 546.

ravimus, blandas, ſuaves, molles, ac flebiles, atque ætatem ſuam in modulis animum dilinientibus conſumit, is primum quidem, ſi quid iracundum habebat, tanquam ferrum demollit, & utile ex inutili duroque efficit. Quando autem incumbit diutius, magis demulcet: poſt hoc magis iam liquefacit animum & reſolvit; donec deſtillando exhauriat animoſitatem, excidatque tanquam nervos ex animo; ex quo animum quaſi ſegnem militem efficit.“ Plura apud eundem in libris de repub. & in quarto de legibus in eandem ſententiam de vi muſicæ in animum leges: aſſentiturque in ſecundo de legibus Cicero: *nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi ſonos, quorum dici vix poteſt, quanta ſit vis in utramque partem: namque & incitat languentes, & languefacit excitatos; & tum remittit animos, tum contrahit.*

XXIII Ut vero muſicæ vim miris modis extulerunt veteres gentiles, ſic, ut initio huius operis vidimus, noſtri virtutem divinæ pſalmodiæ cantusque ſacri non deprædicaverunt ſolum, verum etiam iuxta monitum S. Pauli ſeſe animarunt fideles hymnis, pſalmis & canticis ſpiritualibus tum ſacris in publicis, quando id licebat, tum data quavis alia occaſione: ipſi etiam in primitiva eccleſia SS. Martyres exemplo Pauli & Silæ in ſuis ſuppliciis hoc ſolamine uſi; ut non paucis exemplis oſtendimus, extatque peculiaris *de hymnis martyrum in primitiva eccleſia Georgii* Ostii diſſertatio, ac frequens apud Prudentium in libro de coronis commemoratio, etiam de ſexu fragiliore, veluti *hymno XIV.* mater illa, cum filioli cerviculam amputare cernebat, hymnum canebat carminis *Davidici*:

Singulares in primitiva eccleſia.

Coloſs III.16.

Pretioſa ſancti mors ſub aſpectu Dei,
Tuus ille ſervus, proles ancillæ tuæ.

Recte vero quidquid ad celebrandum divinum nomen depromebatur, hymnus dici poterat, etiam ſine vocis contentione ſonoque modulatiore, nomenclatura a nobis initio huius operis expoſita. Solebant autem plerumque, quæ in eccleſiis ſuccinere moris erat, recantare tum pſalmorum ἀκροςείχια, cum alios etiam hymnos. Sicut Liberatum, monachorum in *Africa* præfectum, cum ſex fratribus una voce per ambitus platearum, hymnum *Gloria in excelſis &c.* ex *Lucæ XI.* lætos conciniſſe, teſte Victore *Africano* lib. IV. iam meminimus. Nec abludit, quod S. Cyprianus, poſtquam decretum Galerius *Maximus* ex tabella recitaverat: *Taſcium* Cyprianum *gladio animadverti placet,* hæc ſolemnia reſponderit verba: *Deo gratias.* Eſt hoc nempe, quod iam Tertullianus teſtatus

tus fuerat Apologet. c. 46. *Chriſtianus etiam damnatus gratias agit.* Et initio ſtatim operis: *Si denotatur Chriſtianus, gloriatur.* Quod certe nullo opportunius indicio prodere poterant martyres, quam adhibitis hymnis & canticis ſpiritualibus non tam ad naturalem mortis ſuppliciorum horrorem excutiendum, quam commonſtrandam animi promtitudinem ac incendendum flagrans pro Chriſti nomine patiendi deſiderium: quo nullus inſignior muſicæ effectus, quantoscunque etiam veteres venditarint, excogitari poterat. Eandem rationem cantus & pſalmodiæ in funere chriſtiano *T. I. p.* 148. iam prodidimus: *Quoniam igitur*, ut loquitur affirmatque S. Chrysostomus in homilia de SS. MM. Bernice & Prosdoce, *lætitia affluimus*, *Hom.* 61. *in epiſt. ad Hebr.* *idcirco pſalmos ſuper mortuos pſallimus*: & alibi recte exiſtimat, *honorem mortuo non eſſe fletum*, *non eiulatum*, *ſed hymnos*, *pſalmos*, *& optimam vitam.* Hinc canticum lætitiæ *alleluia* reboans in ſublime, phraſi S. Hieronymi, adhibebant, magna ſcilicet contentione ad cantandum adhibita, novo gaudii argumento.

Ex divina pſalmodia.

XXIV. Idipſum obſervare licet in celebratiſſima illa, quæ circa eadem tempora ingenti lætitia facta eſt, inſtauratione templi *Gazenſis*, (quam Marcus *Gazenſis* in vita Porphyrii *Gazenſis* deſcribit) ubi *Alleluia* in proceſſione quidem inter verſiculos pſalmi xciv. *Venite exultemus*, dumque iacerentur fundamenta, per pios quosque clericos & fideles laicos lætantes & magna voce pſallentes Deo inſonuiſſe legitur, ut a tribus milliaribus audirentur extra civitatem. Nihil frequentius fuit inde ab apoſtolorum temporibus, quam eorum exemplo ac præceptis pſalmorum uſus & cantilatio quavis occaſione, publica & privata, omni loco, & tempore, apud omne hominum genus & ætatem. „Pſalmus *Homil. in pſ. I. T. I. opp. p.* 91. (inquit S. Basilius) incipientibus initium eſt, incrementum proficientibus, perfectis firmamentum, vox eſt eccleſiæ: lætificat dies feſtos: eam, quæ ſecundum Deum eſt, triſtitiam creat. Enimvero pſalmus e corde lapideo ciet lacrymas. Pſalmus angelorum opus eſt, cœleſtis converſatio, ſpirituale thymiama. O ſapiens magiſtri inventum, qui artem, qua ſimul caneremus, & utilia diſceremus, excogitavit; unde & magis quodammodo animis præcepta imprimuntur. Vix enim durare ſolet, quod invitus didiceris: quod autem iucunde ſuaviterque acceptum eſt, tenacius in animis noſtris inſidet. Quid enim inde diſcere non queas? Nonne fortitudinis claritudinem? Nonne iuſtitiæ integritatem, gravitatem temperantiæ, prudentiæ perfectionem? Nonne pœnitentiæ modum, aut patientiæ menſuram? Nonne tandem omnia quæcunque proferri poſſunt bona? Hic perfecta theologia &c.“ Alia ex eodem ſancto Patre,

quem

quem etiam SS. Ambroſius, & Chryſoſtomus ſunt ſecuti, retulimus libro I. *de pſalmodiæ divina virtute*, qua exſuperat venditatos quosque muſicæ effectus ore, manu, aut plectro editæ, *velut æs ſonans aut cymbalum tinniens.*

Alia ſemper apud Chriſtianos fuit vocis *pſallere* notio, quam apud profanos ſcriptores a nobis T. I. p. 219. notata, a pſalmis nimirum, quacunque demum oris vocisque modulatione ad celebrandum divinum Numen in conventibus chriſtianis frequentatis, per illos præſertim, qui eccleſiæ matriculæ peculiariter adſcripti, aut divino officio mancipati erant, monachi ac clerici eccleſiarum, cantores ſeu pſaltæ dicti, quos vocat Sidonius clericos pſalmicines lib. V. ep. 12.

XXV. Cum vero nullus eſſet cuiuſcunque inſtrumenti muſici in ſacris chriſtianis veteri in eccleſia uſus, pſalterii nomen in ſenſu anagogico præclare ſumſerunt. Euſebius proœmio in pſalmos: *Nabla*, inquit, *apud Hebræos vocatur pſalterium, quod ex muſicis inſtrumentis ſolum rectiſſimum eſt, neque ab infimis partibus ad ſonum adbibetur, ſed a ſupernis ſonanti ære inſtruitur.* Hæc S. Basilius homilia in pſalmum primum ad pſalterium Davidis referens, „Quem librum (inquit) tametſi diverſa ſunt inſtrumenta muſica, ad pſalterium, quod vocant, propheta aptavit. Quippe gratiam, ut mihi videtur, in eo deſuper a ſancto Spiritu reſonare oſtendit, propterea, quod hoc ſolum ex muſicis inſtrumentis editi ſoni cauſam ab altiore loco habet. Nam citharæ ac lyræ æs ex inferiori parte ſonitum edit ad plectrum: pſalterium vero a parte ſuperiore concinnæ ſuæ modulationis originem ducit: ut & nos, quæ ſurſum ſunt, quærere ſtudeamus, & non concentus dulcedine ad carnis ſpurcitias devolvamur. Quin & prophetica verba per inſtrumenti huius ſtructuram alta quadam ſapientique ratione illud, opinor, nobis oſtendunt, quod, quorum animus æquabilis eſt, beneque compoſitus, iis expeditum iter ad ſuperiora pateat.“ S. Ambrosius, ut alias, hic etiam preſſe inſequitur S. Basilium; S. Augustinus vero enarratione in pſalm. LVI. illud tractans: *Exurge pſalterium & cithara* allegoriam in reſurrectionem Dominicam deducit. a)

Elevatione mentis ad Deum potius,

T. I. opp. ed. S-Maur. p. 91.

Præf. in Pſ. I.

T. IV. opp. ed. S-Maur. 1681. pag. 538. &c.

Libro a

a) „Organa (inquit) dicuntur omnia inſtrumenta muſicorum; non ſolum illud organum dicitur, quod grande eſt, & inflatur follibus; ſed quidquid aptatur ad cantilenam, & corporeum eſt, quo inſtrumento utitur, qui cantat, organum dicitur. Diſtincta ſunt autem inter ſe iſta organa; & volo, quantum Dominus dat, indicare vobis, & quomodo di-

Libro I. c. IV. huius operis vidimus alios etiam SS. Patres, quando de inſtrumentis muſicis *Davidici* pſalterii ſacriſque *Iudæorum* & Chriſtianorum conventibus eſt ſermo, eum in ſenſum myſticum deflecti anagogicumque, elevationem nimirum mentis in Deum, quæ eſt oratio. Pertinent huc ea, quæ illa in tractatione ſequuntur, quoad cantum etiam vocalem (qui ſolus obtinuit) qualem veteres probarint ad movendum pie affectum animi, eumque ad ſuperna elevandum, ac pſallendum iuxta apoſtolum ſpiritu & mente, nec adeo vocis quam mentis contentione.

Quam contentione vocis.

XXVI. Exārontico PAMBONIS, quod nunc primum ex Mſc. *Vindobonenſi* inter ſcriptores de muſica ſacra edimus, eluceſcit, ſæculo IV. modulatiorem ſaltem cantum ab inſtituto monaſtico alienum eſſe exiſtimatum; in eccleſia autem *Alexandrina* cito exoleviſſe moderationem illam in cantu, quam a S. ATHANASIO conſtitutam ex S. AUGUSTINO memoravimus. Facit huc EVAGRII *Scetenſis* monachi ſcitum: *magnum quidem eſt ſine diſtractione orare; ſed maius eſt, pſallere ſine diſtractione.* Audivimus, quam perplexum S. AUGUSTINUM tenuerit cantus in eccleſia ſuavitas, ut tamen eo etiam pie inflammatum ſe confiteatur. Qua certe de cauſa ſemper in eccleſia adhibitum eſt melos ad ſuaviter afficiendum commovendumque animum. Non poſſum hic præterire antitheſim, quam S. GREGORIUS *Naz.* orat. de amore pauper. ponit, opponitque læto eccleſiæ cantui lugubres mendicantium in porticu voces: *Petitionum clamor internis templi cantibus ex adverſo reſpondet, atque e regione myſticarum vocum miſerabilis luctus excitatur.*

Apud Coteler. T. III. monum. Græc. p. 80. *n.* 41.

p. 213. &c.

Audivimus lib. I. cap. 4. SS. Patres graviſſime inceſſentes eos, qui ſolemnitate lætitiaque feſtorum chriſtianorum abuſi ad ſaltandum varia ad muſica inſtrumenta, quamque Chriſtianos ab omni muſica profana, theatrali imprimis, alienos eſſe voluerint, ſolis pſalmis, hymnis & canticis ſpi-

ſtincta ſunt, & quare diſtincta, & quare utrique dicatur: *Exurge.* Iam diximus, una caro Domini reſurrexit, & dicitur; *Exurge pſalterium & cithara.* Pſalterium eſt organum, quod quidem manibus fertur percutientis, & chordas diſtentas habet, ſed illum locum, unde ſonum accipiunt chordæ, illud concavum lignum, quod pendet & tactum reſonat, quia concipit aerem, pſalterium in ſuperiore parte habet. Cithara autem hoc genus ligni concavum & reſonans in inferiore parte habet. Itaque in pſalterio chordæ ſonum deſuper accipiunt; in cithara autem chordæ ſonum ex inferiore parte accipiunt. Hoc intereſt inter pſalterium, & citharam. Quid ergo duo hæc organa nobis figurant? Excitat enim Chriſtus Dominus Deus noſter pſalterium ſuum & citharam ſuam, & dicit *Exſurgam diluculo.* Puto quia iam agnoſcitis Dominum reſurgentem &c."

ſpiritualibus iuxta apoſtolum intentos. S. Basilius in homilia *de legendis gentilium libris ad adoleſcentes*, ſui ævi muſicam diſciplinam fugiendam Chriſtianis voluit: „Eſt autem animæ purgatio, ut ſemel, & quantum vobis ſatis ſit, dicam, voluptates per ſenſus irrepentes aſpernari, non oculos paſcere inſulſis præſtigiatorum oſtentationibus, aut corporum ſtimulum voluptatis immittentium aſpectu, non per aures harmoniam corruptam in animam infundere. Vitia enim, quæ illiberalis deiectique animi fetus ſunt, ex hoc muſicæ genere ſolent oriri. Sed muſica altera, quæ & melior exſiſtit, & ad melius perducit, conſectanda nobis eſt: qua uſus David ſacrorum carminum auctor, furorem regis atque inſaniam, ut aiunt, ſedavit. Ferunt etiam, Pythagoram, cum in comeſſatores temulentos incidiſſet, iuſſiſſe tibicinem comeſſationi præſidentem, mutata harmonia Doricos modos eis canere: ipſos autem ita hoc cantu reſipuiſſe, ut, abiectis corollis, pudore ſuffuſi domum reverterentur. Alii vero more *Corybantum* ad tibiam inſaniunt ac debacchantur, ita hoc differt, ſanis aut pravis cantilenis aures impleri. Quare eam, quæ nunc viget, muſicam minus quam quidvis turpiſſimum experiri debetis.“ Ad tibiam inſaniunt ac debacchantur, qui ſaltant: haud ſcio, an eodem pertineant Greg. *Naz.* verba orat. ad Arian. *quas pſalmorum cantiones tubarum clangore compreſſi?*

T. II. opp. p. 181

XXVII. Inſtrumenta muſica vix medio ævo in eccleſiam admitti ceperunt, organa primum potiſſimumque. Prima ætate ipſe cantus eccleſiaſticus tam ſimplex fuit, ut nihil unquam de impenſo eidem peculiari ſtudio, ſeu adhibita arte ac diſciplina in eo addiſcendo, legatur, diu etiam poſtquam Boetius ad finem ſæc. V. libros ſuos de muſica edidit. Ex quibus poſtea diſciplina muſicæ ſacræ (exiguum uſum præſtante Martiani *Capellæ* lib. IX. de nuptiis philologiæ) informata eſt ſecundum modos muſicos generis diatonici *Græcorum* Dorium, Phrygium &c. unde nomen *Phrigdoræ* apud Ekehardum decanum S. *Galli* in vita Notkeri c. 9. a quibus diſtinguit *occidentanas*, ſcilicet melodias, cum in iubilis illis ſeu ſequentiis ſuo etiam genio indulgere inciperent occidentales. Inventæ primum ſunt ſequentiæ illæ ad explendam lacunam verborum in longis neumatis ſeu ſyrmatis notarum vocis *alleluia* præcipue: quod ſtudioſe commemoro, cum recentior muſica in illis revocandis tantopere laboret; nihilque non agat, ut confuſis tot vocibus muſicæ polyphonæ & figuratæ, in ſubtiliſſimas ſenſuque vix perceptibiles partes diſſilientis ac omnis generis muſicorum inſtrumentorum ſtrepitu, verba veluti iugulentur ſuffocenturque. Quod, ſiquidem credi fas ſit, ſum-

Qualis adhibita, quam diſpar ab hodierna diſciplina.

Apud Goldaſt. Rer. Alem. T. I. P. I. p. 29.

ſummum artificium ac perfectio hodiernæ præ veteri muſica, res tamen indigna eſt ſacris noſtris Chriſtianis, uſuque muſicæ eccleſiaſticæ, qualem nec veteres gentiles in ſuis theatris toleraſſent; quippe apud quos ſacroſancta fuit rhythmi lex in enuntiatione verborum ſeu carminum, quæ ſuo ordine rite decurrebant, nec diſcerpi licebat, ut hodierna in muſica demum frequentari cepit, contra primævum avitumque uſum cantus eccleſiaſtici, quem planum ſeu choralem nominamus.

Nunc vero maxime elaboratur, ne aliquid in muſica plane, ordinateque procedat, quadrata rotundis miſceantur, notæ nimirum nunc nimium protractæ, potiſſimum autem celeritate ſua ſenſum fugientes: quod eſt hodiernæ muſicæ artificium omni antiquitati ſacræ & profanæ ignotum. „Quis enim unquam (ſunt *Iſ.* Vossii verba) ſomniavit ſyllabas vel octo vel ſedecim vel triginta duorum temporum, aut etiam breves adeo, ut nullus eas poſſit exprimere ſermo? Quis non rideat, ad ſonum unius ſyllabæ pigre adeo prolatæ, ut duo aut tres heroici verſus recitari interea poſſint quam commodiſſime? Faceſſant itaque iſtæ elegantiæ, & ſi quo muſicæ teneamur affectu, ut in cæteris, ita quoque hac in parte veterum ſequamur exempla. Si enim id effecerimus, ut rhythmus, & huic coniuncta verborum diſtincta enuntiatio, ſeculo reſtituatur, ita ut priſca muſicæ redeat forma & pulcritudo, omnia iſta vulgaria hodierni cantus blandimenta, flexiunculæ inquam, teretiſmata ſeu frequentamenta, fugæ, ſyncopæ, cæteraque futilia artificia, velut umbræ & nebulæ ad conſpectum ſolis evaneſcent.“

De poematum cantu & viribus rhythmi p. 128.

Ita quidem ſuapte compoſita eſt muſica, vel cantus choro ſeu eccleſiæ conſecratus, in quo verba apte cohærent, atque intelligibilis vox verborumque ſenſus ſeſe inſinuat animo. Obſervandum id religioſe omnino eſſet in omni muſica ſacra, quam utique non ad lenocinium aurium, ſed animum pietatis ſenſu imbuendum, & ad Deum divinaque erigendum compoſitam eſſe oportet. Ad hunc finem omnem illam, quantacunque ſit, varietatem conſpirare neceſſe eſt tum vocum cum etiam inſtrumentorum muſicorum: quæ quidem omnia reſpuit capella pontificia, ac principaliores aliæ per orbem chriſtianum eccleſiæ, ſtatis ſaltem temporibus; non paucæ etiam apud illam præcipue gentem, apud quam ſedes muſicæ habetur, præter organum ſaltem & graviora barbyta, quæ baſſum comitantur, omnia alia inſtrumenta repudiant. Sed etiam muſicæ genus, quod ſolis conſtat vocibus, proximis ſæculis paſſim vocis humanæ rectum pervertit ſenſum, oſcurans obruensque ſua harmoniæ

moniæ varietate confuſioneque verba, multitudineque ſonorum ipſum, ex quo componitur, corrumpens cantum. Hæc aliaque hodiernæ muſicæ vitia, a nobis ſunt in decurſu operis notata.

Excuſatio auctoris, ac votum.

XXVIII. In quo dum varia, quæ promiſcuo uſu obtinent, carpenda occurrerunt, ne quid temere pronunciarem, nulli parcendum operæ exiſtimavi, ut dictis fidem commodis adſtruerem auctoritatibus conciliaremque. Vel hinc coniiciet lector, me hæc non aucupandæ gloriolæ cauſa conſcripſiſſe, ſed ut allatis tot tantorumque auctorum, ſive publica ſive privata dignitate præſtantium, teſtimoniis palam fieret, conclamatum eſſe omnium proborum ſagaciumque iudicio de corruptela muſicæ ſacræ. Utinam! dum ſic ἀλέκτωρ ſatis ceciniſſe videatur, feralis eius vox ac concitatus frequensque clamor non tantum a Petro in adyto, ſed per regiones etiam urbis & orbis audiatur. Sic Te Deum ac Dominum noſtrum

Te mente pura & ſimplici,
Te voce, Te cantu pio,
Rogare curvato genu
Flendo & canendo diſcimus.

INDEX
RERUM ET VERBORUM
UTRIUSQUE TOMI.

Numerus Romanus denotat *Tomum*, Arabicus *paginam*, lit. *i.* initium, *p. i.* poſt initium, *c. m.* circa medium, *p. m.* poſt medium, *c. f.* circa finem, *f.* finem paginæ.

A.

Abbates ad *S. Petrum Romæ*, qui cantum excoluerunt. I. 252. *p. i.*

Abbatum & Abbatiſſarum ſolemnis benedictio cum cantu. I. 550. *c. f.*

Abyſſinorum tripudia ſacra. II. 263. *p. m.*

Acatholici quidam muſicæ oſores. II. 245. *i.*

Acca Ep. in *Anglia* muſices peritiſſimus. I. 260. *c. f.*

Accentus Grammatici, rhetorici & muſici veterum *Hebræorum*, I. 6. *m.* varii olim pro diverſis libris S. Scripturæ & nationibus, ibid. *p. m.* 7. *p. i.* 8. *i.* hodie tamen ignorantur. I. 6. *p. m.* Eorum ſcala muſica diverſa. I. 7. *p. i.*

Acclamationes ſynodicæ cum cantu. I. 547. *c. f.*

Acœmetarum ortus. I. 478. *p. i.*

Adalberti (S.) cantica. II. 25. *i.* 35. *p. m.* II. 373. *p. i.*

Adelmus (S.) Ep. compoſitione cantuum eccleſiaſticorum clarus. I. 202. *p. m.* II. 29. *c. m.* 30. *i.*

Adelphus ſequentias edidit commentariis illuſtratas. I. 408. *c. f.*

Adrianus II. melodias ante Evangelium concinendas tradidit. I. 410. *p. i.*

Adventus Domini qua ſolemnitate celebratus? I. 518. *m.*

Ægyptiorum veterum muſica. I. 14. *c. f.* II. 379. *c. m.*

Ælredus (B.) corruptionem cantus deplorat. II. 96. *p. m.* & exceſſum in Organorum uſu. II. 100. *i.* 145. *i.*

Æolicus modus in inſcriptione pſalmorum. I. 222. *p. m.* 224. *c. m.*

Afri notantur pigri in cantu. I. 222. *p. m.* 224. *c. m.*

Agapæ cum pſalmorum cantu. I. 61. *p. m.* 140. *c. f.* 142. *m.*

Agazzarius baſſum excoluit generalem. II. 297. *p. i.*

Agenda eccleſiaſtica apud *Lutheranos*. II. 257. *i.*

Agios in liturgia *gallicana*. I. 103. *p. m.* 108. *p. m.* 111. *f.* 122. *i.*

Agnus Dei &c. cum oſculo pacis. I. 454. *c. m.* & verſibus. I. 456. *m.* canere quis Pontificum inſtituerit? I. 454. *p. i.* cur cantetur a populo? *ib. c. f.* & quando? I. 455. *p. m.* Specimina illius. I. 456.

Agobardi antiphonariorum correctoris. I. 583. *c. m.* & n. *c.* controverſia cum Amalario de mutatione cantus I. 279. *p. i.* & de officio *Romano*. I. 582. *f.*

Agricolæ & nautæ cantu delectati. I. 226. *n. a.*

Ακοιμήτων, ſeu inſomnium ob aſſiduitatem pſallendi inſtitutum. I. 157. *p. m.* 158. *i.*

Ακροστίχια ακροτελεύτια verſiculi ad cantum reſponſorium, I. 37. *p. i.* 46. *p. m.* 170. *p. m.* 171. *i.* & Antiphonum. I. 46. *f.* 47. *n. a.* 61. *c. f.* 237. *p. m.*

Alalagma iubilus, & ſine voce ſonus. I. 59. *p. m.* 150. *f.*

Albigenſes cantum eccleſiaſticum vituperantes damnantur. I. 246. *p. i.*

Alcuinus per hebdomadæ dies diſpoſuit pſalterium. I. 500. *c. m.*

Alemannorum diverſus officii divini ritus. I. 581. *p. m.*

Alexandrinæ eccleſiæ cantus, I. 201. *p. m.* 202. *i.* 203. *c. m.* 208. *p. i.* & curſus eccleſiaſtici officii. I. 155. *i.*

Alfredus R. Scholarum *Oxonienſium* inſtaurator, I. 282. *p. m.* muſicis ſtudioſiſſimus. *ib. c. f.*

Allatii *Leonis* tractatus de melodis *Græcorum* fruſtra conquiſitus. II. 20. *m.*

Alleluia cuius iuſſu, I. 404. *p. m.* quibus tempoporibus, I. 56. *c. m.* 57. *p. m.* & *n. a.* 58. *i.* 132. *p. m.* 538. *p. i.* ſeqq. & a quibus ſit cantatum? I. 405. *c. f.* 406. *p. i.* cum *amen*, I. 56. *c. m.* 171. *f.* 172. *c. m.* ac cum antiphonis. I. 109. *u. c.* 191. n. *a.* 339. *p. m.* inter lectiones Miſſæ, I. 112. *p. m.* & poſt epiſtolam, I. 403. *f.* in officio Mozarabico

poſt

poſt evangelium I. 406. *p. m.* in *Romano*, aliisque poſt pſalmos & lectiones fuit frequentatum. I. 51. *i.* 56 *p. m.* 57. *p. i.* 175. *n. a.* 177. *p. m.* ſeqq. 406. *c. f.* illud in eccleſia canere laicis vetabatur. I. 243. *p. i.* ruri tamen I. 59. *i.* & in funeribus, *ib.* I. *p. i.* & 148. *i.* ac ad prœlium fuit ab iisdem iubilatum. I. 59. *c. m.* ea voce olim Clerici vocabantur ad chorum. I. 154. *m.* quibus temporibus ſit omiſſum? I. 113 *p. i.* 404. *c. m.* 526. *i.* ſeqq. *Græcis* tamen in quadrageſima ad horas minores. I. 492. *c. m.* & ad officium defunctorum illud addentibus. I. 555. *c. f.*

Alleluia baba quale? I. 338. *c. f.* cum neumate cantatum. *ib.* 339. *i.*

Alleluiaticum melos. I. 113. *p. m.* 340. *c. m.*

Alleluiaticus pſalmus CXLVIII. cum ſequentibus. I. 190. *p. i.* & *n. a.*

Alterna pſalmodia. vid. *Antiph. pſalm.*

AMALARII & AGOBARDI controverſiæ de mutatione cantus, I. 279. *p. i.* & de officio Romano. I. 582. *f.* ſeqq.

AMBROSIUS (S.) *Mediolani* cantum inſtituit. I. 90. *c. m.* 199. *p. m.* 202. *i.* it. n. *a.* 223. *c. m.* 224. *c. m.* an ſyſtema muſicum disdiapaſon invexerit? I. 202. *p. m.* an pſalmodiam primus in occidente introduxerit? I. 60. *p. m.* aut cantum alternum? I. 45. *i.* 61. *i.* 159. *p. m.* 160. *c. m.*

Ambroſianus cantus I. 249. *p. i.* 254. *m.* it. n. *b.* 255. *i.* II. 268. *c. f.* ſeqq. in *Capuana* eccleſia ſuſceptus, I. 255. *c. f.* e *Caſinenſi* vero eliminatus. I. 255. *c. f.* in quo conveniat cum *Gregoriano*? II. 268. *p. i.* & *c. f.* Idem delicatarum vocum laſcivia fuit perverſus, I. 252. *p. m.* *Mediolanenſibus francigenas* melodias admiſcentibus. I. 257. *p. m.*

Ambroſiani hymni I. 73. *c. m.* 81. *i.* 85. *p. m.* 182. *c. f.* 183. *p. m.* 199. *m.* 252. *f.* 468. *i.* II. 21. *c. m.* in privatis etiam Miſſis adhibiti. I. 355. *p. i.*

Ambroſiani officii curſus I. 89. *f.* 155. *c. m.* 467. *c. m.* in *Hiſpaniam* quoque introductus I. 258. *i.* & *Ratisbonæ* in *Germania* ſuſceptus. I. 257. *p. i.* & n. *a.* *Pragæ* item in *Bohemia* a CAROLO IV. Imp. II. 373. *m.* Eius pſalmodia a populo more orientalium frequentata. I. 90. *i.* Libri liturgici ad idem pertinentes. I. 578. *m.*

Ambroſianus ordo in *Mediolanenſi* eccleſia ſervatus. I. 256. *c. m.* it. n. *a.* 257. *i.* fruſtra obnitente CAROLO M. I. 256. *p. i.*

Ambroſianum pſalterium. I. 259. *p. i.*

Ambubaiarum ſaltantium, cantantiumque collegia. I. 217. *c. m.*

Amen. I. 52. *f.* frequenter a populo cantatum I. 53. *c. f.* 54. *i.* cum *alleluia* I. 56. *c. m.* 95. *c. m.* 106. *p. m.* 117. *m.* 123. *p. i.* 125. *p. m.* 130. *p. i.*

Americanorum muſica. II. 267. *c. m.*

Angelicæ ſalutationis recitatio cum pulſu campanarum. II. 243. *m.*

Angelorum cantus in funere Sanctorum perceptus. I. 151. *i.*

ANGELUS *Politianus* ad mortem usque muſica delectatus. II. 320. *p. m.*

Angli a D. AUGUSTINO *Romanum* receperunt cantum. I. 580. *p. i.* eorum in eccleſia quis cantus & muſica vigeant n. æ? II. 250. *c. m.* 300. *p. m.*

Anglo-Saxones horis canonicis a cantu indiderunt nomen. I. 483. *i.*

Annus iubilæus a יובל. I. 2. *c. f.*

Antelucani conventus primorum Chriſtianorum. I. 21. *m.* 152. *c. m.*

Anthem anglicum quid denotet? II. 251. *c. m.*

Antichriſti venturi ſignum ceſſatio pſalmorum cantus. I. 31. *p. i.*

ANTIGENIS ſeu ATHENOGENIS hymnus. I. 75. *p. m.* 76. *p. i.*

Antiphona. I. 328. *m.* 506. *p. i.* unde antiphonæ fuerint deſumtæ? I. 73. *p. i.* 177. *c. m.* 501. *c. f.* 502. *p. i.* quo ritu & ordine cantatæ? I. 506. *p. i.* in quo differant a cantu antiphono ſeu alterno, I. 45. *m.* & a reſponſoriis? I. 328. *i.* 334. *p. m.*

- - - Earum uſus apud *Græcos.* I. 505. *f.* & n. *b.* in officio *Romano* I. 254. *p. i.* & in *Ambroſiano* ad horas canonicas. I. 468. *c. f.* ante pſalmos & poſt *Gloria Patri.* I. 178. *c. m.* 328. *p. m.* quandoque poſt ſingulos pſalmi verſus. I. 143. *p. m.* 176. *p. i.* 330. *f.* ſeqq. 334. *i.* 502. *p. m.* ad introitum Miſſæ. I. 100. *p. m.* 101. *p. i.* ad litanias & rogationes. I. 542. *m.* in officio de adventu Domini. I. 519. *p. i.* ſeqq. & in officio de B. V. I. 558. *c. m.*

- - - Specimina illarum. I. 503. *p. i.* 558. *p. m.*

Antiphona, ſeu alterna pſalmodia I. 159. *c. m.* 172. *p. m.* ſeqq. 206. *i.* directaneæ oppoſita. I. 173. *m.* ſeqq. 196. *p. m.* a quo inſtituta? I. 100. *c. m.* 101. *p. i.* 331. *p. i.* 332. *c. m.* 333. *c. m.* 467. *c. m.*

- - - Eius origo in eccleſia orientali. I. 40. *p. i.* ſeqq. in monaſteriis. I. 43. *i.* 173. *p. i.* in eccleſia occidentali. I. 44. *c. m.* 45. *i.* 172. *p. m.* 173. *i.* 174. *m.* 467. *c. m.* propagatio me-

medio ævo I. 327. *c. f.* 328. *p i.* Antiphonarii libri. I. 573. *c. f.*
Antiphonarium *Ambroſianum* cum notulis. I. 257. *c. m.*
- - - *Benchorenſe.* I. 165. *p. i.*
- - - S. Gregorii. I. 247. *f.* 248. *i.* *Romæ* magna cum veneratione adſervatum, I. 248. *p. i.* 249. m. it. n. *a.* nuſpiam tamen purum habetur. I. 360. *c. m.*
Ἀντίφωνοι ὕμνοι. I. 74. *c. f.*
Antiphonus cantus triplici modo ſumtus. I. 173. *c. m.*
Ἀντιφωνὴν inter & ἀντίφωνον diſcrimen. I. 330. *p. i.*
Antiſiodorenſis eccleſia quando publicam horarum canonicarum decantationem admiſerit? I. 482. *p. i.*
Antonius (S.) D. Paulum Er. ſepeliens ſolus etiam hymnos & pſalmos decantaſſe dicitur. I. 146. *p. m.*
Apathia Chriſtianorum muſicam non exhorret. I. 225. *c. f.*
Apertionis verſus qualis? I. 514. *p. i.*
Ἀπόδιπνον officium ſingulare apud *Græcos.* I. 501. *c. f.*
Apollinaris cantica. I. 72. *i.* reiecta. ib. *p. m.*
Apolyſis apud *Græcos* completo officio. I. 462. *c. m.*
Apoſtolorum feſta. I. 133. *i.*
Archicantoris officium honorificum. I. 306. *p. i.*
Archichori munus quale? I. 308. *f.*
Archimedes a quibusdam dicitur inventor organi hydraulici. II. 138. *p. m.*
Archiparaphoniſtæ officium. I. 306. *m.*
Ariæ, vid. Odæ.
Arianorum ſub S. Chrysostomo hymni. I. 43. *c. m.* 85. *c. f.* 160. *i.* & cantica ἰδιωτικὰ ad errorem propagandum. I. 71. *m*
Arii ad Sotadis numeros compoſitæ cantiones. I. 71. *i.*
Aristoxeni opinio de muſica. II. 379. *p. m.*
Armarii quodnam officium? I. 309. *p. i.* 310. *p. i.*
Armenorum muſica ſacra. II. 263. *p. i.*
Armentarii Clerici S. Gregorii *Turon.* in componendo cantu promtum ingenium. I. 263. *f.*
Arnesti I. archiep. *Pragenſis* cantio *Sclavonica.* II. 373. *i.*
Arſis & theſis in rhythmo. I. 199. *i.* II. 60. *p. i.*
Aſiaticus officii eccleſ. curſus. I. 154. *c. f.*
Aspendius cithariſta celebris. I. 233. *c. m.*
Aſſa voce prolatus cantus opponitur organico. I. 209. *c. m.*
Athanasius (S.) muſicam abolitam haud voluit, I. 223. *p. m.* ſed moderatam. I. 224. *p. i.*
Attentio in pſallendo & cantando neceſſaria. I. 231. *p. m.* ſeqq. II. 181. *i.* ne ſicut inanima iuſtrumenta aut aviculæ ſimus. I. 233. *i.*
Ave maris ſtella hymni quis auctor? II. 23. *p. i.*
Avenionenſis ſyn. ſtatuta de muſica. II. 227. *c. f.*
Aves immerito dicuntur anſam dediſſe cantui. I. 2. *c. m.*
Auguſtanæ diœceſis decreta ſyn. quid ſtatuant de muſica? II. 220. *p. i.*
Augustinus (S.) *Manichæis* ob reiectum cantum eccleſ. ſumme indignatus. II. 67. *i.* Quantum eodem ſit commotus? I. 65. *i.* 228. *p. i.* Eius pſalmus contra *Donatiſtas.* I. 52. *i.* 82. *c. m.* item liber ei adſcriptus *de Canticis ad altare.* I. 32. *p. i.* contra Hilarium. I. 86. *c. m.* aliique de muſica metrica, & rhythmica. I. 197. *c. m.* it. n. *a.* 198. *i.* Eidem adſcribitur hymnus ad benedictionem cerei paſchalis. I. 82. *c. f.*
Aurea Miſſa de B. V. M. I. 354. *p. m.* II. 216. *c. f.*
Aurelianus *Reomenſis* quodnam ſtatuat muſicum inter & cantorem diſcrimen? II. 67. *c. f.*

B.

Babylæ (S.) reliquiæ cum cantu translatæ. I. 47. *p. m.* 135. *p. i.* it. n. *b.*
Baldricus organorum adprobat uſum. II. 143. *c. f.*
Ballationes in eccleſiis vetitæ. II. 102. *m.*
Banchieri ſex notis vulgaribus addidit ſeptimam. II. 278. *p. i.*
Bannius quot modos & genera muſicæ admittat? II. 387 *c. f.* & quot genera notarum? II. 396. *p. m.*
Baptiſmalis fontis conſecratio. I. 535. *p. m.*
Baptiſmi celebratio cum hymnis, & canticis ſpiritualibus. I. 132. *i.*
Baſilicarii quinam dicti? I. 429. *c. m.*
Baſileenſe Concilium quid ordinaverit de muſica figurali, II. 220. *p. i.* & de *Trutanis*? II. 228. *p. i.*
Basilius (S.) pſalmodiæ inſtaurator. I. 63. *c. m.* varium canendi modum *Cæſareæ* inſtituit. I. 85. *m.* Eius contentio in adornando cantu. I. 223. *m.* & liturgia. I. 97. *c. m.* Lites eidem motæ ob doxologiam. I. 54. *p. m.* & ob melodiæ modum a conſuetudine alienum. I. 84. *f.* 236. *p. i.* it. n. *a.*
Baſſus generalis & fundamentalis a quo, & quando ſit inventus? II. 297. *p. i.* & *c. m.*
Becrovienſi cœnobio monialium breviarii loco officium de Ven. ſacr. præſcriptum. II. 202. *p. m.*
Bellarmini ſententia de inſtrumentorum muſicorum uſu in eccleſia. II. 218. *i.*

Benedicamus Domino quando canatur? I. 463. *p. i.* 514. *c. f.* ſpecimen huius cantus. I. 515. *i.* ſeqq.
Benedictio hymnus trium puerorum. I. 109. *p. m.* in matutinis laudibus dici ſolitus. I. 189. *c. f.* 190. *p. i. c. m.* & n. *b.* & *c.* 191. n. *a.*
Benedictio populi ab epiſcopo data, I. 106. *f.* ſolemnis ad *Pax Domini* in liturgia I. 452. *p. i.* & abſoluto ſacro, ante quam diſcedere ab eccleſia erat vetitum. I. 124. *c. f.* 125. *i.* illius quis auctor? I. 453. *p. i.*
BENEDICTUS (S.) commendat collationes CASSIANI. I. 191. *c. f.* hymnorum præſcribit uſum. I. 510. *i.* & pſalterii integri per ſeptimanam recitationem. I. 475. *p. i.* An alternis choris pſallere inſtituerit? I. 45. *p. m.* 173. *c. m.* 174. *p. i.* ordo ſingularis divini officii ab eodem conſtituti ſub LUDOVICO *Pio* iterum eſt ſtabilitus. II. 41. *p. m.*
BENEDICTUS XIV. theatrales modulos in eccleſiis reprobavit. II. 226. *p. i.* 227. *i.* quænam inſtrumenta muſica in iisdem admiſerit? II. 218. *c. m.* 221. *i.*
BENNO Ep. *Miſnenſis* regularem canendi modum reſtituit. I. 283. *f.*
BERNACER cantor *Metenſis.* m. æ. I. 281. *i.*
BERNARDUS (S.) auctor officii de S. VICTORE II. 37. *c. f.* moderationem cantus inculcat. I. 351. *c. f.* eius effectus miros deprædicat. II. 85. *p. i.* & ad cantum ſtrenuum hortatur. II. 88. *i.* 91. *f.* 92. *i.* Eius hymni. II. 24. *c. m.*
Biſcantus notio. II. 108. *c. f.* 110. *c. f.*
BLASII (S.) Monaſterium quando alternum cantum receperit? I. 333. *p. m.*
BOETII de muſica libri. I. 197. *c. m.*
Bohemi melothetæ celebres II. 371 *p. m.* eorum indoles muſica. II. 369. *p. i.* collegia muſicorum literata. II. 374 *c. m.*
Bombula inſtr. muſ. II. 150. *c. f.*
BONA Card. quid ſentiat de muſica figurata? II. 223. *c. m.*
BONIFACII (S.) codex evangeliorum *Moguntiæ* adſervatus. I. 580. *c. m.*
Boninfantes *Pragæ* pueri cantores. II. 374. *p. i.*
BOYCE Doctoris inſigne opus cantus ac muſicæ *Anglicanæ.* II. 251. *p. i.*
Breviaria cum notis muſicis. I. 571 *p i.*
Burdigalenſe Conc. quænam ſtatuerit de muſica eccleſ. II. 229. *f.*

C.

CÆSARIUS (S.) *Arelat.* horas canonicas a clero & populo curavit cantari. I. 160. *p. m.* 161. *i.* it. n. *a.*
CAIETANUS Card. quid ſentiat de uſu organorum, II. 194. *p. i.* & inſtrumentorum muſicorum. II. 216. *c. f.*
Calviniſtarum cantiones & organa, muſica demum. II. 249. *c. m.*
CALVÖR, *Caſp.* qualem adprobarit muſicam. II. 254. *p. m.*
Cameracenſis Conc. decreta de muſica eccleſ. II. 228. *c. f.* 229. *i.*
Campanæ, II. 159. *p. m.* ad harmoniam compoſitæ, II. 240. *p. i.* 241. *c. m.* divinitus quandoque reſonaſſe feruntur. I. 552. *p. i.* & n. *b.* una tantum religioſis mendicantibus a Io. XXII. conceſſa. II. 101. *p m.* Earum varius uſus. II. 163. *i.* 242. *p. i.* & cautiones circa hunc uſum. II. 240. *c. m.* Earum conſecratio, II. 243. *c. f.* & apparatus. II. 244. *p. i.*
Campanariorum officium. II. 162. *p. m.*
Campanilium oſtia non ſint cuivis aperta iuxta Conc. *Sedunenſe.* II. 242. *i.*
Canere cum inſtrumentis inanimatis & cum ſaltatione ac crotalis, Chriſtianis interdictum. I. 213. *i.* canendi Dei laudes contentio etiam privatam domum eccleſiam fecit. I. 87. *c. m.* it. n. *a.*
Canonarcha I. 308. *p. m.* cæteris cantoribus ſuggerebat canones. I. 201. *p. m.*
Canones quid denotent apud *Græcos?* I. 201. *p. m.* 589. *p. i.* II. 259. *p. m.*
Canonica muſica, quæ ad artis regulas eſt exacta. I. 201. n. *a.*
Canonicæ horæ. vid. *Horæ. Can.*
Canonici muſici a regulis artis dicti. I. 201. n. *a.* Cantores, qui eccleſiæ adſcripti fuerunt. I. 201. *m.*
Canonicis nunquam indultum a cantu *Gregoriano* recedere. I. 288. *p. i.* iisdem integro Miſſæ ſacrificio, & horis canonicis omnibus intereſſe competit, II. 171. *c. f.* inſtitutis ideo diſtributionibus. II. 182. *p. i.*
Cantandi vocabulum etiam de privata pſalmodia uſurpatum. I. 204. *p. m.* 206. *m.*
Cantata. vid. *Odæ.*
Cantatorium ſeu cantarium quid? I. 574. *c. f.*

Cantica in S. Scriptura ab hominibus Deo afflatis profuſa, I. 3 *c. m.* præſertim a DAVIDE & SALOMONE; ib. it. n. *a.* pſalmis accenſita. I. 167. *p. i.* 168. *m.* ſpiritualia ab Apoſtolo memorata I. 22. *p. i.* cuiusmodi ſint? I. 23 *c. m.* ſeqq. 68. *c. m.* 141. n. *a.* Illorum differentia ab hymnis & pſalmis iuxta SS. PP. I. 67 *c. f.* 68. *i.* & varia genera. I. 3. *m.*

canticis *Antiocheni* iratum Theodosii Imp. animum placarunt. I. 78. *m.*

Canticum Zachariæ poſt collectam in lit. *Gall.* I. 108. *p. m.*

Cantilenæ in eccleſiis vulgari etiam linguæ permiſſæ, & quales? I. 347. *c. f.* II. 198. *i.* in *Gallia.* I. 264. *c. m.* 268. *i.* & *Germania.* II. 199. *c. f.* Profanæ prohibentur, I. 215. *c. m.* II. 76. *c. m.* 198. *i.* & laſcivæ, *ib.* it. I. 218. *p. i.* ſeq. cum ſaltu. I. 214. *p. i.* 215. 216. item compoſitæ ab hæreticis. I. 70. *c. m.* ſeqq. ſeculares in eccleſiam *Græcam* introductæ vituperantur. I. 245. *p. m.*

Cantores quandoque adhuc catechumeni. I. 33. *c. f.* & admodum iuvenes, *ib. f.* 34. *c. m.* lectorum etiam nomine donati. I. 35. *c. m.* quandoque in maioribus conſtituti ordinibus I. 298. *c. m.* 302. *c. m.* & n. *a.* per vices ſuccedebant. I. 36. *p. m.* ad cantum peculiariter notati, & aſſumti, I. 311. *i.* ad id muneris aptiores redditi. I. 206. *p. i.* 312. *c. m.* nec niſi iuſſi cantabant. I. 319. *p. m.* cur fabarii olim dicti? I. 312. *c. f.*

- - - Magis celebres tempore Davidis. I. 11. *c. m.* *Romani* tempore S. Gregorii, Vitaliani & Agathonis PP. in *Anglia* diſperſi. I. 260. *p. i.* in *Gallias* ad inſtituendum cantum miſſi. I. 267. *p. i.* 269. n. *c.* 272. *i.* *Angli.* I. 260. *c. f.* Inſigniores m. æ. I. 280. *f.* 281. *i.* ſeqq. præſtantiſſimi ſæc. IX. artis muſicæ ignari. I. 243. *p. m.*

- - - Illorum chorus ab aliis ſeparatus. I. 292. *c. m.* 320. *c. f.* 321. *i.* ſeqq.

- - - Eorum diligentia in curanda voce. I. 312. *c. f.* & erudiendis aliis. I. 313. *c. m.* 314. *m.* nec non inſtrumenta & libri I. 321. *p. m.* ſeqq. veſtes & baculi I. 322. *c. f.* 323. *c. f.* 324. *i.* II. 173. *m.* Schola item *Romæ*, I. 293. *p. i.* & alibi erecta. I. 295. *c. f.*

- - - Officium I. 32. *c. f.* 290. *c. m.* ſeqq. 302. *p. m.* & *n. c.* 304. n. *a.* & *b.* 322. *f.* II. 171. *p. m.* quondam perhonorificum; I. 299. *p. m.* unde ad diverſas dignitates ſunt evecti. I. 299. *i.* 315. *c. f.*

- - - Eorum ordo I. 299. *f.* Apud *Maronitas.* I. 300. *i.* & *Græcos*, ib. *p. i.* An diverſus a lectoratu cæteriſque ordinibus? I. 33. *c. m.* 34. *p. m.* 135. *c. f.* 300. *c. m.* 301. *i.* II. 171. *p. m.*

- - - Illos inter & muſicos diſcrimen. II. 67. *c. f.*

- - - Cantoribus data præcepta. I. 220. *m.* ſeqq. II. 78. *f.* ſeqq. 306. *c. f.* 307. *i.* ſeqq.

Cantus pro modico vocis flexu, I. 203. *c. m.* aut ſimplici lectione ſæpius ſumtus I. 326. *p. i.* quando primum in publico Dei cultu adhibitus? I. 2. *m.* 86. *c. f.* 87. *i.* qualis ſit laude dignus? I. 87. *c. m.* it. n. *a.* & quomodo neceſſarius? I. 246. *m.* 247. *i.* quare in eccleſia adoptatus? I. 90. *c. m.* & publice in ſcholis, ac monaſteriis excultus? I. 276. *c. m.* 277. *p. m.*

- - - Eius effectus inſignes. I. 83. *i.* 162. *m.* it. n. *a.* 225. *p. i.* 226. *i.* ſeqq. 228. *p. i.* II. 85. *p. i.* oblectatio qualis admittenda? I. 220. *p. i.* ſeqq.

- - - Eius finis primarius laus Dei. I. 1. *i.* 221. *p. m.* ſeqq.

- - - Eius inſtitutores præcipui in orbe chriſtiano, I. 89. *c. m.* & inſtauratores S. Basilius I. 185. *c. f.* S. Io. *Chryſoſtomus* I. 186. *c. m.* S. Ambrosius. I. 185. *f.* 186. *p. m.* S. Athanasius Diodorus, Flavianus. Anthimus. *ib.* S. Gregorius M. I. 247. *p. m.* 248. *i.* ſeqq. II. 1. *i.* S. Io. *Damaſcenus.* II. 5. *i.* aliique. II. 28. *p. i.*

- - - Eius moderatio a S. Gregorio, aliiſque præcepta. I. 350. *p. i.* ſeqq. nimia autem protractio cantus & officiorum reſtricta. II. 183. *p. i.* ſeq. præſcripto canendi modo debito. II. 86. *p. i.* ſeqq. 179. *p. i.*

- - - Eius ſimplicitas prima eccleſiæ ætate. I. 84. *c. f.* dum vel minima immutatio turbas excitavit, *ib. f.* antiquioribus regulis monaſticis nullam eius diſciplinam deſignantibus. I. 204. *p. m.* 206. *m.* Propagatio illius ſub Constantino M. I. 133. *p. m.* ſæc. IV. & V. I. 203. *m.* ſeqq. 240. *p. m.* ſæc. IX. & X. I. 241. *p. m.* 243. *c. m.* 247. *m.* 280. *m.* 326. *i.* ſeqq. II. 21. *p. i.* 65. *i.* in *Anglia* I. 155. *p. m.* 262. *c. m.* in *Gallia* & *Italia.* I. 93. *p. i.* in *Germania.* I. 273. *c. m.* Ampliatio denique illius & frequentatio poſteriori ævo. II. 167. *i.* ſeqq.

- - - Eius uſus in omnibus conventibus Chriſtianorum. I. 99. *p. i.* 128. *p. m.* in vigiliis & cœtibus antelucanis. I. 21. *p. m.* II. 65. *i.* ſeq. in Sacris chriſtianis. I. 102. *p. i.* 129. *f.* ſeqq. 204. *c. m.* Ad ſacrificium Miſſæ. I. 94. *i.* 99. *i.* 353. *c. m.* ſeqq. II. 65. *i.* ad introitum. I. 100. *p. i.* 362. *p. i.* ſeqq. ad *Kyrie eleiſon.* I. 102. *p. m.* 372. *p. i.* ſeqq. ad *Gloria in excelſis* I. 103. *p. m.* 377. *c. f.* ſeqq. ante & poſt lectiones. I. 103. *p. m.* 383. *p. i.* ſeqq. ad Evangelium. I. 396. *p. m.*

418. *c. m.* ad ſymbolum. I. 113. *c. f.* 426. *c. f.* ſeqq. ad Offertorium I. 116. *i.* 431. *i.* & præfationem. I. 117. *p. i.* 439. *i.* ad *Sanctus.* I. 118. *c. f.* 443. *p. i.* ſub Canone. I. 446. *p. i.* ad orationem Dominicam & benedictionem. I. 123. *c. m.* 448. *c. m.* 452. *p. i.* ad *Agnus Dei.* I. 454. *p. i.* ad Communionem. I. 125. *p. i.* 126. *c. m.* 458. *p. i.* ad dimiſſionem populi. I. 462. *c. m.* inter lectionem, ſermonem, & orationem. I. 204. *c. m.* in quadrageſima I. 529. *c. f.* 530. *i.* præſertim triduo ante paſcha. I. 530. *c. f.* ſeq. 535. *p. i.* Ad litanias, ſeu rogationum proceſſiones. I. 138. *i.* apud infirmos & morientes. I. 552. *p. i.* in translationibus Sanctorum. I. 545. *p. i.* in coronatione Regum. I. 548. *c. m.* ad conſecrationem Epiſcoporum. I. 464. *p. i.* in dedicationibus eccleſiarum. I. 133. *c. f.* in reconciliatione pœnitentium. I. 465. *p. i* & adminiſtratione Sacramentorum. *ib. c. m.* ſeqq. ad probationes vulgares. I. 560. *c. m.*
Vid VV. *Muſica*, & *Pſalmodia.*

Cantus *Ambroſianus* vid. *Ambroſ. cant.*
- - - Antiphonus vid. *Antiph. Pſalm.*
- - - choralis ſeu planus. vid. *Chor. cant.* & *Gregor.*
- - - directaneus vid. *direct. cant.*
- - - figuratus vid. *Figurat. cant.*
- - - *Græcorum.* vid. *Græc. cant.*
- - - *Gregorianus* vid. *Gregor. cant.*
- - - *Hebræorum* vid. *Hebr. cant.*
- - - metricus. vid. *metr. cant.*
- - - modulatus. vid. *modulat. cant.*
- - - organicus. vid. *Org. cant.*
- - - proſaicus. vid. *proſ. cant.*
- - - reſponſorius vid. *reſponſ. cant.*
- - - *Romanus.* vid. *Rom. cant.*

Cappa veſtis cantorum propria. I. 324. *m.* 325. *p. i.*

Capranica Card. muſicorum collegium ſimile *ſacculo porcellis pleno* edixit. II. 221. *c. m.*

Carcaſſonæ expugnatio clero canente. I. 560. *c. f.*

Carissimi auctor cantus recitativi. II. 297. *f.* Eius elogium. II. 344. *i.* 345. *p. i.* & *p. m.*

Carme (P.) organa hydraulica. II. 138. *p. m.*

Carmen ſolemne precationis apud *Romanos.* I. 17. *c. m.*

Carmina dicere idem ac canere. I. 21. *p. m.*

Carolus (S.) reliquis inſtrumentis muſicis reiectis ſolum organi uſum conceſſit. II. 186. *m.* 217. *c. f.* quem cantum præſcripſerit in eccleſ. *Mediol?* II. 208. *c. f.*

Carolus M. choro pſallentium ſæpe præſens I. 270. *i.* 316. *c. f.* ſeq. dicitur ex diſciplina *Græcorum* modos muſicos auxiſſe. I. 268. *c. m.* II. 71. *p. m.* quando cantum *Romanum* in *Galliis* & alibi inſtauraric? I. 269. *i.* & n. *a.* 270. *f.* ſeq. II. 41. *c. m.* & *c. f.* an ſit auctor hymni: *Veni creator Spiritus?* II. 30. *p. m.* Eius decreta de cantu eccleſ. II. 65. *c. m.*

Carlstadius muſicæ eccleſ oſor. II. 246. *p. i.*

Casalii deſcriptio abuſus muſ. eccleſ. II. 223. *p. m.*

Casimirus (S.) an ſit auctor rhythmi: *Omni die dic Mariæ?* II. 27. *p. m.*

Cassiodorus quam fecerit diſtinctionem inſtrumentorum muſicorum? II. 146. *c. m.* quot ſtatuerit tropos, ſeu modos muſicos? II. 71. *p. i.* Eius lib. de muſica. I. 197. *c. m.*

Castaldo quid ſentiat de inſtrumentis muſicis in eccl. II. 218. *p. i.*

Caſtratio vocis cauſa quando & ubi fuerit in uſu? II. 75. *c. f.* an ſit licita? II. 204. *p. i.* ſeqq.

Cathedrales in eccleſias quinam horarum canonicarum decantationem invexerint? I. 481. *p. i.*

Catolenus Abb. cantuum compoſitor. I. 252. *p. i.*

Celanus auctor ſequentiæ: *Dies iræ.* I. 409. *c. f.*

Cerei paſchalis benedictio ſolemnis. I. 534. *c. m.* eius auctor. II. 28. *c. m.*

Cesti odas theatro primus intulit. II. 298. *i.*

Χειρονομία m. æ. uſitata. I. 320. *f.* 321. *i.* & n. *a.*

Chelium uſus quando invaluerit in eccleſia? II. 219. *f.* 341. *p. m.* & n. *a.*

Cherubicus hymnus. I. 112. *p. i.* 120. *c. m.* 121. *i.*

Chilperici *Franc.* Regis carmina. II. 22. *p. i.*

Chinenſium muſica S. II. 265. *c. m.*

Chorali in cantu I. 247. *p. m.* II. 268. *p. i.* quæ cautiones adhibendæ? II. 306. *p. i.*

Choreæ an in eccleſiis olim ductæ? I. 207. *p. m.* II. 102. *p. m.* 103. *i.* in Primitiis. II. 237. *c. f.* in dedicationis anniverſariis, II. 238. *p. i.* & proceſſionibus. II. 239. *p. i.* ex eccleſiis ſunt eliminatæ. II. 237. *c. m.* ac diebus feſtivis prohibitæ. I. 133. *p. m.* 213. *c. f.* 214 *i.* 219. *c. m.* II. 102. *c. f.*

Chorepiſcopus *Coloniæ* ſimul fuit primus cantor. I. 298. *c. m.*

Chori inſtr. muſici deſcriptio. II. 151. *p. m.*

Chorus ſeu chora pro antiphona quoque ſumitur. I. 48. *c. m.*

Chorus

Chorus pſallentium unde dictus ? I. 290. *p. m.* 292. *p. i.* bifariam diviſus. I. 291. *c. m.* & aliquando trifariam. *ib. c. f.* ubinam ſitus ? *ib. c. f.* illius ordo m. æ. qualis ? I. 320. n. *a.* Eidem ſe iunxerunt mulieres cum ſacris virginibus, viri cum monachis. I. 146. n. *a.* viri quoque ac fœminæ principes. I. 157. *p. i.* 159. *c. m.* 160. *c. m.* item populus. I. 159. *p. m.* ſeqq. Chori pſallentium in funere. I. 145. *p. m.* 146. *i.* 147. *m.* 148. *c. m.* 149. *p. m.*

Chriſti divinitas a primis ſæculis cantu celebrata. I. 21. *p. m.* 23. *f.* 30. *p. m.* 70. *c. m.*

Chromaticæ harmoniæ damnatæ. I. 218. *m.*

Chromaticum genus muſicæ I. 218. *p. m.* an etiamnum obtineat ? II. 280. *c. f.*

Cimenius Card. officium Mozarabium reſtituit. II. 268. *c. f.* & n. *a.*

Ciſtercienſium ſtudium in inſtituendo corrigendoque cantu. I. 286. *p. m.*

Citharæ diverſæ formæ. II. 140. *p. i.* 152. *p. m.* ſeqq. unde dicta ? II. 154. *i.*

Claves in muſica Guidoni debentur. II. 46. *c. m.*

Clementis (S.) *Alex.* locus de choro Chriſtianorum; I. 30. *p. i.* & de uſu inſtrumentorum muſicorum. I. 210. *c. m.* item hymnus ad Chriſtum. I. 75. *c. m.*

Clerici niſi canere docti in conſpectum Caroli M. non admiſſi. I. 276. *p. m.* Quomodo divinum officium in & extra chorum debeant peragere ? II. 170. *i.*

Clerus numeroſior in civitatibus ad pſalmodiam adſtrictus. I. 160. *p. m.* 163. *p. m.* ſeqq. 187. *c. m.* præſertim die dominica. ib. *p. m.*

Clodoveus R. ſuſceptus *Virduni* cum cantilenis. I. 136. *p. m.*

Cluniacenſes quem ritum ſervaverint in celebranda nocte reſurrectionis Dominicæ ? I. 537. *p. i.* n. *a.*

Cluſor verſus qualis ? I. 514. *p. i.* & *c. f.*

Coelestinus P. an cantum antiphonum pſalmorum ad introitum Miſſæ inſtituerit ? I. 100. *c. m.* 101. *p. i.*

Colonienſis diœceſis decreta de muſica, II. 220. *c. m.* & contra ludos ſacros. II. 236. *p. i.* & *p. m.*

Columbanus (S.) in agone cantaſſe refertur. I. 552. *f.*

Columnæ antediluvianæ a non nemine ad muſicam pertinuiſſe dicuntur, a Iubal & variis patriarchis confectæ. I. 2. *f.*

Communio S. ſumta ab iis, qui eidem interfuere. I. 125. *c. m.*

Communio, ſeu antiphona ad communionem unde deſumta ? I. 458. *p. i.* cum pſalmo etiam cantata, ib. *p. m.* & quare ? I. 460. *p. i.*

Completorium poſt veſperas. I. 195. *f.* 196. *i.* an a S. Benedicto inſtitutum ? I. 196. *p. m.* duplex apud *Græcos.* I. 494. *c. f.* ſeqq. eius ſolemnis celebratio apud *Romanos.* I. 496. *c. f.*

Compoſitores muſici quinam optimi ? II. 225. *c. m.* quænam ipſis præcipue obſervanda ? II. 272. *i.* *c. f.* 315. *p. i.* Vid. v. *Muſurgi.*

Conantii Ep. officia & hymni. II. 28. *p. m.*

Concentor quis ? I. 303. *p. i.* eius officium. I. 304. n. *c.*

Conciliorum decreta circa muſicam ſacram. II. 220. *i.* 227. *c. f.*

Conductus quid indicet ? II. 129. *p. i.*

Confeſſores pſaltæ dicti. I. 36. *p. m.*

Conradus *Sittinger* (P.) monachus *S. Blaſii*, organorum fabricator II. 192. *p. m.*

Consentii hymni laudantur. I. 84. *m.*

Conſonantiarum qualis uſus in polyphonia ? II. 112. *p. i.*

Constantii Imp. ſepultura cum hymnis & pſalmis etiam eminus velut e cœlo auditis. I. 145. *p. m.*

Contaciorum I. 590. primus auctor Romanus Diac. *Edeſſ.* I. 79. *c. m.* & n. *a.*

Conternatio pſalmorum. I. 486. *p. i.*

Conteſtationes ſeu præfationes Miſſæ. I. 99. *c. f.* 442. *c. f.*

Contrapuncti uſus quibusdam probatus, II. 207. *c. m.* ab aliis reiectus, II. 208. *c. m.* in *Mediolanenſi*, ib. *c. f.* & *Galliæ* eccleſiis eſt adſervatus. II. 209. *c. m.*

Contrapunctum inter & falſum bordonum diſcrimen. II. 293. *p. i.*

Convivia inter hymnos & pſalmos apud Chriſtianos. I. 140. *p. m*, ſeqq.

- - - cum cantu & muſica apud Gentiles. II. 382. *p. i.*

Corellius uſum chelium in eccleſia ordinavit, II. 219. *f.*

Cornelii *Agrippæ* ſententia de muſica figurata. II. 222. *p. i.*

Coronatio Regum cum acclamationibus & cantu. I. 548. *c. m.*

Cosmæ *Maiumenſis* peritia muſica. II. 9. *c. m.*

Cosmas *Hieroſol.* cantor & poeta illuſtris. II. 9. *p. i.*

Credulitatis nomen quid indicet ? I. 429. *p. m.*

Crotali deſcriptio. II. 157. *c. f.*

Curſus

Curſus eccleſiaſtici varia genera. I. 154. *p. m.* 155. *i.* 162. *c. m.* 164. *p. m.* ſeq.
Curſus B. V. quando ſit inſtitutus? I. 557. *c. m.* & ad canonicos pervenerit? I. 559. *f.* 560. *i.* an obliget eius recitatio? I. 560. *i.*
Curſus horarum canonicarum. I. 155. *p. i.* 164. *p. i.* ex quibus ſit compoſitus? I. 165. *p. i.* 168. *p. i.*
Cymbala & ſcabella pedibus feriebantnr a veteribus ſymphoniacis. I. 213. *p. m.* illorum deſcriptio. II. 158. *p. i.* & uſus in eccleſia. II. 240. *i.*
Cymbalicæ rotæ. II. 165. *p. i.*

D.

DAMASUS (P.) an cantum in eccleſia *Romana* inſtituerit? I. 60. *c. m.* 242. *i.* & n. *a.* & alternum quidem? I. 44. *c. m.* ac diurnum nocturnumque? I. 91. *i.* Eius carmina de variis feſtis SS. Apoſt. & Mart. I. 80. *c. f.*
DAVID quo inſtrumento muſico uſus ſit coram SAULE? I. 9. *p. m.* Eidem tribuitur præcipua laus adornatæ muſicæ. I. 4. *c. f.* 5. *i.* 11. *p. i.*
Decentum quid? II. 111. *c. m.*
Declinatorii verſus quales? I. 336. *p. m.*
Dedicatio eccleſiæ requiſita ad ſacra Chriſtianorum. I. 53. *p. m.* quo cultu olim celebrata? II. 238. *p. i.*
Delona cantilenæ nomen in ſacris Apollinis. I. 17. *p. m.* eius partes. *ib. c. f.*
Deus in adiutorium &c. in officio S. frequentatum. I. 513. *c. f.*
Diaconi cantorum obibant munus. I. 302. *c. m.* & n. *a.*
Diaphonia, organum dicta, m. æ. inventa. II. 107. *f.* eius notio. II. 108. *i.* & *p. m.*
Diapſalma in pſalmis an ad cantum pertineat? I. 5. *c. m.* 11. *p. m.* vel ad muſica inſtruta? I. 11. *p. m.* it. n. *a. b.*
Diatonicum genus muſicæ I. 218. *p. m.* conſtanter ſervatum in cantu *Ambroſiano*, & *Gregoriano*. I. 252. *c. f.*
Dignitatis titulus cui competat? II. 170. *c. m.*
DIONYSII *Alex.* muſica ſcientia. I. 197. *c. m.*
Diptychorum cantus. I. 447. *m.*
Directaneus cantus, ſeu *in directum* opponitur antiphono. I. 174. *p. m.* 196. *p. m.* uti *Gloria in excelſis Deo*, *Sanctus*, *Agnus Dei &c.* I. 175. *p. m.* & *c. f.* 176. *i.*
Directaneus pſalmus I. 175. *p. m.* it. n. *a.* 190. *c. m.* 196. *i.* parvulus. I. 190. n. *c.* 191. n. *a.* 195. *c. m.*
Diſcantus ſeu biſcantus notio. II. 110. *c. f.* 111. *f.* Eius ſpecimen. II. 108. *f.*
Δίϛιχον προκείμενον quale? I. 513. *p. m.*
Ditoni uſus a *Guidone* iam receptus. II. 117. *p. i.*
Doctoratus gradu quando muſicæ profeſſores ornati in *Anglia*? I. 287. *p. i.*
Domeſticus muſicorum quis? I. 308. *c. f.*
Dominicæ diei feſtiva celebratio cum pſalmodia & cantu. I. 97. *c. m.* n. *b.* 98. *c. m.* 132. *p. m.* Eadem die arare vel fodere præſtat, quam ſaltare, I. 215. *f.* aut cantiones profanas & laſcivas proferre. I. 218. *i.*
Donatiſtæ catholicos redarguere, quod ſobrie canerent. I. 72. *m.* 204. *p. i.* Eorum cantiones damnatæ. I. 72. *p. m.*
DONII ſententia de muſicæ figuratæ abuſu. II. 224. *c. f.* de tribus rhythmorum generibus. II. 272. *p. i* de ſtatu antiquæ & modernæ muſicæ. *ib.* de ardua inſtitutione muſicæ figuratæ. II. 274. *c. m.* de quatuor gradibus, quibus eccleſ. cantus apud Latinos proceſſerit. II. 94. *c. f.* de prolixis ſyrmatibus & repetitionibus verborum in muſica. II. 312. *p. m.* Imperitia muſicæ practicæ Eidem obiecta. II. 285. *p. i.*
Doricus modus frequentatus apud *Hebræos*. I. 5. *p. i.*
Δοξολογία μεγάλη ϗ μικρὰ apud *Græcos*. I. 106. *p. i.* 511. *c. f.*
Doxologia *Gloria in excelſis* in nocturno ſeu matutino officio. I. 103. *p. m.* ſeqq. 111. *c. m.* 183. *p. m.* 189. *c. m.* 190. *c. m.* 191. *i.* it. n. *a.* & ad Miſſam. I. 104. *c. m.* ſeqq. a ſolo ſacerdote incipitur. I. 378. *i.* & quare? *ib. p. i.* quibus temporibus? I. 104. *c. m.* 106. *m.* 378. *p. m.* 379. *p. m.* a quo præſcripta? I. 56. *p. i.* 104. *c. m.* quandoque cum integra liturgia *græce* & cum tropis fuit cantata. I. 382. *p i.* Ritus *Ambroſianus*, *Græcus*, & Mozarabicus circa eius cantum. I. 381. *p. i.*
Doxologia *Gloria Patri &c.* quo ritu adhibita in fine ſermonum? I. 54. *c. m.* ad profeſſionem fidei. I. 55. *c. m.* it. n. *b.* poſt pſalmos, reſponſoria & lectiones fuit cantata? I. 43. *c. m.* 55. *f.* 56. *p. i.* 182. *c. m.* 508. *m.* 512. *p. m.* cum cantu reſponſorio. I. 55. *c. f.* & antiphono. ib. 178. *i.* Illius varia genera. I. 54. *c. m.* ſeqq. & lites ideo motæ. I. 54. *p. m.* 55. *c. m.* 56. *i.* it n. *a.* 71. *p. m.* Eiuſdem pars altera *ſicut erat &c.* ob hæreticos eſt addita. I. 178. *p. m.*

Dramata ſacra Romæ primum audita. II. 298. *p. i.*

Druides muſicam adhibuere in ſacris. I. 19. *p. i.* II. 378. *c. m.*

Duello committitur cauſa de ſubſtituendo officio *Gallicano* in locum *Toletani*. I. 259 n. *a.*

DUNSTANUS (S.) perperam cantum a quatuor vocibus inſtituiſſe dicitur. II. 35. *p. m.* inſtrumenta muſica dextre tractavit. II. 99. *p. i.*

DUNSTAPHUS *Anglus* muſicæ figuratæ cultor eximius. II. 326. *i.*

Duodecima hora canonica. I. 154. n. *a.* 175. n. *a.* eius officium. I. 195. *c. m.*

DURELL *Anglus* defenſor muſicæ. II. 252. *p. i.*

E.

EADMERUS celebris cantor. I. 299. *p. m.*

EADREDUS cantor peritiſſimus extra eccleſiam mutus. I. 299. *c. f.*

EBERLIN, *Erneſtus*, melotheta inſignis. II. 371. *c. f.* it. n. *a.*

ECCARDUS hymnum *Te Deum laudamus* in *Germaniam* trantulit linguam ſæc. IX. II. 25. *p. i.*

Eccleſiarum præcipuarum ſtudium in adornando cantu. I. 225. *i.*

Echo. I. 227. n. *a.*

EDDII mon. Cant. opera cantus inſtituitur in *Anglia.* I. 261. *i.*

Εισοδικὸν quale officium? I. 418. n. *a.*

Εκφωνήσεις orationes altiori voce dictæ. I. 122. *p. m.* 123. *i.*

Enchorda inſtr. muſ. II. 151. *p. m.*

Enharmonicum muſicæ genus. I. 218. *p. m.* II. 73. *m.* an adhucdum ſit in uſu? II. 280. *c. f.*

ENOSI tempore an primum viguerit cantus in eccleſia? I. 2. *m.*

Επαινὸς, αἶνος in quo differant ab hymno? I. 74. *c. m.*

Επαοιδὸι incantatores, incantationes. I. 15. *c. m.* 16. *p. i.*

Επευφημεῖν in S. Liturgia idem ac ὑπακούειν. I. 95. *i.*

EPHREM (S.) S. cantus inſtaurator I. 98. *c. m.* ſacros hymnos ad metrum HARMONII compoſuit. I. 77. *p. m.* 78. *i.* 200. *i.* & *c. m.* quod poſteriores eccleſiæ cantores ſunt imitati. I. 200. *m.*

Ephymnia Therapeutarum. I. 20. *c. m.*

Επιλύχνιος εὐχαριστία ſeu προσφώνησις. I. 193. *c. f.* 194. *p. m.*

Epiphaniæ feſtum olim profanatum ornatu muliebri, ſaltu, & laſcivo cantu. I. 214. *f.* ſeqq.

Epiſcopi cantu delectati. I. 316. *m.* cum choro pſallentium excepti. I. 136. *c. f.* 137. *i.* 550. *p. i.*

ERASMI *Rot.* deſcriptio muſicæ figuratæ. II. 222. *p. m.*

ERICUS Rex *Daniæ* ope citharædi an in furorem actus? II. 84. *p. m.*

EVAGRIUS *Ponticus* apathiam affectans muſicam tamen ſuſcipit. I. 225. *c. f.*

Evangelium quo ritu a Diacono ad altare deportatum. I. 419. n. *a.* & cantatum? I. 107. *c. f.* olim in Miſſa tantum. I. 353. *m. græca* & latina lingua. I. 419. *c. f.* in ambone. I. 420. *p. i.* cum maiori vel minori modulatione. ib *f.* ſpecimina huius cantus. I. 421. ſeqq.

Evangelicus codex præferri ſolitus in proceſſionibus. I. 418. n. *a.* 568. *c. m.*

Euchariſtiæ ἐπιλυχνίου celebratio I. 193. *f.* 194. *p. m.* cum cantu pſalmorum. I. 61. *c. m.* 62. *c. m.* & n. *c.* antelucanis & aliis horis. I. 152. *p. m.* etiam veſpere. I. 153. *i.* & ad præfationem in Miſſa. I. 117. *c. m.*

Euchitarum varii modi muſici. I. 73. *p. i.*

EUGENIUS qua ratione ordinem *Ambroſianum* in eccleſia mediol. conſervarit? I. 256. *c. m.*

Eunuchus hymnorum cantoribus erudiendis olim præpoſitus. I. 33. *c. f.*

Eunuchi cantores reprobati, ac irregularibus ac. cenſiti. II. 204. *p. i.* ſeqq. quando & ubi fuerint recepti? II. 75. *c. f.*

Evovae unde? I. 337. *p. i.*

EUSEBIUS hymnis & pſalmis Chriſti divinitatem probari teſtatur. I. 30. *p. m.*

F.

Falſa muſica quid denotet? II. 120. *f.*

Falſetus, diſcantus. II. 206. *p. i.*

Falſibordoni in concentu quænam obſervanda. II. 116. *p. m.* 292. *c. f.*

Feræ muſica delectantur. I. 227. n. *a.*

Feſta Sanctorum cum convenienti cantu, & aliis lætitiæ ſignis, I. 133. *c. m.* non autem cum ſono inſtrumentorum & ſaltatione ſunt celebranda. I. 213. *c. f.* 214. *i.* ſeqq.

FEYOO præ omnibus inſtrumentis cheles in eccleſia minime idoneas cenſuit. II. 218. *p. m.* & n. *b.* de muſicis compoſitoribus quid ſentiat? II. 225. *c. m.*

FICINUS

Ficinus (*Marſil.*) muſicus. II. 320. *p. m.*
Ficta muſica qualis? II. 283. *p. i.*
Figuræ muſicæ notio, II. 124. *p. i.* & formæ. ib. *m.* ſeqq.
Figurata muſica olim in eccleſiis prorſus ignota, I. 248. *m.* poſtea tamen, II. 273. *p. m.* in monachorum etiam & monialium cœtibus obtinuit. II. 211. *i.* primum ſimplex, II. 273. *c. m.* demum ultra modum aucta, II. 274. *p. i.* cumulatis eius ſignis & figuris, II. 124. *p. i.* ſeqq. 275. *p. i.* fruſtra tentata earum mutatione, II, 276. *p. i.* ut adeo fuerit vetita ſtatutis variorum Ordinum, II. 213. *p. i.* præſertim monaſticorum. II. 214. *p. i.* Eius variæ ſpecies. II. 127. *p. m.* Vid. *Menſurata* muſica.
Fiſtularum deſcriptio. II. 150. *c. m.*
Flavianus *Antioch.* an *Gloria Patri* primus cantari iuſſerit? I. 54. *f.* 55. *i.* & n. *b.*
Fontis baptiſmalis conſecratio. I. 535. *p. m.*
Fortunati (S.) *Pictav.* hymni. I. 83. *m.* ſeq.
Fortunati *Venantii* locus de inſtrumentis muſicis. I. 217. n. *a.* II. 147. *p. m.*
Francici cantores, I. 264. *c. m.* *Bononiæ* in plateis canere prohibiti. I. 257. *c. f.* Eorum libri muſici maiori in pretio habiti, quam *Romani*. I. 263. *p. m.*
Franconis *Pariſ.* regula de triplo. quadruplo, imo quintuplo operando. II. 119. *c. m.*
Francorum reges *Merovingici* muſicæ amatores. I. 263. *i.*
Fridericus II. rex *Boruſſiæ* muſicæ ſtator. II. 369. *m.*
Fulbertus, ſcholæ *Carnutenſis* magiſter inſignis, & cantor. 284. *p. m.*
Fulgentius (S.) clericos ſuos ſuaviter pſallendi curam habere iuſſit. I. 91. *i.*
Funus piorum læto potius cantu proſequendum. I. 147. *c. m.* 148. *m.* 149 *i.*
Fux, *Ioſeph.* quot conſtituerit modos muſicos? II. 28. *p. m.* Eius monita de ſtylo eccleſiaſtico. II. 294. *c. m.* 370. *i.*
- - - inſtitutio muſicæ ſolida. II. 370. *p. i.* Melotheſiæ. II. ib. *p. m.*

G.

Gafori, *Franchini* opus de re muſica celebratur. II. 321. *p. m.*
Galli (S.) in monaſterio antiphonarium D. Gregorii adſervatum. I. 580. *p. m.* diverſum a *Metenſi*, I. 275. *c. f.* uti & modulatio *Romana*. I. 274. *c. m.* 275. *p. m.*
Galli indociles eſſe notantur in hymnorum carmine. I. 204. *p. m.* Illos inter & *Romanos* cantores altercatio ſub Carolo M. I. 269. n. *b. c.* 270. *p. m.*
Gallia Narbonenſis Viſigothorum in *Hiſpania* regno accenſita. I. 185. *i.*
Galliæ reges muſicæ fautores. II. 318. *c. f.*
Gallicæ muſicæ ſtatus noſtro ævo. II. 301. *p. i.*
Gallicanus cantus antiquus *Romano* ſimplicior. I. 263. *c. m.* 264. *p. m.* illius reliquiæ etiam in *Romano* officio, I. 264. *i.* Præfatio, ibid. *p. m.* *Sanctus* feriale, I. 263. *c. m.* Oratio dominica, I. 264. *p. m.* modulatio pſalm. *In exitu Iſrael.* I. 263. *p. m.*
- - Officium, I. 164. *p. m.* ſeq. iuxta quosdam idem ac Mozarabicum, I. 358. *p. i.* diverſum olim a *Romano*, I. 357. *m.* 358. *p. i.* quod tamen poſtea eſt receptum, I. 582. *p. m.* eccleſiis quibusdam ac monaſteriis *Alexandrinum* recipientibus. I. 155. *i.*
- - Pſalterium, I. 265. *c. m.* 266. *c. m.* in quibusdam *Germaniæ* eccleſiis olim introductum, I. 264. *f.* 265. *c. m.* & n. *a.* in *Hiſpania* quoque, ib. & alibi, etiam *Romæ* receptum. ibid. *p. m.*
- - Ritus pro horis canonicis. I. 470. *c. f.* an recte dicitur in *Hiſpanias* introduci iuſſus? I. 258. *p. i.* 259. *c. m.* Hymni in eodem frequentati. I. 258. *c. m.*
Galuppi quid requirat in muſica? II. 308. *m.*
Georgius presb. ſæc. IX. organorum fabricator inſignis. II. 142. *p. i.*
Geraldi, *Bracc.* Arch. encomium. I. 313. *m.*
Geraldus muſicus *Moyſiacenſis* mon. I. 285. *f.*
Germanus (S.) in pſalmodia aſſiduus, I. 156. *p. m.* 168. *c. m.* clerum quoque & populum pſallere iubet. I. 161. *c. m.* Eius pſalterium. ibid. *m.* ſeq.
Germani officio *Romano* uſi, I. 580. *p. i.* qua delectentur muſica n. *a.* II. 302. *p. m.* 368. *p. i.* 369. *i.*
- - Melothetæ hodierni. II. 370. *m.* ſeqq. Eorum opera muſica typis edita. II. 372. *c. m.* 374. *c. f.*
Gersonis inſignis locus de muſica ſui ævi. II. 167. *c. f.* 168. *i.* de organorum uſu, II. 145. *c. m.* ac de regulis pro inſtructione puerorum *Pariſ.* II. 169. *p. i.* 206. *p. m.*
Ghiſianus codex antiquiſſimus. I. 569. *c. m* & n. *a.*
Gildas (S.) Abb. *Rugenſis* anguſtæ inſulæ dilatationem divinitus impetrat. I. 137. *m.*
Gisleberti opera muſica. II. 39. *p. i.*
Glareanus quid in muſica moderna deſideret? II. 272. *m.* 280. *f.* quot modos muſicos admiſerit? II. 284. *c. m.*

Gnoſticus Clementis *Alexand.* quomodo ad muſicam inſtitutus? I. 89. *p. i.*
Godescalci ſermones apologetici, II. 27. *p. m.* 28. *i.* & hymni. II. 28. n. *a.*
Goliardis cantus in eccleſia interdictus. II. 81. *p. m.*
Graduales libri. I. 573. *p. m.*
Gradualia, I. 110. *p. m.* 399. *p. i.* a quibus compoſita? I. 398. *p. m.* qua modulatione canenda? I. 400. *c. m.* illa inter & tractus differentia. I. 402. n. *a.*
Gradualis pſalmus modo reſponſorio cantatus. I. 406. *i.*
Græcæ etiam ſchiſmaticæ & latinæ eccleſiæ cantus quondam communis. I. 245. *c. f.* 246. *i.*
Græci melodi. I. 78. *i.* ſeqq. II. 8. *i.* ſeqq.
Græcorum cantus & muſica eccl. m. æ. I. 289. *i.* in Oriente & Occidente olim uſitata, I. 356. *m.* poſtea tamen fuit neglecta, II. 260. *c. m.* muſicis inſtrumentis omnino reiectis. II. 261. *c. m.* Diſciplina cantus moderni *Græcorum*. II. 259. *i.*
- - Libri liturgici. I. 585. *p. i.*
- - Liturgia qualis ſit. II. 259. *f.*
- - Notæ muſicæ, I. 202. *c. m.* II. 52. *i.* 54. *i.* ſeqq. latinis quoque olim fuere familiares. II. 53. *p. i.* & *c. f.* Earum ſpecimina. II. 56. *c. f.*
- - Ritus celebrandi laudes matutinas, I. 489. *i.* & feſta Sanctorum. I. 544. *c. f.*
- - Studium in componendis odis ac hymnis. I. 289. *c. m.* 588. *i.* & ſupplendo defectu notarum muſicarum. I. 308. *p. i.*
Gregorianus cantus planus ſeu choralis a S. Gregorio M. I. 247. *pm.* 248. *p. i.* ſub Carolo M. in *Galliis* adoptatus, I. 269. n. *c.* & in *Hiſpania*, I. 259. *c. m.* ac in *Anglia*. I. 260. *p. i.* illum inter & *Ambroſianum* diſtinctio. II. 268. *p. i.*
Gregorius M. (S.) cantus eccleſiaſtici in Occidente inſtaurator, I. 247. *p. m.* 248. *i.* ſeqq. II. 1. *i.* ſeqq. divinitus accepit cantus diſciplinam, I. frontiſpicio, II. 2, *c. m.* artem muſicam e *græca* in *latinam* transtulit eccleſiam, I. 249. *p. i.* ſcalam item muſicam per primas alphabeti literas, ibid. *c. m.* II. 4. *c. f.* Antiphonarium & reſponſale ordinavit, I. 247. *f.* ſeqq. II. 2. *i.* ſcholam cantorum inſtituit. II. 4. *p. i.* an *figurato* cantui *firmum* ſubſtituerit? I. 248. *c. m.* & an authentos duntaxat adoptarit modos, anve plagales addiderit? dubitant aliqui. I. 268. *c. m.* Eius hymni, II. 21. *p. m.* & encomium, II. 2. *c. m.* dominica prima Adventus in eccleſia decantatum ante introitum, I. 250. *i.* falſo adſcriptum Greg. II. I. 251. *c. m.* Eius lectulus & flagellum pro pueris. I. 248. *p. i.* Difficultates de eius libris liturgicis ab eruditioribus motæ. II. 4. *c. f.*
Gregorius V. cantum invexit muſicalem. II. 41. *c. m.*
Gregorius IX. Ant. *Salve Regina* horis can. addi præcepit. II. 163. *c. m.*
Gregorius (S.) Thaumaturgus in hymnis decantandis pernox. I. 156. *p. i.*
Grimbaldus cantor e *Gallia* in *Angliam* accerſitus. I. 282. *c. m.*
Guederon muſicorum *Gallorum* Patriarcha. II. 337. *p. i.*
Guido *Aretinus* corruptam muſicam variis in regionibus emendavit. I. 283. *c. m.* facilioremque reddidit cantus eccl. methodum. II. 42 *m.* ſeqq. ditoni agnovit uſum. II. 117. *p. i.* ſcalæ muſicæ non addidit Γ. II. 49. *c. m.* nec notularum cum ſuis appellationibus eſt auctor II. 50. *p. i.* nec muſicæ polyphonæ aut inſtrumentorum polyplectrorum. II. 51. *i.* alphabeti vero litteris eſt uſus. II. 54. *p. i.* Eius micrologus. II. 42. *p. m.* hexachordon & neumæ. II. 44. *c. m.* Eidem lineæ & claves in muſica debentur. II. 46. *c. m.* 61. *p. i.* methodus ab eo tradita per univerſum orbem feliciter eſt propagata. II. 48. *i.*

H.

Hæreſes per cantica propagatæ. I. 70. *p. m.* ſeq. II. 247. &c.
Hæretici medio & poſt. ævo cantum eccleſ. inceſſentes. I. 245. *c. f.* II. 245. *i.*
Harduinus presb. arte ſcriptoria excellens. I. 562. *c. f* & n. *a.*
Harmonica muſica I. 198. *p. i.* II. 146. *p. i.* quænam canonica dicta? I. 201. *c. m.* & n. *a.* 203. n. *a.* noſtra an primis ſæculis fuerit in uſu? I. 199. *m.* Eius geneſis conſonantiarum. II. 285. *m.*
Harmonici Rhythmi. I. 199. *i.* 233. n. *b.*
Harmonii hæretici cantica ad ſuaviter inſinuandam hæreſim. I. 72. *i.* 77. *p. m.* & n. *a.*
Hasse, *Adolphi*, lucubrationes muſicæ. II. 369. *c. f.* Coriphæus hodiernæ muſicæ. II. 354. *p. i.* 370. *c. m. p. m.*
Hebdomadarii ex canonicis conſtituendi officium. II. 173. *p. i.*
Hebdomas Paſchatis & Pentecoſtes integra divino cultui dicata. I. 537. *c. m.*
Hebræorum accentus an muſici ſint? I. 5. *p. i.*
- - - cantus antiquus in noſtro genere diatonico. I. 9.

I. 9. *p. i.* varius, prout diverſi ſunt libri ſacri. I. 8. *c. f.* alternus. I. 5. *f.* 10. *c. m.* An aliqua conſonantia harmonica fuerit præditus? I. 10. *p. m.* Eius ratio nuper iterum reperta. I. 8. *f.* Hodiernus illius ſtatus. I. 8. *p. i.* diverſus a veteri. I. 9. *i.*

- - - Modi muſici. I. 5. *p. i.*

- - - Sonandi tripudiandique ars. I. 12. *i.*

Helveticæ congregationis *Benedictinæ* decreta de muſica. II. 212. *c. m.*

HENRICI V. ſolemnis in urbem *Romam* ingreſſus. I. 549. *f.*

Henriciani Deum cantibus irrideri dictitarunt. I. 246. *c. m.* it n. *a.*

HERBERTUS cantor eximius. I. 315. *p. m.*

HERBINIUS quam adprobarit muſicam eccleſ. II. 255. *p. i.*

HERIGERUS Abb. muſicæ artis peritiſſimus. II. 36. *c. m.*

HERRMANNI *contracti* auctoris ant. *Salve regina.* II. 37. ſequentiæ. II. 27. n. *a.*

HERMENEGILDI (S.) ad corpus auditus cantus. I. 551. *c. f.*

Hiberni quamdiu ignorarint cantum eccleſiaſt. I. 287. *m.* II. 42. *p. i.*

HIERAS canticorum novitiorum auctor. I. 71. *i.*

HIERONYMUS (D.) an pſalterium digeſſerit? I. 471. *c. f.* lectionariumque ordinarit? I. 473. *c. m.*

HILARIUS (S.) inter latinos hymnographos I. 73. *m.* primus occurrit. I. 80. *p. i.* Eius hymnus matutinus & ſerotinus. I. 80. *p. m.* Alii eidem falſo adſcripti. ib. *c. m.*

HILLERUS *Lipſ.* muſica ſcientia præſtans. II. 369. *c. m.*

Hirmologium *Græcorum* liber muſicus. I. 587. *p. m.*

Hirmus antiphonæ tonum pſalmodiæ determinat. I. 505. *f.*

Hirſaugienſes conſtitutiones quotidianam recitationem curſus de B. V. præcipiunt. I. 557. *f.*

Hiſpani mixtarabes dicti. I. 577. *m.*

Hiſpanicus ritus I. 258. *p. m.* cur dictus ſit mozarabicus? I. 577. *c. m.*

HOMERI muſicus artem a Deo ſibi inſitam edicit. I. 2. *i.*

Homiliarius liber. I. 567. *p. i.*

Homophonia *Græcis* & *Latinis* olim unice cognita. II. 107. *p. i.*

Horæ canonicæ I. 151. *c. f.* 152. *p. i.* ſeqq. 155. *p. m.* a populo quoque olim frequentatæ, I. 160. *p. m.* publice ſunt decantandæ in choro, I. 262. n. *a.* 481. *i.* II. 179. *p. m.* præſertim in monaſteriis, I. 481. *i.* & cathedralibus eccleſiis; ib. *p. i.* ſublatis abuſibus, II. 180. *p. i.* & negligentia, II. 181 *i.* ſeq. cum debita attentione, I. 231. *p. m.* ſeqq. 181. *i.* ſeq.

- - minores, I. 191. *c. m.* privatim quondam dictæ a monachis, I. 154. *p. m.* it. n. *a.* 483. *p. m.* in *Ægypto* præſertim, I. 193. *i.* it. n. *a.* quot pſalmis abſolutæ? I. 192. *c. m.* it. n. *a.* & *b.* quo ritu tam in *Romano*, quam *Ambroſiano* officio cantatæ. I. 490. *f.* ſeqq.

- - Earum myſticæ ſignificationes, I. 152. *i.* 153. *p. m.* ac numerus, ib. it. 154. *i.* 193. *p. i.* 194. *p. i.*

Horologium *Græcorum.* I. 587. *p. m.*

Hoſanna in liturgia & alibi cantatum, I. 122. *c. m.* it. n. *a.* 136. *c. f.*

HUGBALDUS cantu & poeſi clarus, II. 33. *c. m.* diaphoniam ſuam in diateſſaron & diapente potiſſimum ponit. II. 112. *p. m.* quot agnoſcat modos muſicos? II. 123. *p. m.* Eius notæ muſicæ. II. 54. *c. m.* 56. *p. i.* 58. *p. m.*

HUGO *a S. Victore* in eos præprimis invectus, qui ſacrum deturpant cantum. II. 89. *p. i.*

Hungariæ muſica exotica. II. 372. *p. m.*

Huſſitæ per cantilenas propagarunt errores ſuos. II. 247. *p. i.*

Huſſitarum cantiones. II. 375. *i.*

Hymnarium SS. HILARII & PAULINI, I. 110. *i.*

Hymnodia inter partes divini officii, I. 31. *f.* 32. *i.* ipſius Domini & apoſtolorum documentis & exemplis præcepta. I. 22. *p i.*

Hymnographi latini. I. 73. *c. m.* 79. *p. m.* 80. *p. i.* 81. *i.* ſeqq. II. 21. *i.* ſeqq.

Hymnologia *Græcorum.* I. 587. *p. i.*

Hymnus, I. 74. *i.* 182. *c. f.* 183. *i.* quandoque pro feſto apud veteres ponitur, II. 21. *c. m.* a Chriſto dictus, priusquam aſcendit in montem *Oliveti*, I. 25. *c. m.* 27. *c. m.* 69. *p. i.* a SS. Patribus in exemplum adducitur contra *Priſcillianiſtas.* ibid.

Hymni antiquiores, vel ſine metro, I. 2[illegible] *p. m.* 201. *i.* vel cum harmonicis rhythmis, I. 208. *p. m.* 233. n. *b.* a chriſtianis Doctoribus, I. 74. *i.* ſeq. & probatis auctoribus, I. 72. *p. m.* 73. *c. m.* it. n. *b.* prius in Oriente quam Occidente compoſiti, I. 74. *p. i.* 183. *p. m.* ad uſum eccleſiaſticum ſunt aſſumti, I. 82. *p. m.* 84. *c. m.* aliis, hæreticorum opera conſcriptis, omnino reiectis. I. 68. *c. f.* 510. *p. i.* & n. *c.*

- - Eorum cantus diverſus, I. 511. *i.* & differentia a canticis & pſalmis, I. 67. *c. f.* 68. *i.* quos exulaſſe ab eccleſiis ob *Vandalos* in *Africa* graſſantes doluit S. AUGUSTINUS. I. 86. *p. m.*

- - Eorum frequens uſus. I. 509. *p. i.* in omnibus officii divini partibus; I. 183. *c. f.* unde & toti

toti officio nomen dederunt, matutino præſertim ac veſpertino. I. 183. *f.* 185. *c. m.* ſub conſecratione, I. 447. *i.* quandoque per totam noctem, I. 21. *p. i.* 156. *p. i.* 157. *m.* ac in ſepultura fidelium. I. 145. *c. m.* 146. *i.* ſeqq.
- - - Hymnus ἀκάθιστος apud *Græcos* celebris. I. 529. *p. i.*
- - - Cherubicus eorundem. I. 444. *p. i.*
- - - *Ave maris ſtella* vid. lit. A.
- - - *Pange lingua glorioſi.* vid. lit. P.
- - - Φῶς ἱλαρόν. I. 75. *c. m.* 76. *p. i.*
- - - *Te Deum laudamus.* vid. lit. T.
- - Trium puerorum. vid. lit. T.
- - - Triumphalis, & τρισάγιος. I. 120. *c. m.* 121. *i.*
- - - Hymni *Ambroſiani.* vid. lit. A.
- - - *Anglici* quando decantati? I. 443. *p. i.*
- - - *Græcorum.* vid. lit. G.
- - - *Gregoriani.* vid. lit. G.
- - - metrici. vid. lit. *m.*
Hypodiaconorum feſtum quando celebratum? I. 525. *i.*
Hyporchema carmen cum ſaltatione decantatum. I. 17. *m.*
HYPOLITI *Portuenſis* ᾠδαὶ εἰς πάσας τὰς γραφάς. I. 76. *m.* & n. *a.* 77. *i.*

I.

IACOBUS Diac. S. PAULINI cantus *Romani* propagator. I. 261. *c.* [illegible] it. n. *a.*
IACOPONUS auctor proſæ: *Stabat mater.* II. 27. *p. m.*
Ianuarii Calendis litaniæ celebratæ. I. 140. *m.* ſaltus & cantus meretricii eadem die olim conſueti damnantur. I. 214. *c. m.* II. 103. *p. i.*
Iaponenſium muſica ſacra. II. 265. *c. m.*
IGNATIUS (S. M.) an inſtituerit cantum alternum? 40. *p. m.* 41. *i.* Eius doctrina de cantu. I. 28. *c. m* & n. *a*
ILDEPHONSI (S.) melodiæ. II 29. *p. i.*
Imperatores muſicæ cultores. II. 317. *c. f.* ſeqq.
Incantationes, incantatores, ἐπαοιδοὶ, I. 15. *c. m.* ad ſanationem. I. 16. *p. i.*
Infantes ſopiuntur cantu. I. 226, n. *a.* 227. n. *a.*
Inferni pœnas finem habituras quinam crediderint? I. 554. *c. f.*
Ingreſſa in officio *Ambroſiano.* I. 101. *c. m.*
Inlatio in miſſali *Gallicano* & *Gothico* dicitur oblatio in Miſſa. I. 116. *c. m.*
In pace procedamus completo ſacrificio populo acclamatum. I. 462. *m.*
Inſtitutionis veræ in arte muſica neglectus noſtro etiam ævo obtinet. II. 303. *c. m.*
Inſtrumenta ad populum in eccleſiam convocandum. II. 160. *c. f.*
Inſtrumenta muſica vocibus humanis comparata, I. 212. n. *a.* 216. *c. f.* non ipſe cantus tribuendus eſt inventioni humanæ. I. 2. *c. m.* Primis ſæculis in eccleſiis non ſunt audita. I. 209. *p. m.* 210. *i.* it. n. *a.* 211. *i.* 212. *c. m.* vel ob ipſum ſtatum eccleſiæ preſſum, vel ob turpem gentilium in theatris uſum. I. 214. *i.* an vero ſervierint uſui privato? I. 210. *p. i.* 216. *p. i.* An *Pariſiis* tempore S. GERMANI fuerint adhibita? I. 216. *f.* 217. n. *a.* Eorum claſſes apud *Hebræos.* I. 11. *i.* item varia genera & diſtinctio poſt. ævo. II. 145. *p. m.* 146. *i.* ſeqq. ac deſcriptio in epiſtola ſub S. HIERONYMI nomine ad DARDANUM data. I. 212. *p. i.* it. n. *b.*
- - - Eorum uſus in ſacris gentilium. I. 12. *f.* 13. *i.* II. 380. *m.* & apud *Hebræos.* I. 9. *p. m.* 10. *i.* II. 377. *i.* Profanus in ſacris Chriſtianorum vetitus, I. 212. *p. i.* 213. *c. f.* 214. *i.* ſeqq. II. 147. *p. i.* in laudem Dei adhibitus adprobatur. I. 216. *c. m.* II. 98. *c. m.*
Inſtrumentalis muſica quando in eccleſia primum fuerit adhibita? I. 209. *c. m.* II. 137. *i.* 147. *p. i.* Eius uſus initio rarus. II. 215. *c. f.* 377. *c. m.* in *Galliæ* præſertim eccleſiis ſerius admiſſus. II. 219. *p. i.* a conciliis. II. 220. *i.* & variis Doctoribus eſt improbatus. II. 216. *c. f.* 221. *c. m.* ab aliis vero toleratus. II. 218. *p. i.* excluſis tamen quibusdam inſtrumentis, ib. *c. m.* & habita temporum ratione. II. 233. *p. m.* 234. *p. i.* Eius Epocha ſæc. XVII. II. 341. *i.*
Inſula divinitus ad habitationem dilatata a S. GILDA. I 137. *m.*
Introitus Miſſæ I. 101. *c. m.* ex pſalmis, I. 100. *p. m.* 101. *p. i.* ab introitu ſacerdotis ad altare dictus I. 362. *p. i.* cur cantetur? I. 362. *p. m.* cur quibusdam diebus omittatur? I. 364. *p. i.*
Intus canere apud veteres idem, ac ſola ſiniſtra fides carpere; I. 233. *p. i.* apud Chriſtianos mente & ſpiritu canere ib. *c. m.*
Invitatorium quomodo canatur? I. 488. *i.*
IOANNES archicantor S. PETRI *Romæ* ſub AGATHONE in *Angliam* miſſus ad canendi curſum edocendum. I. 260. *m.*
IOAN. *Argyrophilus* muſica clarus. II. 320. *m.*
IOAN. *Baptiſtæ* (S.) reliquiæ cum hymnis translatæ. I. 136. *c. m.*

IOANNES *Chryſoſtomus* (S.) hymnos nocturnos oppoſuit *Arianis.* I. 43. *c. m.* 86. *i.* 160. *i.* Eius homiliæ in Ep. ad TIMOTH. an *Antiochiæ* habitæ? I. 162. *c. f.* Eius liturgia, I. 97. *m.* & ſolemnis translatio *Cpolim.* I. 135. *c. m.*

IOAN. *Cucuzelis* magiſtri dicti. II. 17. *p. m.* Ars pſaltica. II. 8. *p. i.*

IOANNES *Damaſcenus* (S.) cantus eccleſiaſtici in Oriente inſtaurator, II. 5. *i.* notas muſicas græcis characteribus ſubſtituit. ibid. *p. i.* Eius encomium, ibid. *m.* & opera muſica, ibid. *p. m.* & 6. *p. i.*

IOANNIS *de Fulda* querelæ ob corruptionem muſicæ. II. 303. *m.*

IOANNIS *Geometræ* hymni. II. 7. *c. f.*

IOANNIS *Mauropi* opera muſica diverſa. II. 7. *p. i.*

IOANNES Mon. *Fuldenſis* primus apud *Germanos* cantum eccleſ. compoſuit. I. 282. *p. i.*

IOANNES *de Muris* an auctor ſit notarum quadratarum? II. 63. *p. m.* eius querelæ de diſcantu. II. 110. *f.* ſeq. 119. *c. f.*

IOANNES *Præneſtinus* tempore Conc. Trid. artificio muſico clariſſimus. II. 231. *p. i.* 232. *i.* Eius opera muſica, ib. & elogium. II. 333. *p. m.*

IOANNES *Sarisberienſis* muſicæ inceſſit corruptionem. II. 78. *p. i.* 96. *p. i.* uſum vero inſtrumentorum in eccleſia adprobat. II. 98. *c. m.*

IOANNES *Scotus* muſicam Oxoniæ primus docuit. I. 297. *m.*

IOANNES XXII. cantum organicum & figuratum prohibuit. II. 127. *c. m.* 207. *c. f.*

Ioculatores ex eccleſia eliminati. II. 81. *p. m.*

Ionius modus apud *Hebræos.* I. 5. *c. m.*

IOSEPHUS *Studita* celebris muſicus. II. 10. *i.*

ISIDORUS (S.) officium ordinavit hiſpanicum. I. 258. *p. m.* it. n. *a.* II. 28. *c. m.*

Itala verſio pſalterii olim uſitata, unde hodieque quædam in officio *Romano* ac *Mediolanenſi* ſunt in uſu. I. 265. *p. m.* 266. *i.*

Italicæ muſicæ ſtatus noſtro ævo. II. 299. *p. m.* 302. *p. i.* Eidem ſe conformat aliarum Europæ nationum ſtylus muſ. II. 299. *p. m.*

Ite Miſſa eſt a quo cantetur? 462. *p. m.* & quibus temporibus? I. 463. *p. m.*

IUBAL an ad Dei laudem primus muſica impenderit inſtrumenta? I. 2. *p. m.*

Iubilum lat. ab *hebr.* יובל. I. 2. *c. f.* *græce* ἀλαλαγμὸς, I. 59. *f.* ſeu ſine voce ſonus. ib. *p. m.* Illud inter & neuma diſcrimen. I. 338. *m.*

Iudæis inſtrumenta muſica permiſſa, I. 211. *c. m.* an & Chriſtianis? ib. item n. *a.* 212. *i.* & n. *a.*

IUSTINIANI Imp. auctoris troparii, I. 79. *p. i.* decretum de frequentatione cantus. II. 65. *p. i.*

IUSTINI (S. M.) ψάλτης, I. 75. *c. m.* it. locus de hymnodia Chriſtianorum in S. Liturgia, I. 29. *p. i.* & de uſu inſtrumentorum muſicorum apud Chriſtianos, I. 212. *c. m.* 213. *i.* ſub eius nomine quæſtiones ad orthodoxos. I. 212. *c. m.*

K.

Κανονάρχαι. I. 36. *c. m.*

KECKIUS muſicam aliam præter cantum planum a Religioſis alienam eſſe aſſerit. II. 213. *p. i.* Eius ſchema organi pneumatici. II. 139. *c. f.* 193. *c. f.*

KILIANI codex Evangeliorum *Herbipoli* adſervatus. I. 580. *c. m.*

KIRCHERUS fallitur, GUIDONEM aſſerens muſicæ polyphonæ auctorem. II. 51. *i.* Eius ſententia de diverſarum nationum cantu & muſica. II. 302. *p. i.*

Κοινονικὸν quale canticum? I. 461. *p. m.*

Κοντάκιον quid? I. 590. *m.*

Kyrie eleiſon cantus quis auctor? I. 372. *p. i.* diverſo id numero cantatum. I. 373. *i.* quandoque centies repetitum, I. 541. *p. i.* a *Græcis* præſertim & *Ambroſianis.* I. 374. *m.* ad Miſſam novies, I. 102. *p. m.* 103. *c. m.* 372. *m.* 374. *p. i.* in ſupplicationibus pariter, I. 372. *c. f.* ad oblationem quoque. I. 375 *i.* & ad alias divini officii partes, I. 103. *c. m.* ac in funere loco carminum profanorum, I. 149. *f.* frequentatum cum neumate, I. 399. *c. m.* altiori voce, I. 373. *c. f.* & diverſis tropis I. 375. *p. i.* apud *Sclavos* frequentiſſimum. II. 373. *p. i.*

Κηρύγματα ἐκκλησιαςικά. I. 108. *m.*

L.

Laborem manuum ſacerdotibus monachis inhibuit Concilium *Aquisgranenſe.* I. 557. *p. i.*

Laici quando a pſalmodia excluſi, & quare? I. 243. *p. i.*

LAMBERTI (S.) ad corpus auditus cantus. I. 551. *f.* 552. n. *a.*

LAMBERTUS Abb S. BERTINI muſicam aliis ſociavit ſcientiis. I. 286. *p. i.*

Lampadarii officium quale? I. 8. *p. m.*

Latinæ notæ muſicæ. vid. *Notæ latinæ.*

Latini hymnodi. II. 21. *i.* ſeqq.

Laudes Pſ. CXLVIII. cum ſequentibus, I. 189. *f.*

190.

190. *p. i.* decantatæ etiam poſt lectionem vel evangelium. I. 109. *c. f.* unde nomen officio laudum matutinarum? I. 190. *p. i.* an hymnus trium puerorum efficiat laudes? I. 110. *i.* Verſiculus cum *alleluia.* I. 112. *p. m.* 116. *p. m.*

Laudes Principum decantatæ in eccleſia. I. 549. *p. m.*

Launomii (S.) translatio cum cantu. I. 136. *p.* ?.

Laus perpetua quibus in monaſteriis obſervata, I. 478. *c. m.* ſeqq.

Leander (S.) officium hiſpanicum auxit. II. 28 *c. m.*

Lectiones ex V. & N. T. initio officii S. I. 101. *i.* & *c. f.* 102. *c. m.* & in Miſſa cantatæ. I. 108. *p. m.* 109. *m.* ſeqq. 386. *i.* Earum uſus in Oriente. ib. *p. i.* & Occidente ib. *p. m.* ſeqq. Cantus illarum ſpecimina. I. 391. ſeqq.

- - - Inter pſalmodiam. I. 61. *c. m.* & *c. f.* 171. *f.* 172. *i.* vel ex ſcriptura S. I. 180. *p. m.* 181. *c. m.* & *c. f.* 185. *c m.* aut ex SS. PP. deſumtæ. I. 181. *c. f.* 182. *i.* peculiares in Sabb. S. I. 534. *c. f.* ſeq.

Lectionarium quis ordinarit? I. 573. *c. m.*

Leo II. (P.) muſices peritiſſimus. II. 40. *c. f.*

Leonis IX. (P.) muſicæ lucubrationes. II. 35. *c. f.*

Leonis *Sapientis* troparia. I. 79. *p. i.*

Letanialis antiphona S. Augustini *Angl.* apoſtoli *Doroberniam* ingreſſi. I. 137. *f.* it. n. *a.* 138. *i.*

Leud, *Gothicum* idem ac *Lied Germanicum.* I. 550. *p. m.*

Leviticus cultus magnam partem conſiſtebat in pſallendo. I. 4. *c. m.*

Libera nos quæſumus &c. poſt orationem dominicam cantatum. I. 449. *f.* ſeq.

Lindani ſententia de inſtrumentorum muſicorum uſu in eccleſia. II. 217. *c. m.* & de muſicis. II. 221. *p. m.* 223. *p. m.*

Lineæ in muſica debentur Guidoni. II. 46. *c. m.*

Litaniæ a Gregorio M. inſtitutæ. I. 539. *f.* Calendis *Iannarii.* I. 140 *m.* in capite quadrageſimæ. I. 528. *i.* triduo rogationum. I. 540. *p. i.* & aliis temporibus cantatæ. ib. *p. m.* Illarum diverſa genera. I. 541. *c. m.* 542. *i.* & ſpecimina. I. 528. *p. i.* 535. n. *a.*

Liturgia cum cantu pſalmorum. I. 61. *c. m.* 62. *c. m.* ad Miſſam celebrata. I. 90. *m.* quibus horis? I. 152. *p. m.* qualis a SS. Basilio & Io. *Chryſoſtomo* ordinata. I. 97. *c. m.* it. n. *a.* ac apud *Græcos* uſitata? I. 96. *f.* 97. *p. i.* II. 259. *f.*

Liturgici libri apud *Græcos.* I. 585. *p. i.* in *Gallia* I. 582. *p. i.* & aliis eccleſiis diverſi. I. 562. *i.* ſeqq. Homiliarius. I. 567. *p. i.* paſſionarius, ib. *m.* legendarius, *ib.* epiſtolarius, ib. *p. m.* lectionarius ſeu comes, ib. *p. i.* Capitularis. I. 568. i. A quibus ſint conſcripti? I. 562. *p.* Eorum tres præcipuæ claſſes. I. 562. *p. i.*

Lotio defunctorum. I. 151. n. *c.*

Lucernaria eadem ac veſpera. I. 494. *p. i.*

Lucernarium ſeu λυχνικὸν officium. I. 194. *p. i.* 195. *c. m.* it. n. *a.*

Ludi ſacri m. æ. frequentes. II. 82. *p. i.* 102. *i.* ſeqq. in *Germania* tamen rariores. II. 236. *p. i.* poſtea in eccleſiis vetiti. II. 235. *p. i.*

Ludovici *Pii* in adornando iuxta ordinem a D. Benedicto conſtitutum officio ſollicitudo. I. 278. *m.* II. 41. *p. m.*

Lugdunenſi in eccleſia pſallendi ordo inſtauratus. I. 273. *m.* Illam inter & *Metenſem* controverſia de mutatione cantus. I. 278. *c. f.* 279. *p. t.*

Luitprandus primus omnium Regum officia divina decantari præcepit. I. 482. *c. f.*

Lulli muſicæ *Gallicæ* reformator. II. 300. *c. f.* 345. *c.* 346. *i.*

Lupus *Chriſt.* quid ſentiat de eunuchis cantoribus? II. 204. *p. i.* ſeqq.

Lutherus eiusque aſſeclæ tuentur muſicam. II. 252. *p. i.* adhibentque in ſacris. II. 253. *c. m.* Eorum doctrina per cantilenas propagata. II. 248. *p. i.* Liturgia precum & cantionum apud eosdem uſitata. II. 256. *c. m.*

Lyræ deſcriptio. II 153. *c. f.* tetrachordæ ſeu cheles nimis luxuriantes. II. 225. *c. m.* 371. *i.* vid. lit. C.

M.

Mabillonius quo ſæculo uſum organorum in eccleſias introductum ſentiat? II. 140. *c. f.* 143. *p. i.*

Madrigalici ſtyli auctores. II. 296. *p. i.*

Magiæ inſerviens muſica. I. 16. *p. m.*

Mahaleel an nomen a concinendis Dei laudibus acceperit? I. 2. *p. m.*

Mammertus *Claudianus* muſicus & phonaſcus celebris. I. 205. *p. m* pſalmorum cantum in ſua eccleſia inſtituit. I. 82. *f.* 83. *i.* neglectumque muſicæ ſtudium queritur. I. 205. *p. m.* hymnorum diverſorum auctor. ib. *c. m.*

Manichæi ſacri cantus hoſtes damnati. II. 67. *i.*

Manus pedesque ad cantum movendi conſuetudo. I. 207. *p. m.* 213. *m.* 219. *c. m.* it. n. *a.*

Mari cantor laudatus a vocis ſuavitate. I. 34. *p. i.*

Mariæ (B. V.) funus cum hymnis delatum. I. 144. *p. m.*

Marotus pſalmos rhythmo *Gallico* edidit. II. 250. *p. i.*

Martenii

Martenii ſententia de organorum uſu, II. 144. n. *a.* de cantu figurato ac inſtrumentis muſicis a religioſorum ſtatu alienis. II. 214. *p. i.*

Martyres (SS.) in carcere & tormentis canunt. I. 48. *i.* 134. *p. i.* 135. *i.* & n. *a.* Eorum corpora cum hymnis & pſalmis ſepulta. I. 144. *c. f.* ſeqq. feſta vero tripudiis indecentibusque cantibus quandoque ſunt profanata. I. 213. *c. f.* 215. *p. i.* 219. *c. m.*

Matheſeos ſtudium an muſicæ iungendum? II. 304. *c. m.*

Mattheson defenſor muſicæ eccleſ. II. 252. *f.*

Matutinæ laudes I. 189. *p. m.* cum Veſperis conveniunt. I. 191. *p. i.* quibus partibus conſtent? I. 190. n. *b.* Illas celebrandi ritus. I. 489. *f.* ſeq.

Matutini hymni. I. 153. *c. m.* & pſalmi numero duodecim. I. 189. *p. m.* 190 *i.* 191. *i.* it. n. *a.* 192. *c. m.*

Maurianus Abb. annalem ordinavit cantum. I. 252. *p. i.*

Maximiliani Iosephi *Bavariæ* elect. meletemata muſica. II. 320. *c. m.*

Maximilianus I. Imp. ſingularis muſices amator. II. 317. *f.*

Media vita antiphona quandoque imprecatoria. I. 561. *p. i.* II. 77. *c. m.*

Mediationes in pſalmodia *Romana* non vero in *Ambroſiana.* I. 254. *c. m.* it. n. *a.*

Mediolanenſe officium S. Ambrosii *Pragæ* à Carolo IV. Imp. inductum. II. 373. *c. f.*

Mediolanenſis eccleſia liturgiam conſervavit *Ambroſianam* a *Romana* diverſam. I. 357. *c. m.* Eius ritus pro canendis horis canonicis. I. 467. *c. m.* quis cantus in eadem a S. Carolo fuerit præſcriptus? II. 208. *c. f.*

Meibomius notas muſicas *græcas* reſtituit ex diverſis auctoribus. II. 52. *c. m.*

Meletii (S.) translatio *Antiochiam* cum ſolemni cantu. I. 135. *c. m.*

Meletiani cum plauſu manuum, ſaltatione, & cymbalis canentes. I. 71. *c. f.* 213. *p. m.*

Melodia cum orationis contextu ab iisdem auctoribus m. æ. communiter compoſita. II. 28. *p. i.* mundana & ſpiritualis quoque animum pie movet. I. 229. *c. m.*

Melothetæ *Itali* inſigniores *p. æ.* II. 343. *i.* 359. *i.* 354. *c. m.* ſeqq. *Galli.* II. 345. *c. f.* 359. *p. m. Germani.* II. 348. *p. m.* 363. *m. Angli,* II. 351. *p. i. Hiſpani* II. 353. *c. m.* ac *Luſitani* ib. vid. v. *Muſurgi.*

Mens concordet voci in pſallendo, ſeu cantando. I. 231. *m.* 232. *i.* 235. *c. m.* 239. n. *a.*

Menſurata muſica m. æ. invecta II. 121. *i.* & exculta. II. 124. *i.* vid. *figurata* muſ.

Meridie, veſpere, & mane pſalmodia. I. 153. *c. f.*

Μεσονυκτικὸν officium. I. 185. *p. m.* 187. *c. m.*

Metabolicus ſtylus noſtri ævi. I. 282. *f.*

Metenſe antiphonarium præprimis celebre. I. 275. *c. m.* diverſum a *Romano.* ib. *p. m.*

Metenſis eccleſia cantum *Romanum* edocta ſub Carolo M. I. 269. n. *a.* 272. *i.* Eius cantores magis celebres m. æ. I. 281. *i.*

Metri ratio an habeatur in pſalmis ac canticis hebr. V. T. I. 9. *c. m.* eius & rhythmi diſcrimen. II. 123. *f.*

Metrica muſica. I. 197. n. *a.* 198. *p. i.* 199. *c. m.*

Metrici hymni olim in eccleſia *Romana* & quibusdam *Gallicanis* non adhibiti. I. 253. *i.* it. n. *a.* ab Urbano VIII. P. ſunt reſtituti. II. 271. *m.*

Metricus cantus præſertim in officio *Ambroſiano.* I. 253. *p. i.* it. n. *b.* 254. *i.*

Mette germ. iuxta chron. *Gottwic.* derivatum a *Metenſi* civitate. I. 272. *p. m.*

Mimi ex eccleſia eliminati. II. 81. *p. m.*

Miſſa a dimiſſione populi dicta. I. 127. *i.* alta. I. 355. *p. i.* aurea. I. 354. *p. m.* II. 216. *c. f.* baſſa. I. 355. *p. i. Mozarabica* I. 358. *p. m.* ſolemnis cum cantu I. 94. *i.* ſeqq. 353. *c. m.* ſeqq. privata ſine illo. I. 355. *m.* catechumenorum & fidelium. I. 182. *p. i.* præſanctificatorum apud Orientales. I. 96. *m.* & *f.* Miſſa ſeu dimiſſio populi. I. 100. *c. f.* oratio dicta ſeu collecta. I. 180. *c. m.* 181. *i.* 182. *p. m.* 188. *p. i.* 190. n. *c.*

Miſſæ liturgia cum hymnis celebrata ſæc. II. I. 28. *f.* 29. *i.* 96. *p. m.* 98. *i.* an etiam cum cantu in eccleſiæ primordio? I. 94. *i.* it. n. *a.* 95. *f.* 96. *p. i.* & tempore S. Augustini in *Africa?* I. 90. *p. m.* 98. *c. m.*

- - - ſacrificium diluculo olim celebratum exceptis diebus ieiunii. I. 97. *m.* quibus & hymni canebantur. I. 98. *p. i.* qua religione tam publicum & ſolemne quam privatum ſit celebrandum? II. 176. *c. m.* ſeqq. 179. *c. m.* Salutare animabus defunctis. I. 98. *p. m.* In cœna Domini, I. 532. *c. m.* & Sabb. S. quæ ſolemnitas ad illud adhibita? I. 536. *c. m.*

Miſſales libri *ſub nota.* II. 62. *c. f.*

Miſſalia plenaria quænam? 565. *c. m.*

Mizlerus Matheſin & Philoſophiam ad formandum muſicum requirit. II. 304. *c. m.*

Modi muſici veteres. II. 397. *c. f.* authenti & obliqui ſeu plagales. I. 268. *c. m.* diatonici generis II. 71. *p. i.* 399. *p. i.* chromatici & enharmonici. II. 73. *m.* 399. *p. i.* Eorum numerus noſtro ævo. II. 283. *p. m.*

Modulatus cantus I. 229. *m.* primum ſine ſecundi aut initio tertii ſæculi viguit I. 177. *m.* 199. *p. m.* a S. AMBROSIO in eccleſiam *Mediolanenſem* introductus. ib. *Alexandriæ* autem uſitatus ſæc. IV. I. 201. *c. f.* 202. *i.* Monialibus olim omnino fuerat interdictus. I. 245. n. *a.*

Monachi ad cantum ſelecti voce & ingenio idonei I. 206. *i.* nec impune cantando fallebant. ib. *c. m.* iugiter pſalmis & hymnis indulgebant I. 154. *i.* 162. *p. i.* 163. *i.* diu noctuque. I. 31. *p. m.* 129. *i.* 132. *c. f.* alternatim quandoque canentes cum clericis. I. 163. *p. m.* 173. *i.* diebus dominicis & feſtis ad eccleſiam procedebant. I. 98. *p. m.* 189. *p. m.* 195. *i.* laborando canebant. I. 223. *i.* cum pſalmodia ſepulti. I. 146. *p. m.* 147 *i.* niſi indigni eſſent hoc officio. ib. it. n *a.* *Benedictini* in Lateranenſi eccleſia officium divinum canere cæperunt. I. 92. *c. m.* *Rhotomagenſis* diœceſis monachi *Romam* miſſi ad diſcendum cantum. I. 267. *c. m.* Qualis eorum fuerit cantus ſæc. IV. I. 207. *p. m.* 208. *i.* 209. *i.* veterum in conſcribendis libris liturgicis ſtudia. I. 562. *f.* ſeqq. 564. *c. f.* & n. *a.* Eorum inſtitutum S. *Baſilio* vitio datum. I. 85. *i.* illis non convenit, ut modulentur cantica, manus pedesque cantando moveant. I. 207. *m.* 208, *i.*

Monaſteria quænam obſervarint perpetuam pſalmodiam. I. 478. *c. m.* ſeqq.

Monaſticus pſallendi ordo per epiſcopos monachos in eccleſias introductus. I. 155. *f.* 163. *c. f.* 164. *c. f.*

Moniales horas canonicas canentes linguæ latinæ gnaræ ſæc. XV. II. 201. *i.* & ſæc. XVI. rarius licet. ib. *c. f.* poſtea ſtudium hoc ceſſavit. II. 202. *p. m.* vid. v. *Mulieres.*

Monochordi variæ formæ. II. 152. *c. m.*

Moravis officium *ſclavonicum* indultum II. 373. *p. m.* *Dalmatis* & *Croatis* negatum. ib.

Moſcowitarum muſica ſacra. II. 262. *c.m.* 372. *f.*&c.

Moſis cantica. I. 227 n. *a.*

Mottetica muſica. vid. *Muſica mottetica.*

Motteticus ſtylus poſteriori ævo familiaris. II. 295. *f.* ſeqq. eius auctores. II. 296. *p. i.*

Mottetorum uſus in eccleſ. ab aliis conceditur II. 207. *c. m.* ab aliis reprobatur. II. 208. *c. m.* Eorum ſpecimina. II. 129. *c. f.*

Motuli iidem ſunt ac motteti. II. 129. *c. m.*

Mozarabica Miſſa unde dicta? I. 358. *c. f.* eius deſcriptio. I. 359. *i.*

Mozarabicum breviarium quis reformaverit? I. 577. *c. m.*

- - - Miſſale a quo correctum? I. 577. *c. m.*

- - - officium unde dictum? I. 258. *c. f.*

- - - ritus pro horis canonicis. I. 469. *p. i.* eius mutatio. I. 258. *i.*

Mulieres olim publice concinebant pſalmos I. 38. *c. m.* 40. *p. i.* II. 203. *i.* quod vetitum. I. 40. *m.* n. *a.* 63. *i.* 317. *p. m.* & in PAULO *Samoſateno* reprobatum. I. 70. *p. m.* 159. *i.* vid v. *Moniales.*

MURATORIUS modernum muſicæ ſtatum deplorat. II. 224. *c. m.* 304. *p. i.*

Muſica inter ſeptem liberales artes I. 243. *c. m.* it. n. *a.* 244. *p. i.* m. æ. prima II. 28. *p. i.* aliis ſcientiis m. æ. plerumque ſociata I. 204. *c. f.* 205. *i.* 285. *c. f.* II. 68. *c. f.* 121. *p. i.* inter cæteras mathematicas philoſopho I. 205. *i.* etiam chriſtiano ib. *c. m.* & clericis neceſſaria I. 243. *c. f.* 244. *p. i.* in ſacris probabatur, eratque ante theatralem. I. 13. *p. m.* Conſtat melodia & harmonia. II. 268. *i.* cur dicta ſit canonica? II. 70. *p. i.* eius ſtudium m. æ. auctum I 241. *i.* ſeqq. II. 67. *p. i.* poſtea tamen paulatim remiſſum. II. 69. *c. f.* Antiquioris partes harmonicæ. I. 203. n. *a.*

- - - quibus dotibus debeat eſſe ornata iuxta PLATONEM I. 14. *c. m.* ut devotionem excitet. II. 314. *m.* 405. *c. m.* ſeqq. mollis & effæminata reiicitur. I. 141. *i.* 142. *c m.* 143. *i.* it. n. *a.* In eadem nimia celeritas ac confuſio verborum iuſte carpitur. II 310. *p. i.* uti & neglectus contextus ſenſusque verborum. II. 311. *i.* dum omnis verborum emphaſis tollitur. ib. *p. m.* nimisque prolixa ſyrmata ac repetitiones verborum odioſæ redduntur. II. 312. *p. m.* ſine debito ſæpius neglecto. II 314. *c. f.* qui abuſus in eccleſiis ruralibus præſertim eſſet tollendus. II. 210. *c. m.* Abuſus muſicæ recens m. æ. in eccleſiam inductæ II. 93. *c. m.* ſeqq. 371. *i.* in ipſis etiam monaſteriis. II. 97. Corruptio muſicæ ſacræ n. æ. quæ theatrali & profanæ ſimilis II. 375. *m. f.* &c. unde veterem muſicam poſteriori ævo reſtituere conati ſunt plures, II. 386. *p. m.* in ipſa etiam praxi muſica. II. 388. *p. m.* ſeqq.

- - Eius effectus inſignes. I. 16. *p. i.* & n. *a.* 88. *i.* 225. *i.* 229. *p. i.* II. 83. *f.* ſeq.

- - - genera diatonicum, chromaticum, enharmonicum. I. 218. *p. m.*

- - certæ leges ac regulæ. II. 70. *p. i.* certique modi. II. 71. *p. i.* ſpecies diverſæ Muſ. *falſa*, *ficta*, *figurata*, *Græcorum*, *harmonica*, *Hebræorum*

Hebræorum inſtrumentalis, *menſurata*, *mottetica*, *rhythmica*, vid. ſuo quæque loco, vid. it. v. *Cantus* v. *Inſtrumenta muſica*, *Inſtrumentalis muſica*, & v. *Pſalmodia*.

- - - Eius ſtatus a mundi & eccleſiæ origine, I. 1. ſeqq. per totum Cap. I. propagatio illius m. æ. I. 241. *p. m.* 243. *c. m.* 247. *m.* 280. *p. m.* ſeqq. II. 303. *c. f.* & corruptio. I. 244. *p. m.* 245. *i.* II. 78. *p. i.* 92. *c. m.* 97. *p. i.* 375. &c. 401. *p. i* ſeqq. 404. *c. m.* non tanta quidem in eccleſia *græca* quam *latina*. I. 245. *m.* II. 259. *i.* ac demum ampliatio poſt. ævo. II. 167. *i.* in *Anglia*. II. 250. *c. m.* in *Italia*. II. 299. *p. m.* 302. *p.* in *Gallia* II. 301. *p. i.* in *Germania* II. 302. *p. i.* *Hiſpania*. ib. & *Polonia*. II. 303. *i.*

- - - Eius uſus in ſacris gentilium I. 12. *c. f.* 13. *p. m.* 16. *c. f.* 17. *p. i.* Apud *Hebræos* vid. v. *Hebr. cant.* non demum a Mose exordium ſumſit. I. 3. *c. m.*

Muſicæ compoſitores. vid. *Comp.* muſ. it. *Melothetæ*.

Muſicæ Profeſſores in *Anglia* quando Doctoratus gradu ornati? I. 287. *p. i.*

Muſice vivere quid indicet? II. 169. *p. i.*

Muſici & Cantores tempore Davidis I. 11. *c. m.* eorum ordines & numerus apud *Iſraelitas*. I. 4. *i. p. m.* 11. *p. m.* ſapientum & vatum loco olim habiti. I. 13. *p. i.* 15. *f.*

- - - Quibus ſcientiis debeant eſſe imbuti. II. 304. *c. m.* 305. *i.* ſeqq. quinam harmonici ſint, aut canonici, & Pythagorici? I. 201. n. *a.* cur fabarii olim dicti? II. 75. *c. m.* muſicorum veterum diæta. *ib.*

Muſicos inter & Cantores diſcrimen. II. 67. *c. f.*

Muſurgi p. æ. *Germani* & *Belgæ*. II. 330. *c. f.* *Angli* II. 332. *c. m.* *Itali* II. 333. *p. m.* *Luſitani* & *Hiſpani*. II. 335. *p. m.* ac *Galli*. II. 336. *p. m.* vid. v. *Melothetæ*.

N.

Nabla pſalterium apud *Hebræos*. II. 405. *c. m.* Nablum, naula, נבל in cærimoniis religionis uſitatum. I. 9. *p. m.*

Nativitas D. quo ritu celebrata? I. 522. *c. m.* ſeqq.

Navarrus quid ſentiat de inſtrumentorum muſicorum uſu in eccl. II. 217. *c. m.*

Nazaræorum in hymnis diu noctuque perſeverantia. I. 129. *p. i.*

Neumata unde? I. 336. *c. f.* quando uſitata? I. 337. *m.* 338. *p. m.* poſt *Alleluia* in Miſſa quare prolongata? I. 409. *m.* in officio divino ſunt reſtringenda, II. 184. *p. i.* non tamen omnino abiicienda. ib. *c. m.*

Neumatizare *alleluia* quid? I. 408. *c. f.*

Nicephori debilis auctoritas de primordio cantus modulati in eccleſia. I. 200. *i.*

Nicolaus III. amotis antiquis libris liturgicis ut libri & breviaria Minorum in eccleſiis urbis recipiantur, mandat. I. 287. *c. f.*

Nocturna pſalmodia I. 185. *m.* monachorum utriusque ſexus, I. 186. *c. f.* a SS. PP. ordinata, I. 86. *p. i.* 89. *p. m.* 160. *c. f.* 161. *c. m.*

Noethus hymnographus. I. 77. *m.*

Notæ muſicæ *græcæ*, vid. v. *Græc. not. m.* Latinis olim fuere familiares, II. 53. *p. i.* quibus tamen hi alias ſubſtituerunt, ib. *c. f.* Quadratas & caudatas, II. 63. *p. m.* Singulæ ſingulis ſyllabis ſunt aptatæ in ſequentiis, I. 245. *c. m.* Earum forma antiqua quando ab urbe relegata? I. 287. *f.* quot illarum figuræ? II. 275. *p. i.* quis harum valor in muſica menſurata, II. 126. *p. m.* Latinarum ſpecimina II. 58. *p. i.* ex MSS. ſæc. VIII. & IX. II. 60. *c. f.* ſæc. XI. II. 62. *p. i.*

Notkeri *Balbuli* ſequentiæ, I. 410. *m.* II. 25. *c. m.* 26. *i.* 27. n. *a.*

Notkeri *Medici* hymni. II. 26. *c. m.*

O.

Obricus auctor plurium officiorum de Sanctis. II. 39. *c. m.* & n. *b.*

Ochetus quid indicet? II. 127. *f.*

Octoechus apud *Græcos*. I. 585. *f.*

Odæ quando uſitatæ? II. 227. *p. i.* 297. *p. m.* a quibus excultæ? ibid. *c. f.*

Odonis (S.) officii de S. Martino auctoris, I. 543. n. *b.* II. 34. *p. i.* ingenium in componendis Sanctorum officiis & cantibus dilaudatur. II. 33. *f.* 34. *i.*

Offertorii nomen unde? I. 116. *i.* 433. *i.* eius cantus apud *Græcos*, I. 431. *c. m.* apud *Latinos*. ibid. *c. f.* in officio *Ambroſiano*, I. 432. *p. i.* *Romano*, ibid. *c. f.* & 433. *p. i.* & *Mozarabico*, I. 431. *p. i.* priſcis temporibus omiſſus, ibid. *c. f.* verſus ad illud. I. 433. *p. m.* a quo cantati? ibid. *c. f.* 434. *i.* ſeqq. ſpecimina illorum. I. 435. *p. i.* ſeqq.

Officium divinum communi fidelium concentu perſolutum. I. 158. *c. m.* vid. *Horæ canonicæ*, & v. *Pſalmodia*.

Officium in feſto Corporis Chriſti quis compoſuerit? II. 27. *c. f.*
- - defunctorum quis ordinaverit? I. 555. *c. m.* apud *Græcos*, ib. *f.* quo ordine & ritu celebratum in Occidente? I. 556. *p. i.*
- - Paſtorum in Nativitate D. I. 524. *p. i.* &n. *a.*
- - Sabbati Pentecoſtes ſimile officio Sabbati S. I. 539. *p. m.*

Officii de SS. Trinitate quis auctor? II. 33. *p. i.*
- - divini nimia protractio variis ſtatutis reſtricta. II. 183. *p. i.* quinam illius auctores? II. 28. *p. i.* in illo quænam ſint obſervanda. II. 176. *i.* ſeqq.

Omni die dic Mariæ Rhythmi quis auctor? II. 27. *c. f.*

Opera & vita conſonent iis, quæ canimus. I. 235. *c. f.* ſeqq.

Oratio Dominica an ſit apud Lucianum εὐχὴ ἀπὸ πατρὸς ἀρξάμενος? I. 21. *c. m.* 123. *c. m.* in liturgia, I. 124. *i.* 448. *i.* mox poſt canonem, ib. *m.* Apud *Græcos* ab univerſo populo, ib. *p. m.* in Occidente a ſolo ſacerdote ſolemni ritu cantata, ibid. *f.* in matutinis Laudibus & Veſperis publice eſt dicenda. I. 124. *c. f.* ſingularis ritus Mozarabicus circa illam canendam. I. 449. *p. i.* Eius ſpecimen. I. 516. *p. m.*

Orationes διὰ σιωπῆς in ſilentio, & διὰ προσφωνήσεως per enuntiationem. I. 108. *c. m.* diverſæ in Miſſa, I. 383. *c. m.* ſeqq. & inter pſalmos, I. 179. *p. i.* ritu *hiſpanico* & *gallicano*. ibid. *c. m.*

Ordo chori m. æ. qualis? I. 320. n. *a.*
- - divini officii *Romanus*. vid. *Rom. ordo.* d. o.

Ordinis eccleſiaſtici concentus. I. 39. *c. m.* 40. *i.*

Organandi humanis vocibus ars, II. 141. *c. m.*

Organica muſica. II. 145. *p. m.*

Organi diverſa notio II. 108. *p. m.* generica, II. 137. *c. m.* & deſcriptio I. 212. n. *b.* II. 128. *p. i.*
- - uſus ad cantum horarum canonicarum, II. 186. *i.* & ad Miſſam conceditur, II. 187. *m.* ſub elevatione SS. Sacramenti prohibetur, ib. *p. i.* perverſus a Theologis II. 194. *p. i.* & a Paſtoribus eccleſiæ improbatur, II. 145. *i.* 195. *c. m.* unde organa a Capella Pontificia, & monaſticis quibusdam Congregationibus reiecta, II. 189. *c. m.* in aliis eccleſiis vero ſunt recepta, II. 143. *p. i.* ſeqq. 144. *c. m.* 190. *c. f.* multiplicata, II. 191. *p. m.* ac maiori apparatu inſtructa. II. 193. *c. m.*

Organa hydraulica, II. 137. *c. m.* eorum inventor. II. 138. *p. m.*
- - - ex papyracea materia confecta. II. 193. *p. i.*
- - - pneumatica II. 139. *p. i.* quandonam in Occidente fuerint in uſu, II. 140. *f.* & ad cantum adhibita? II. 141. *c. m.* Eadem fabricandi ars in Oriente II. 148. *c. m.* poſtea in *Gallia* quoque II. 147. *c. f.* ac in *Germania* præcipue & *Italia* fuit exculta, II. 142. *p. m.* poſteriori præprimis ævo. II. 330. *p. i.*

Organicus cantus non admodum probatus in eccleſia. II. 184. *c. f.*

Organiſtæ inſignes poſt. æ. II. 342. *p. i.*

Organædis data monita II. 196. *c. f.* ſæpius tamen neglecta. II. 197. *m.*

Orientalis curſus eccleſiaſtici officii. I. 155. *p. i.*

Origenes muſicam docendo gentilibus religionem inſtillavit chriſtianam, I. 197. *c. m.* eius loca de canticorum modulatione & hymnis. I. 29. *p. m.*

Ornithoparchi opus de arte cantandi, II. 306. *c. m.* & regulæ cantoribus datæ, ib. *c. f.*

Ὄρθρος officium matutinum apud *Græcos*. I. 189. *p. i.* & *p. m.*

Ottfridi cantilenæ *germanicæ* e ſacra ſcriptura depromtæ. I. 349. *m.* eius pſalterium cum paraphraſi *theotiſca*. I. 571. *c. f.* & verſus rhythmici. II. 25. *i.*

P.

Pacis oſculum ante S. Communionem. I. 454. *c. m.*

Palatina ſchola ſub Carolo M. celebris, I. 273. *c. m.*

Pambo (S.) mon. ſæc. IV. I. 208. *c. m* modulatum cantum apud monachos indignans prædicit. I. 207. *c. m.* ac vituperat. ibid. *m.*

Pange lingua glorioſi prœlium certaminis, &c. hymnus potius Mamerto *Claudiano* quam S. Fortunato tribuendus. I. 83. *c. m.* it. n. *a.*

Panis euchariſticus quo ritu m. æ. paratus? I. 500. *c. f.*

Παννυχίδας *Cpoli* Anthimus inſtituit. I. 158. *i.*

Πάννυχος στάσις ſtatio per integram noctem traducta, I. 185. *m.* 189. *i.* pernoctationes veſpertinæ monachorum. I. 187. *c. f.*

Παρακλητικὸς *Græcorum* liber liturgicus. I. 586. *p. m.*

Parili voce pronuntiare quid Cassiano ſit? I. 208. *c. f.*

Pariſienſi in eccleſia quis cantus fuerit poſt. æ. receptus. II. 209. *p. m.*

Paſchalis

Paſchalis nox cum ſolemni cantu I. 130. *p. m.* 132. *i.* & officio celebrata. I. 534. *p. i.*
- - - verſus ad ſuccinendum: *Hæc dies, quam fecit Dominus.* I. 49. *p. i.*
Paſchatis celebratio ſolemnis. I. 536. *c. f.* & n. *a.*
Paſſio Domini in Paraſceve quo ritu cantata? I. 533. *p. i.*
Paſſionis Dominicæ diebus pſalmi cum precibus ſecreto perſoluti. I. 130. *f.* 150. *c. m.*
Pauli & Silæ hymnis Deum in carcere laudantium exemplum. I. 27. *p. m.* 185. *c. m.* 186. *p. i.* 227. n. *b.*
Pauli Diac. hymni. II. 22. *c. m.*
Paulus *Samoſatenus* pſalmos & cantus a ſe compoſitos a mulieribus in paſchate cani fecit. I. 70. *p. m.*
Pax Domini in liturgia cum benedictione ſolemni cantatum. I. 452. *p. i.*
Pedes manusque ad cantum movendi, aut ſaltandi conſuetudo viguit olim. I. 207. *p. m.* 214. *c. m.*. 219. *c. m.* it. n. *a.*
Peraltius polyphoniam veteribus incognitam aſſeruit. II. 105. *f.*
Pernoctationes veſpertinæ, ſeu vigiliæ monachorum. I. 187. *c. f.*
Per omnia ſæcula ante præfationem cur cantetur. I. 440. *p. i.* 441. *c. m.* & n. *a.*
Perſecutionis tempore conventus in domo privata habiti. I. 152. *c. m.*
Petri & Pauli (SS.) funus inter hymnos. I. 144. *c. f.*
Petrus *Cluniac.* organorum defendit uſum. II. 145. *p. i.*
Philippus *Nerius* (S.) qualem approbarit muſicam. II. 211. *c. f.*
Philopatris mors dialogus Luciani? I. 21. *p. i.*
Philoſophi quinam muſicam reiecerint? II. 378. *p. m.* 379. *i.* qui vero eandem excoluerint? II. 385. *p. i.*
Philoſophia cur muſices peritiæ iungenda? II. 305. *i.*
Philoxenus pſalmos ſyriace reddidit. I. 585. *p. m.*
Phonaſci veteres vocis formandæ conſervandæque magiſtri. I. 204. *c. f.* 205. *p. m.*
Phonaſcia ars veteribus ſingularis. II. 75. *p. i.*
Pipinus cantum *Romanum* antiquato *Gallicano* in *Gallia* inſtaurat. I. 266. *c. m.* 267. *i.*
Planus cantus vid. *Choralis cant.*
Plato nunquam ſine periculo reipublicæ cantum immutari cenſuit. II. 309. *p. i.*
Plinii ſecundi locus de cœtibus antelucanis ad canendum Chriſto, ut Deo. I. 21. *m.*
Poeſis veterum *Hebræorum* ac *Græcorum* ſine metro, I. 9. *c. m.* & n. *a.* in membris, rhythmo, & ſtylo potiſſimum conſiſtebat. *ib.* muſicæ ſociata. II. 121. *p. i.*
Poetæ ſimul ac muſici antiquiores I. 18. *p. m.* 19. *i.* in primordio eccleſiæ inflatu S. Spiritus canebant in conventibus ſoli. I. 199. *c. f.*
Poetice compoſitum nihil pſallendum in eccleſia. I. 73. *i.*
Poloniæ in regno quis ſtatus muſicæ poſt. ævo? II. 303. *i.*
Polychronion celebre in ſolemnibus aulæ imperatoriæ ſacris. I. 549. *i.*
Polyphona muſica, II. 105. *i.* medio æ. inventa II. 107. *c. f.* ſeqq.
Polyphonia veteribus incognita. I. 209. *c. m.* II. 105. *i.*
Πολυώνυμος ὠδὴ apud Lucianum. I. 21. *c. m.* 104. *c. m.*
Pontificis ſummi apud *Romanos* cura in adornando cantu. I. 17. *p. i.* 91. *p. i.* it. n. *a.*
Pontifices *Romani*, qui poſt S. Gregorium cantum choralem excoluerunt, I. 247. *c. f.* 248. *f.* 252. *i.* cantus peritia illuſtres, II. 40. *c. f.* 67. *p. m.* 317. *c. m.* Eorum decreta de muſica. II. 233. *i.*
Populus veſpere mane & meridie ad hymnos paſchales evocatus I. 130. *m.* Eius concentus in eccleſia, I. 31. *c. m.* 37. *c. m.* 38. *p. i.* & *c. m.* 46. *m.* 47. *p. m.* ſeqq. 89. *p. m.* 90. *i.* 98. *c. f.* 237. *p. m.* in S. Vigiliis. 129. *c. m* 131. *c. m.* 159. *p. m.* 160. *f.* 161. *c. m.* & Dominicis ac feſtis, I. 131. *p. m.* Eius dimiſſio ſolemnis completo ſacrificio. I. 462. *c. m.*
Porta organi Veronæ Ducangio & Muratorio quid denotet? II. 141. *p. m.*
Poſtcommunionis nomine quid veniat? I. 459. *f.*
Præcentoris I. 36. *m.* 303. *p. i.* officium, I. 305. *p. m.* Eius locus in choro pulpitum ſeu ambo. I. 50. *p. m.*
Præfatio I. 118. *m.* a primordio eccleſiæ uſitata I. 117. *c. m.* ac hodieque orationi Dominicæ præmitti ſolita I. 124. *c. m.* cur cantetur? I. 439 *i.* 440. *p. i.* & *c. m.* *Præfationes* probatæ & ſelectæ certo numero tantum admiſſæ I. 118. *p. m.* 441. *m.* & n. *c.* quarum cantus hodiernus ſimilis antiquo, I. 440. *c. f.* Illarum auctores. I. 441. *m.* & n. *b.*
Pragenſis Conc. decreta de muſicis & cantoribus. II. 228. *c. f.*
Prati ſonum fiſtularum inveniſſe fertur. II. 193. *c. m.*

PRÆNESTINUS tempore Conc. Trid. artificio muſico præclarus. II. 231. *p. i.* 232. *i.* eius opera muſ. *ib.* & encomium. II. 333. *p. m.*

Precem ſeu orationem olim nuncuparunt, qui nunc dicitur *Canon miſſæ.* I. 122. *c. m.* 123. *p. i.*

Presbyteri cantorum officio functi. I. 302. *c. m.* & n. *a.*

Prima hora canonica a matutinis laudibus diſtincta. I. 191. *c. m* 192. *p. i.* 193. *p. i.*

Primicerii I. 36. *p. m.* 306. *p. m.* officium honorificum. I. 294. *p. i.* 295. *p. i.* 306. *f.* 307. *i.*

Primitiæ ſacerdotum ludis inhoneſtis olim dedecoratæ. II. 237. *c. f.*

Principes cantu delectati. I. 316. *c. f.*

Priſcillianiſtæ hymnum confinxerunt, quem Chriſtus poſt cænam cecinerit, I. 69. *c. m.* quid mutarint circa ſalutationem *Dominus vobiſcum?* I. 107. *m.*

Probationes vulgares per ignem, &c. quamdiu perdurarint? I. 560. *m.* cantus ad illas. *ib.*

Proceſſiones cum hymnis & pſalmis ad *introitus* cantum, I. 363. *m.* & n. *a.* ad obtinendam pluviam I. 137. *c. m.* it. n. *a.* ad ſtationem *Romæ* & alibi, I. 102. *m.* 138. *p. i.* ad profligandam luem inquinariam, I. 139. *p. i.* aliasque ob cauſas. I. 136. *p. m.* 137. *p. i.* Illarum ſingularia genera. I. 540. *c. m.* & n. *a.*

Profeſſores muſicæ publici in *Anglia*, II. 324. *c. m.* & alibi II. 325. *p. m.*

Προκείμενον poſtlectiones in Miſſa. I. 397. *i.*

Proſæ I. 340. *p. m.* oppoſitæ tropis, cantilenisque, I. 204. *m.* in lingua vernacula cantatæ, II. 25. *i.* ſeqq.

Proſaici cantus. I. 253. n. *b.*

Προσφώνησις, I. 440. *p. i.* ἐπιλύχνιος. I. 193. *c. f.* ob futuram populi reſponſionem, I. 53. *p. i.* verborum εἰς αἰῶνας, *in ſæcula ſæculorum.* I. 54. *c. m.* 55. *p. m.* 96. *c. f.* 122. *p. m.* 123. *i.* & *p. m.*

Protoparentes in paradiſo Deum an coluere cantu? I. 2. *p. i.* & *c. m.*

PRUDENTII hymni. I. 82. *p. m.*

Pſallendæ canendæ ritus. I. 398. n. *a.*

Pſallendi ordo ſtatutus in horis canonicis contra privatas monaſteriorum conſuetudines, I. 155. *c. f.* uniformis per provincias iuxta uſum metropolitanæ eccleſiæ. I. 184. *c. m.* 185. *i.* Pſallendi varietas. I. 389. *p. m.*

Pſallendum ſapienter, I. 230. *c. f.* 231. *i.* it. n. *a.* 233. *i.* 234. *c. m.* 235. *c. m.* & ſuaviter. I. 91. *i.*

Pſallentium quid? I. 146. *c. m.* 148. *p. i.* 150. *p. m.* perpetuum in Mon. Agaunenſi. ib. *c. m.*

Pſallere ψάλλειν vi vocis inſtrumentis muſicis convenit, I. 210. *p. i.* it. n. *a.* & vocali cantui opponitur: I. 217. *c. m.* it. n. *b.* at uſu eccleſiaſtico nonniſi cantum deſignat. *ib.* it. 162. *p. i.* 168. *c. f.*

Pſalmodia I. 165. *m.* *Apoſtolorum* documentis & exemplis præcepta I. 22. *p. i.* ſeqq. partim privata extitit, I. 157. *i.* 159. n. *a.* 162. *c. m.* 168. *p. i.* & *c. f.* præſertim tempore perſecutionis I. 152. *c. m.* partim publica, populo, I. 158. *p. m.* 159 *i.* & Clero, I. 246. n *a.* diu noctuque congregatis. I. 156. *p. i.* ſeqq. 185. *m.* 186. *i.* Alterna quando initium ſumſerit? I. 42. *m.* 43. *i.* 157. *p. m.* 149. *c. m.* 172. *p m.* Ad certum pſalmorum numerum fuit revocata, I. 156. *p. i.* a S. MAURO aliisque ultra numerum olim perſoluta, I. 157. *i.* Apud *Hebræos* muſica ad eandem adhibebantur inſtrumenta, ſecus ac apud Chriſtianos veteres. I. 211. *i.* 212. n. *a.* 217. *m.*

- - - Eius cantus ſuavis, I. 63. n. *a.* ubique locorum, I. 65. *p. i.* & *c. m.* 67. *p. m.* 165. *p. m.* quibusvis in circumſtantiis; I. 66. *p. m.* it. n. *a. b.* 165. *c. f.* 166. *i.* quæ tamen cantus ſuavitas conſideranda non eſt, ſed utilitas. I. 229. *f.* & n. *a.* 230. *i.* 231. n. *a.* II. 92. *p. m.*

- - - Effectus inſignes, I. 65. *c. f.* 88. *i.* 89. *i.* 226. *p. i.* 227. n. *a.* 228. *p. m.* 229. *i.* & *c. f.* it. n. *a.*

- - - Eius frequentia a prima eccleſiæ ætate. I. 22. *p. i.* 28. *p. i.* 60. *c. m.* 61. *i.* ſeqq. 153. *f.* 173. *p. i.* ſeqq. per univerſam eccleſiam ſæc. IV. I. 30. *p. m.* Quando in *Anglia*, I. 242. n. *b.* *Gallia*, I. 172. *c. f.* 173. *i.* in *Italia* I. 93. *i.* *Mediolani* & alibi fuerit recepta? I. 61. *i.* 159. *p. m.* 160. *c. m.*

- - - Eius prolixitas olim enormis apud monachos, I. 65. *p. m.* poſtea non amplius permiſſa. I. 179. *p. i.*

- - - Eius uſus iugis in horis canonicis, I. 497. *c. m.* a Conciliis, I. 498. *c. m.* ſeqq. II. 86. *p. i.* 174. *m.* & Epiſcopis, II. 175. *m.* ac a S. AMBROSIO præprimis. I. 60. *c. f.* 61. *i.* 159 *m.* & aliis SS. Doctoribus commendatus, II. 87. *c. f.* ſeq. in publica ſynaxi, I. 61. *c. m.* 62. *c. m.* & n. *c.* in Vigiliis chriſtiani cultus, I. 128. *c. m.* exceptis proximis ante paſcha diebus, I. 130. *f.* 150. *c. m.* it. n. *a.* in omnibus fere my-
ſteriis

ſteriis hierarchicis, I. 97. *c. m.* in omnibus myſteriis pontificiis. I. 65. *c. f.* ad Introitum Miſſæ I. 100. *p. i.* ſeqq. in itinere ruri etiam. I. 156. *c. m.* it. n. *a.* & inter laborandum apud monachos. I. 143. *p. i.* 144. *i.* 500. *p. m.* ſeqq. etiam dum panes confecere, ib. *c. m.* apud mulieres inter texendum, ib. n. *a.* ante menſam & ſub refectione, I. 144. *p. i.* 500. *p. m.* ſeqq. ante nocturnam quietem, I. 194. *c. m.* pro moribundis. I. 150. *m.* pro defunctis uſque ad ſepulturam. I. 150. *p. m.* in funere chriſtiano loco carminis funebris, I. 144. *c. m.* 147. *m.* 148. *m.* it. n. *a.* 149. *c. f.* ad ſepulturam I. 553. *c. m.* Martyrum & aliorum fidelium. I. 145. *p. i.* 146. 147. ſeqq. etiam tota nocte ad eorum cadavera, ib. 146. *i.* & n. *a.* ad dolorem leniendum, ib. 147. *c. m.* 148. *m.* Vid. v. *Cantus.*

Pſalmus ſubito occurrens omen dat in electione S. Martini, I. 188. *c. f.* in conſecratione S. Martini. ibid.

- - - *Alleluiaticus* CXLVIII. cum ſequentibus I 43. *p. m.* 56. *p. m.* 57 *i.* 190. *p. i.* it. n. *a.*

- - - S. Augustini contra Donatiſtas. I. 52. *i.* 82. *c. m.*

- - - CXIII. *In exitu Iſrael* cum melodia apud *Hebræos* uſitatus. I. 5. *p. m.*

- - - XXXIII. ad communionem cantatus, I. 125. *c. f.* ex illoque peculiariter verba *guſtate & videte &c.* ib. it. 126. *i.* & *c. f.*

- - - Ὀρθινὸς ſeu ἑωθινος LXII. I. 189. *m.* 190. n. *a.*

- - - Reſponſorius lectionibus in miſſa ſubiunctus. I. 396. *c. f.*

Pſalmi privati & vulgares id eſt ex ingenio compoſiti reprobantur I. 72. *p. m.* 73. *i.* hæreticorum præſertim, I. 70. *c. m.* 72. n. *a.* Reliqui cum modulatione I. 62. *m.* & n. *d.* 63. n. *a.* 64. *i.* & antiphona, aut cum alleluia cantantur I. 175. n. *a.* 177. *p. m.* 178. *f.* canticis metricis oppoſiti, I. 226. *c. f.* & n. *a.* quæ modulatio in genere diatonico ſine multa arte a monachis potuit diſci. I. 207. *p. i.* Illorum tituli ad genus muſices pertinentes, I. 67. *p. i.* & varia genera. I. 67. *p. i.* decantatio eorum ceſſabit, cum venerit Antichriſtus. I. 31. *p. i.* pſalmorum, hymnorum & canticorum ſpiritualium diſcrimen iuxta D. Paulum I. 22. *p. i.* 68. *c. m.* & SS. PP. 67. *p. i.* 68. *i.* vid. v. *Cantus* & v. *Pſalmodia.*

Pſalmum imponere, id eſt cantum præire, I. 168. *p. m.* 172. *m.*

Pſalmum legere idem eſt ac cantare ex libro, I. 35. *p. m.*

Pſalterii inſtrumenti muſ. deſcriptio. II. 153. *i.*

Pſalterium priſco more brevibus verſiculis diſtinctum. I. 51. *c. m.* & n. *a.* quando & quare immutatum? I. 52. not. *a.* cum canticis per diem, vel ſaltem per hebdomadem abſolutum, I. 167. *p. i.* 471. *c. f.* 472. *i.* ab Alcuino per hebdomadæ dies diſpoſitum. I. 500. *c. m.* a quibusdam memoriæ mandatum, I. 166. *c. m.* 500. *i.* ſeqq. quomodo a *Græcis* ſit diviſum? I. 572. *p. i.* Eius ordo triplex SS. Ambrosii, Hieronymi, Benedicti, I. 167. *p. m.* it. n. *a.* Eius ſtudium. I. 63. *i.* 166. *c. m.* iuxta regulam S. Benedicti, I. 206. *m.*

- - S. Germani antiquiſſimum, I. 161. *m.* 162. *i.* 203. *p. i.*

- - *Romanum* ex corrupta vulgata verſione, I. 265. n. *a.* in *Hiſpaniam* vi introductum, I. 260. *i.* 265. *p. m.*

Pſaltum ordo diſtinctus a Lectoratu, I. 32. *f.* 33. *i.* aliquando uterque in una perſona, I. 33. *p. m.* Vid. v. Cantores.

Phtongus muſicus ſeu ſonus, I. 203. n. *a.*

Publia (S) in Virginum choro canens ſubſannat Iulianum *Apoſtatam*, I. 49. n. *a.*

Pueri olim & mulieres concinebant in conventu Chriſtianorum, I. 38. *p. m.* 40. *i.* ut ſacras odas repeterent, monentur, I. 142. *f.* 143. n. *a.* muſica præter alias ſcientias imbuti. I. 169. *p. i.* II. 206. *p. m.* quænam diſciplina circa eos fuerit ſervata, ibid. *c. m.* II. 169. *p. i.* cantores *Boninfantes Pragæ.* II. 374. *p. m.*

Pulſatilium inſtrumentorum deſcriptio, II. 155. *p. i.*

Puteanus ad ſex vulgares notas adiunxit ſeptimam, II. 276. *p. m.* & *c. f.* 277. *i.*

Q.

Quackeri ab omni muſica abhorrent. II. 251. *c. f.*

Quadrageſima quando initium ſumat? I. 528. *c. f.* ſeqq. quo ritu celebrata? I. 527. *c. f.* ſeqq. eo tempore, quæ lætitiæ cantica omiſſa? I. 113. *p. i.*

Quadrivii ſcientia. I. 285. *p. m.*

R.

Radegundis (S.) Reg. aſſiduitas in pſalmodia. I. 157. *p. i.*

Radulphi graduale. I. 576. *i.*

Rameau (D.) ſyſtema de conſonantiis muſicæ harmonicæ,

monicæ, II. 286. *f.* quo baſſus fundamentalis perfectionem accepit, II. 297. *c. m.* Eius elogium. II. 301. *c. m.*

Redemtionem ex inferno quinam crediderint. I. 554. *c. f.*

Religioſi cantus & cultus idem principium I. 2. *p. i.*

Reliquiarum (SS.) translationes cum cantu. I. 135. *p. i.* 136. *i.*

Reſpondere pſalmum quid? I. 51. *i.* 161. *m.* 169. *c. m.* 171. *p. m.* 237. *p. m.*

Reſponſale & antiphonale *Romanum* in *Gallias* miſſum ſub Pipino. I. 267. *m.*

- - - pro horis Canonicis nocturnis ac diurnis S. Gregorio adſcriptum. I. 248. *p. i.* & *c. m.*

Reſponſio populi ad ſalutationem vel acclamationem *Et cum ſpiritu tuo*, I. 106. *p. m.* 107. *i.* aut ſolius Cleri. ib. *p. m.* *Amen.* 107. *i.* & *p. m.* vel *gloria tibi Domine*, ib. *p. m.* *Deo gratias*, ib. ſub Canone. I. 446. *c. f.*

Reſponſoria I. 50. *p. m.* 51. *m.* 161. *p. m.* 170. *m.* 171. *m.* 237. *p. m.* 399. *p. m.* nonniſi ex S. ſcripturis deſumta. I. 73. *p. i.* poſt lectiones in Miſſa, I. 396. *c. f.* & ad Matutinum I. 507. *i.* ſeqq. iuxta regulam S. Benedicti ſunt cantata, I. 182. *c. m.* & tempori ac lectionibus adaptata a Musæo, I. 185. *c. m.* ab Autmundo *Tullenſi* Ep. compoſita. *ib.* Eorum ordo diverſus in *Romana* & *Gallicana* eccleſia. I. 507. *p. m.* ubi, & a quibus dicta? I. 508. *p. i.* cum, vel ſine *Alleluia*. I. 243. *p. i.* Illa inter & Antiphonas diſcrimen. I. 328. *i.* 334. *p. m.*

Reſponſorium exhortationis quale? I. 488. *i.*

Reſponſorius cantus I. 169. *c. m.* 208. *p. m.* 334. *m.* apud *Hebræos*, I. 6. *i.* 52. *p. m.* quando uſitatus? I. 335. *f.* in celebratione Miſſæ, I. 98. *c. m.* & *c. f.* poſt lectionem, I. 101. *c. f.* inter lectionem V. & N. T. & Evangelium I. 108. *c. f.* ſeqq. an in pſalterio S. Germani per literam ℟. deſignetur? I. 203. *p. i.* Eius diverſitas in *Romana* & *Gallicana* Eccleſia, I. 334. *c. f.* & diſcrimen ab Antiphono cantu, I. 47. *i.* 169. *c. m.* 170. *p. m.* ratio item ac modus explicatur. I. 52. *p. i.* 169. *c. m.*

Reſurrectio Domini quando & quo ritu celebrata? I. 537. *c. f.*

Rhythmica muſica, I. 197. *i.* 198. *p. i.* II. 123. *c. f.* 145. *c. f.* 398. *c. m.* poſt. ævo quare neglecta? II. 207. *p. i.*

Rhythmicæ cantilenæ lingua vulgari. I. 347. *c. f.*

Rhythmis I. 198. *p. i.* 199. *i.* II. 123. *p. m.* in lingua etiam vernacula uſitatis II. 25. *i.* adſcriptus muſicæ effectus, II. 121. *c. m.* Eorum genera. II. 272. *p. i.*

Ρυθμίζειν ἤχους. I. 199. *p. i.*

Ρυθμοὶ ἁρμονικοί. I. 199. *i.* 233. n. *b.* Eorum ἀφορμαί. I. 233. n. *b.*

Riſus paſchalis. II. 234. *c. f.*

Roberti *R.* lucubrationes muſicæ. II. 30. *c. f.* 31. *i.* & n. *a.*

Rocca *Ang.* campanarum deſcripſit concentum & turrium præſtantiam. II. 241. *c. m.*

Rodelli qualis notio? II. 128. *p. m.*

Rogationum dies ac litaniæ, I. 138. *i.* ſæc. V. inſtitutæ, ib. *c. m.* 139. *p. m.* & quare? I. 138. *p. m.* 139. *i.* cum pſalmodia, I. 138. *m.* it. n. *a.* 139. *p. m.* & n. *a.* quibus diebus? ib. *c. f.* 140. *i.*

Romanæ eccleſiæ qualis prima ætate cantus, I. 224. *c. m.* 225. *i.* & ſpallendi ratio? I. 154. *p. m.* Eius in inſtaurando cantu eccleſ. ſtudia, I. 241. *f.* it. n. *a.* cuius ſub magiſterio optime floruit cantus eccleſ. II. 41. *c. m.*

Romani Conc. decretum de muſica, II. 220. *p. m.* & cautiones circa eandem. II. 233. *c. f.*

Romanos inter & *Gallos* cantores altercatio ſub Carolo M. I. 269. n. *a. b.* 270. *p. m.*

Romanus cantus I. 247. *p. m.* 249. *i.* an a monachis *Benedictinis* repetendus? I. 91. *p. m.* it. n. *b.* 92. *i.* 93. *i.* in *Angliam* inductus tempore S. Gregorii I. 250. *m.* 260. *p. i.* ibidemque poſtea emendatus, I. 262. *p. m.* it. n. *b.* in *Galliis* quoque propagatus ſub Pipino, I. 266. *c. m.* 267. *i.* & ſub Carolo M. 268. *c. m.* 269. *i.* ſeqq. præſertim in civitate *Metenſi*, I. 270. *c. f.* 271. *p. t.* 272. *i.* in *Germania* quoque eſt aſſumtus, I. 273. *c. f.* 274. *i.* ſeqq. 277. *p. m.* ac in aliis regionibus. II. 41. *p. i.* In liturgia ab *Ambroſiano* cantu haud pauca mutuavit. I. 252. *m.* 254. *m.*

- - - ordo divini officii, I. 471. *p. m.* ſeqq. variis mutationibus expoſitus, I. 474. *p. i.* diverſis de cauſis. I. 475. *c. m.*

Rotarum cymbalicarum uſus. II. 165. *p. i.*

Rotlandus cantor inſignis m. æ. I. 281. *p. i.*

Rousseau quid ſentiat de cantu plano? II. 227. *p. m.* Harmoniam in muſica abiiciendam, revocandamqne melodiam exiſtimat, II. 309. *i.* & n. *a.* Notis vulgaribus alia ſigna ſubſtituere fruſtra tentat, II. 276. *p. i.* fallitur, Guidonem

dicens.

dicens muſicæ polyphonæ auctorem, II. 51. *p. i.* & GREGORIUM in ſcalam muſicam ſeptem primas alphabeti litteras invexiſſe. II. 53. *c. m.* & n. *a.* Muſicam harmonicam apud ſolos *Europæos* obtinere, hosque ſolos muſicam certis characteribus exprimere obſervat. II. 266. *p. m.* Eius elogium. II. 276. *c. m.*

Ruſſi Græcos ſectantur ritus in muſica S. II. 262. *p. i.* modo etiam noſtram admittunt muſicam. II. 303. *p. i.* 372. *f.* 373. not. *a.*

S.

Sacerdos ad Miſſam pſallentibus Clericis progreſſus. I. 101. *m.* cum choro ad altare pſalmos cantare incepit. I. 102. *i.*

Sacramenta in exequiis defunctorum, ſeu ſacrificia, I. 145. *m.* 150. *m.* tertio exequiarum die. I. 149. *m.*

Sacramenta circumſonare confuſis vocibus quid? I. 98. *f.*

Sacramentarium S. GREGORII, I. 248. *p. m.* quid contineat? I. 573. *p. i.* & n. *a.*

Sacramentorum celebratio liturgia Miſſæ apud veteres. I. 98.. *c. f.*

- - volumina a MUSÆO & VOCONIO compoſita. I. 99. *p. m.*

Sacrificium Miſſæ. Vid. *Miſſæ ſacrificium.*

SADOLETI, Card. ſententia de muſica figurata, II. 222. *f.*

Saliſburgenſes melothetæ hodierni. II. 371. *c. f.* &c.

Saltat nemo ſobrius, niſi inſaniat. I. 215. *f.*

Saltationes quare cum muſica coniunctæ? I. 17. *m.* & *c. f.* 18. *i.* & *c. m.* item n. *a.* in Sacris Chriſtianorum prohibitæ. I. 207. *p. m.* II. 102. *m.* Vid. v. *Choreæ.*

Salve Regina antiphonæ quis auctor? II. 37. *p. i.*

Salutatio populi initio Miſſæ, I. 100. *f.* 102. *p. m.* 106. *p. m.* & alias frequenter obſervata. ibid. reſpondente illo. I. 384 *p. i.*

- - *Dominus vobiſcum.* I. 107 *c. m.* etiam a Lectore ante lectionem facta, ibid. *c. f.* & a Diacono ante Evangelium. I. 108. *i.*

- - *Pax vobis.* I. 106. *p. m.* 107. *f.* ſoli Epiſcopo olim non reſervata. I. 107. *c. m.*

Salutationis angelicæ cantatæ ſpecimen. I. 517. *c. f.*

SAMUELIS (B.) translatio e *Palæſtina Chalcedonem.* I. 135. *p. m.*

Sanandi morbos vis muſica. I. 16. *p. i.* & n. *a.*

Sancta Sanctis acclamatum ad Communionem. I. 125. *p. m.*

Sanctorum hiſtoriæ & facta nonniſi genuina in divino Officio ſunt proferenda. II 175. *c. f.* Eorum feſta ſolemniter celebrata. I. 543. *p. i.* ſeqq. ſimiliter & translationes, I. 545. *p. i.*

Sanctus poſt Præfationem in Miſſa cantari, I. 108. *p. m.* 443. *p. i.* ſeqq. etiam cum tropis, I. 445. *f.* quis præceperit? I. 118. *c. f.* ſeqq. 121. *m.* item n. *b.* 122. *i.* an in vigiliis quoque & ſtationibus nocturnis dicatur? I. 119. *c. m.* ſilentium poſt *Sanctus* in Miſſa quid indicet? I. 446. *c. m.*

SANTARELLI, capellæ Pontificiæ præfectus, quosnam optimos indicet compoſitores muſicæ ſacræ. II. 354. *p. i.* & n. *a.* Eius querelæ contra depravationem muſicæ ſacræ. II. 355. n. *a.*

Saxonica lingua laici quædam canebant in *Anglia* pro vivis & defunctis ſæc. VIII. I. 243. *i.* item n. *a.*

Scabellum inſtrumentum muſicum, II. 156. *c. m.*

Scala muſica per primas litteras Alphabeti, I. 249. *c. m.* moderna cum ſuo temperamento, II. 279. *c. f.* an participet quidquam de veteribus generibus chromatico & enharmonico? II. 280. *c. f.*

Sclavonicæ linguæ dialectus quam late pateat? II. 372. *c. f.* cantiones laudantur II. 372. *f.* 373. *p. m.*

Sclavonicus ritus ſeu officium divinum lingua *Sclavonica.* II. 373. *c. m.*

Sclavorum apoſtoli II. 373. *p. i.*

Scholæ Cantorum *Romæ*, I. 35. *f.* 91. *p. m.* 293. *p. i.* & alibi. I 295. *c. f.* 296. *i.* ſeqq.

Scriptores de muſica practica & theoretica. II. 321.

SS. Scripturarum lectione poſt ſalutationem Epiſcopi ſacrum officium cœptum. I. 101. *i.*

Secreta I. 117. *p. i.* ritu *Ambroſiano* alte dicta. I. 441. *p. i.*

SEDULIO antiquiori, non *Scoto* hymni huius nominis tribuendi. I. 82. *c. m.*

Sela in pſalmis ad mutationem cantus an pertineat? I. 5. *c. m.* 11. *p. m.*

Senonenſis Conc. dereta de cantoribus & muſicis, II. 228. *m.* it. de ludis ſacris. II. 235. *c. f.*

Semanteriorum uſus apud *Græcos* II. 161. *c. f.*

Septenarius numerus horarum canonicarum. I. 191. *c. m.*

Septuageſimæ officium lugubre. I. 525. *c. f.*

Sepultura SS. Martyrum hymnis & pſalmis decorata. I. 145. *i.* 146. *i.* ſeqq.

Sequentiæ I. 341. *c. m.* 343. *p. i.* 409. *c. f.* 410. *p. i.* II. 25. *p. m.* ſeqq. in Miſſa I. 408. *m.* alternatim

alternatim fuerunt cantatæ, I. 411. *m.* 412. *p. i.* nonnunquam ab univerſo populo, I. *ib.* etiam extra ſacra. ib. *c. m.* Earum quis auctor? I. 410. *p. i.* II. 25. *p. m.* melodia illarum olim eadem ac melodia ipſius *Alleluia*, I. 409. *p. i.* origo autem ex longioribus neumis in *alleluia* provenit. I. 245. *i.* illorum numerus olim maximus cur imminutus? II 27. *p. i.* ſequentiarum ſpecimina diverſa. I. 413. *i.* ſeqq.

Sequentiæ *Lauda Sion ſalvatorem* quis auctor? II. 27. *c. m.*
- - - *dies iræ.* ib. *p. m.*
Serpens inſtr. muſ. in *Gallia* ad cantum choralem frequenter adhibitum. II. 209 *p. m.*
SIDONII *Apollinaris* ſtudium in Miſſis componendis. I. 99. *p. m.*
SIGFRIDI hymni. II. 25. *p. i.*
Signa ad officium divinum pertinentia. I. 310. n. *a.*

SIGO Cantor *Carnutenſis*, I. 285. *p. i.* aliquot hymnorum auctor. II. 36. *p. m.*
Si hora armen apud S. AUGUSTINUM: *Domine miſerere.* I. 103. *p. i.*
SILBERMANNORUM in conficiendis organis excellens artificium. II. 195. *c. f.*
Silentium ſub Canone quid indicet? I. 446. *c. m.*

SIMEON ſecundicerius cantorum *Romæ* in *Galliam* miſſus ad cantum *Romanum* edocendum, I. 267. *p. Romam* revocatus mortuo primicerio. ib. n. *a.*
Siſtri deſcriptio. II. 157. *p. i.*
Σκόλιον cantici genus in conviviis. I. 141. *c. m.*

Solmiſationis ſyllabæ varie auctæ & immutatæ. II. 276. *c. m.*
Sonus I. 493. *p. i.* dictus cantus oblationis tempore, I. 116. *c. m.* & poſt verſpertinum officium. I. 195. *p. m.* 493. *p. i.*
Solemnitates a feſtis & privatis diebus diſtinctæ officio. I. 190 *p. m.* it. n. *c.* 191. n. *a.* 192. *c. m.* & n. *b.*
Sotadica carmina. I. 71. *p. i.*
Spectacula ſacra tum in *Italia* cum alibi recepta, I. 350. *i.* II. 82. *p. i.* ſynodorum ſtatutis ſunt abrogata. II. 235. *p. i.*
SPIES (P. *Meinradus*) II. 372. *p. i.*
Stationes nocturnæ, I. 128. *p. i.* 129. *i.* per integram quoque noctem. I. 185 *m.* 187. *c. f.* 289. *i.*

STEPHANI (S.) reliquiæ ſolemni cum pompa & pſalmodia translatæ. I. 135. *p. m.* 136. *i.*
Στιχολογία quid indicet? I. 513. *c. m.*
Στίχους inter & Στιχηρὰ quale diſcrimen? I. 513. *p. m.*
Stola quadrageſimæ tempore cur non adhibita? I. 113. *p. i.*
Stultorum feſtum quale? I. 525. *p. i.*
Succentor quis? I. 303. *p. i.*
Surſum corda habere a primis ſæculis ubique gentium admoniti fideles, I. 117. *p. m.* 124. *m.* ipſis reſpondentibus: ***Habemus ad Dominum*** ib. cur ante præfationem cantetur? I. 439 *c. f.*
Syllabæ olim ad modulandum uſitatæ. II. 54. *p. m.*
Symbola (S.) cum cantu & pompa ad altare delata. I. 117. *i.*
Symboli Apoſtolorum vel *Cpolitani* I. 115. *p.* decantatio in liturgia veteri uſu *Romano*, I. 114. *i.* 115. n. *a.* 426. *c. f.* 427. *p. i.* & ad Baptiſmum ac quotidiano etiam uſu, I. 113. *c. f.* 114. *m.* A quo in Oriente & Occidente fuerit inſtituta? I. 114. *c. m.* 115. *i.* qua in parte liturgiæ? I. 114. *c. m.* qua de cauſa? ib. *c. m.* quo idiomate? I. 430. *p. m.* quibusnam id cantare incumbat? I. 429. *c. m.*

Symphoniæ inſtr. muſ. deſcriptio. II. 155. *c. f.*

Symphoniam inter, & diaphoniam diſtinctio. II. 107. *f.*
Συνάξις male pro proceſſione accipitur. I. 181. *p. m.*
SYNESII hymni. I. 78. *c. m.*
Synodicæ acclamationes cum cantu. I. 547. *c. f.*
Syri hymnodi. I. 78. *i.*
Syri & *Syræ* ad tibias & organa ſaltantes & canentes. I. 217. *c. m.* Illorum muſica ſacra. II. 263. *p. i.*

T.

Tabularum lignearum uſus in Monaſteriis. II. 161. *p. m.*

Tabulaturæ muſicæ ſpecimen. II. 64. *p. m.*

Taciturnitatis verſus qualis? I. 514. *p. i.*

Tartini ſyſtema de conſonantiis muſicæ harmonicæ, II. 287. *c. m.* quo baſſus fundamentalis perfectior redditur. II. 297. *c. m.*

Te Deum Laudamus hymnus I. 182. *c. f.* SS. Ambroſio & Augustino perperam ab aliquibus adſcriptus, I. 85. *p. m.* 183. *i.* ab aliis vero diverſis auctoribus, I. 183. *c. m.* *Græce* legitur in Polyglottis *Anglicanis*. ib. *p. i.* in S. Benedicti & Cæsarii regula primum notatus. I. 182. *c. f.* 183. *m.* Matutinus & Veſpertinus, *ib.* quando dicatur? I. 511. *c. f.* ſeqq. in officio matutino Sabbati, I. 190. *p. m.* 488. *c. m.* & ſolemnitatibus, *ib.* n. *c.* quotidie ad Vigilias nocturnas, I. 488. *c. m.* Transactis ſynodis, I. 547. *p. i.* in coronatione Regum ib. *p. m.* in ordinationibus Abbatum & Abbatiſſarum. I. 550. *c. f.*

Terminarius lector in officio *Ambroſiano*. I. 255. *c. m.*

Tertia & *Sexta* publice in Eccleſia ad Miſſam cantatæ. I. 100. *f.*

Tertulliani loca de cantu in conventibus Chriſtianorum ſæc. III. I. 29. *c. m.*

Thalias Arii. I. 71. *p. i.*

Thecla (S.) virginum choro præcinens cæteris reſpondentibus. I. 47. *f.*

Theodoreti imago a pſallentibus delata. I. 135. *m.*

Theodorus (S.) torturam pro fide ſubiens canit, pſ. XCVI. ab angelo refocillatus. I. 48. *p. i.* & n. *a.*

Theodorus *Studita* muſicæ peritus. II. 10. *i.*

Theologi quid ſentiant de organorum uſu in eccleſia, II 194. *p. i.* & de inſtrumentali muſica? II. 216. *c. f.* 218. *p. i.* 221. *c. m.*

Theologia ac Philoſophia muſicorum. I. 19. *i.*

Theodosius Iun. Diluculo hymnos cum ſororibus alternatim decantavit. II. 203. *f.*

Therapeutarum hymni & cantica. I. 20. *i.* 70. *i.*

Thomas (D.) quænam inſtrumenta muſica reiecerit? II. 99. *p. m.* 145. *p. i.* Auctor officii in Feſto Corporis Chriſti dici ſoliti, II. 27. *p. m.* non item ſequentiæ *Lauda Sion*, ib. *c. m.* Eius monita, qualiter oporteat canere II. 89. *m.*

Thomas Arch. *Eborac.* effœminatam muſices reiicit mollitiem. I. 283. *p. i.*

Thomas *Celanus* auctor ſequentiæ *Dies iræ.* II. 27. *p. m.*

Tibiarum utricularium uſus in *Italia*. II. 151. *c. m.*

Tibicines quando primum in eccleſia adhibiti? II. 219. *c. f.*

Tintinnabula unde dicta? II. 155. *p. m.* Eorum uſus, II. 163. *i.* in ſacris veſtibus II. 164. *c. f.*

Toletani Concilii decretum de horis canonicis, I. 470. *c. f.* de muſ. eccleſ. II. 229. *f. m.* it. de ludis ſacris. II. 235. *c. m.*

- - - officii codex miraculo ſervatur in flammis. I. 259. n. *a.*

Toletano miſſo *Gallicanus* ſeu *Romanus* ritus in *Hiſpaniam* introductus. I. 259. *i.*

Thomasii collectio hymnorum II. 21. *p. m.*

Tractus I. 110. *f.* 111. *i.* 171. *p. m.* it. n. *a.* 334. *p. m.* unde dicatur? I. 403. *p. i.* indicat luctum. ib. *p. m.* canitur in Miſſa iuxta liturgiam *Mozarabicam*. I. 397. *m.* 398. *p. i.* Tractum inter & Graduale, I. 403. n. *a.* ac *alleluia* diſcrimen. I. 404. *i.*

Tranſitorium quid? I. 461. *p. i.*

Translationes Sanctorum cum cantu. I. 545. *p. i.*

Trecanum an ſymbolum denotet in Miſſa S. Germani. I. 115. *p. i.* 126. *m.*

Trid. Concilium quæ ſtatuerit circa muſicam eccleſ.? II. 230. *p. m.*

Triduum ante Paſcha quo ritu celebratum? I. 530. *c. f.* 531. *i.* ſeqq. II. 100. *c. f.*

- - - Rogationum quis inſtituerit? I. 540. *p. i.* quo ritu celebratum? ibid.

Triglos Triglas numen vetus *Germanorum*. I. 19. *c. f.*

Trigonum Salomoni tributum. I. 19. *f.* & n. *d.*

Tripos calybeus inſtr. muſ. II. 157. *p. i.*

Triſagion I. 112. *i.* quando cani cœptum, I. 121. *i.* & quoties in Miſſa? I. 443. *c. m.*

Trivii ſcientia qualis? I. 285. *p. m.*

Trium puerorum hymnus quater in anno iuxta ritum *Rom.* eccleſiæ, I. 401. *p. i.* & ritu *Gallicano* inter lectionem V. & N. T. cantatus I. 109. *p. m.* 110. *i* 111. *m.* a pueris tribus cantu reſponſorio: I. 111. *c. f.* 402 *c. m.* iuxta Conc. *Tolet.* vero in ſolemnitatibus & Dominicis. I. 400. *f.* 401 *i.* dicitur etiam *Benedictio.* I. 401. *f.* In quadrageſima fuit omiſſus. I. 113 *p. i.*
Troparia I. 201. *p. m.* 207. *p. m.* 208. *p. m.* *Græcorum* an diverſa ſint a tropis *Latinorum?* I. 342. *p. i.* Eorum auctores ſæc. V. I. 78. *c. f.* 79. *i.* 158. *p. i.*
Trophonarius. I. 342. *p. m.*

Tropi I. 204. *m.* 340. *p. m.* 341. *c. f.* 342. *p. m.* ante *Introitum* fuere cantati. I. 370. *i.* & quo ritu? I. 371. *c. m.* Varia eorum genera. I. 344. *p. i.* ſeq.

Trullani Concilii monitum de moderatione cantus. I. 353. *p. i.*
Tuba *Hebræorum Romæ* in arcu VESPASIANI conſpicua. I. 10. *c. m.*
- - eius deſcriptio. II. 149. *c. m.*

Turcicorum monachorum muſica ſacra. II. 265. *i.*

TUTILONIS Mon. muſici peritiſſimi II. 99. *p. i.* lucubrationes muſicæ. II. 32. *p. m.*

Tympani deſcriptio. II. 155. *c. m.* 156. *c. f.*
Typici *Græcorum* I. 585. *p. i.* primi auctores & propagatores. I. 78. *p. m.* 144. *c. m.* item n. *a.* Typicorum ex pſalmis compoſitorum, I. 167. *i.* duo genera, I. 585. *c. m.*

V.

VALENTINIANUS compoſuit, ſuppoſuitque pſalmos, I. 70. *m.*
Veni Creator Spiritus hymnus a quo ſit compoſitus? II. 30. *p. m.*
Verſus ad ſuccinendum apti electi, I. 47. *c. f.* 84. *i.* ſeqq. 52. *p. i.* ac breves pſalmorum clauſulæ. I. 51. *c. m.* 237. *p. m.* Eorum diverſa genera in officio S. I. 513. *c. f.*
- - *Apertionis* qualis? I. 488. *p. i.*
- - *Introitus* in Miſſa unde deſumatur? I. 369. *c. m.* eius cantus antiphonus, & tropi. 357. *i.*
- - ad *Offertorium.* I. 433. *p. m.* ſeqq.
- - ſuper *Agnus Dei.* I. 456. *m.*

Veſperæ I. 193. *c. m* quo ritu decantatæ, I. 494. *p. m.* in *Hiſpania*? I. 492. *f.* 493. *i.* Feria V. hebdomadæ S. olim incluſæ in Miſſa, I. 532. Die Paraſceves privatim, I. 531. *c. m.* & Sabbato S. cum magna ſolemnitate celebratæ, I. 538. *c. m.*
Veſpertina ſynaxis fidelium, I. 153. *p. i.* 193. *c. m.* 194. *i.* ſeqq. & pernoctationes, ſeu vigiliæ monachorum. I. 187. *c. f.*

VIADANA baſſi generalis auctor. II. 297. *p. i.*

Viatores cantu ſe erigunt. I. 226. n. *a.*

Videte in quem creditis, ſub elevatione a Diacono fidelibus acclamatum. I. 447. *c. m.*

Viennenſes melothetæ hodierni, II. 371. *p. m.*

Vigilia Nativitatis Domini qua ſolemnitate celebrata? I. 522. *i.*
Vigiliæ in cultu chriſtiano, I. 128. cum pſalmorum cantu, I. 63. etiam in carceribus peractæ. I. 134. *p. i.*
- - Sanctorum, quo ordine celebratæ? I. 543. *c. m.* & n. *a.* ſeqq.
- - ſolemnes paſchales, I. 130. *p. m.* & aliorum feſtorum Domini. I. 131. *i.* ſeqq.
- - nocturnæ fidelium, I. 185. *m.* 186. *c. m.* 188. *p. m.* præſertim Clericorum & monachorum, I. 186. *p. m.* 187. *c. f.* pro noctium brevitate vel longitudine diminutæ vel auctæ, I. 484. *c. f.* quo numero pſalmorum? I. 485. *i.* ſeqq.

Viola inſtrumentum muſicum. II. 148. *p. i.*

VIRBONUS, Abb. *Romæ* cantum per anni circulum ordinavit. I. 252. *c. m.*

VITALIANUS P. cantus *Romani* poſt S. GREGORIUM inſtaurator I. 248. *f.* II. 41. *i.* Organorum uſum in eccleſiam introduxit. II. 141. *c. m.*

Undecima hora lucernalis. I. 195. *c. m.*

Vocabula apud *Græcos* ad modulandum uſitata. II. 55. *c. m.*
Vocales ad modulandum uſitatæ. II. 54. *p. m.*

Vocis motus triplex apud veteres. II. 271. *p. i.*

Vox muſica, I. 203. n. *a.* tremula. II. 60. *p. i.*

Voces humanæ aptæ ad Deum ſuavi ſono celebrandum I. 1. *c. f.* muſicis inſtrumentis comparatæ, I. 212. n. *a.* 216. *f.* ſeqq. chorum Domini faciunt, I. 38. *f.* 39. *i.* adhibita moderatione debita: I. 220. *p. m.* 221. *i.* & *p. m.* 222. *i.* ſuaves vero & eviratæ I. 318. *p. m.* inconditæ & boum inſtar clamoſæ I. 207. *p. m.* I. 218. *c. f.* 219. *i.* it. n. *a.* 220. *p. i.* 221. *c. m.* vituperio ſunt dignæ. Quænam voces a veteribus probatæ? I. 218. *i.*

Vossius (*Iſaac*) polyphoniam veteribus iam cognitam gratis aſſeruit. II. 106. *c. m.* 391. *i.* quid ſentiat de repetitionibus verborum crebris in moderna muſica? II. 313. *c. f.* 408. *c. m.*

Urbanus VIII. (P.) reſtituit hymnos metricos. II. 271. *m.* Eius encomium ib. *p. m.*

W.

Waldenſes eccleſiæ ſubſannant cantum. I. 246. *c. m.* Eorum liber cantionum. II. 247. *p. m.*

Waltrammus Abb. *Fiſchingenſis* arte ſcriptoria excellens. I. 563. *i.*

Wetinus mon. in agone cum fratribus cantans. I. 553. *p. i.*

X.

Ximenius Card. officium *Mozarabicum* reſtituit. II. 268. *c. f.* & n. *a.*

Y.

Ὑπακούειν ſeu ſuccinere in cantu reſponſorio. I. 47. *p. i.* 49. *i.* & *c. m.* 50. n. *a.* 52. *c. f.* 57. *p. i.* 95. *i.* 178. *i.*

Ὑπαπάντης feſtum cur inſtitutum? I. 525. *p. m.*

Ὑποβολεῖς lectoribus iuncti a Socrate præcentores pſalmorum. I. 36. *p. i.*

Ὑποψάλλειν, ὑπήχειν ſuccinere in cantu reſponſorio. I. 46. *m.* 50. *i.*

Z.

Zach (*Ioannes*) melotheta inſignis. II. 371. *p. m.*

Zelencka melotheta celebris. II. 371. *c. f.*

Zwinglius muſicæ eccl. oſor. II. 246. *p. i.*

FINIS TOMI SECUNDI.



Corrigenda

Pag. *In Tomo I.*

5. lin. 20. pro *gegere*, lege genere.
7. lin. 24. *quo*, lege qua.
14. lin. 9. *ſaltarorios*, lege ſaltatorios.
15. lin. 11. *pecn..aribus*, lege peculiaribus.
29. lin. 30. *auetm*, lege autem.
40. lin. 25. *faciunt*, lege facit.
53. lin. 22. *reſpodentem*, lege reſpondentem.
76 lin. 4. not. *a.* *varias*, lege varios.
99. lin. penult. *quæ*, lege qui.
173. lin. 19. *queri*, lege quæri.
187. lin. 27. *ut* deleatur.
194. lin. 14. *bymorum*, lege hymnorum.
244. lin. 10. *xime*, lege maxime.
ibid. lin. 19. *accumine*, lege acumine.
ibid. lin. ult. *religioſores*, lege religioſiores.
252. lin. 4. *Pa-Papa*, lege Papa.
253. lin. 23. *continuenter*, lege continuentur.
283. lin. 27. *Germaniæ*, lege Germaniæ.
320. lin. 9. *℣. Parate*, lege ℣. Parata.
358. lin. 37. *ſtatim*, lege ſtatis.
409. lin. 21. *polongari*, lege prolongari.
484. lin. 10. *proximo*, lege proxima.
486. lin. 4. not. *a.* col. 2. *um*, lege dum.

In Tomo II.

18. lin. 7. *Χανθοπȣ́λων*, lege Ξανθοπȣ́λων.
41. lin. 13. *videmus*, lege vidimus.
105. lin. 6. *plurimum*, lege plurium.
141. lin. 28. *hoc*, lege hos.
154. lin. 19. *mereatur*, lege meretur.
176. in margine *tam publica*, lege publico.
ibid. lin. penult. *prætereundem*, lege prætereundum.
182. lin. 12. ad *præſentes fuerint*, add. ſi præſentes fuerint.
183. lin. 34. *additiorum*, lege addititiorum.
206. not. *a.* lin. antepenult. *Romanis*, lege Romanos.
208. lin. 37. *proſana*, lege profana.
211. lin. 24. *ſacrum*, lege ſacrarum.
228. lin. 20. *tragœdarum*, lege tragœdorum.
ibid. lin. 21. *leniendæ*, lege liniendæ.
233. lin. 18. *ſupernæ*, lege ſuperna.
238. lin. 31. *ebritates*, lege ebrietates.
240. lin. 1. *cymbalarum*, lege cymbalorum.
241. lin. ult. *Sedonenſi*, lege Sedunenſi.
248. lin. 34. *fulgus*, lege vulgus.
250. not. *a.* *avis*, lege airs.
252. lin. 33. *eccleſiaſticæ*, lege eccleſiaſtici.
261. lin. 28. *ut noſtris*, ut cum noſtris.
ibid. lin. 31. *alisque*, lege aliisque.
265. not. *a.* *habeat*, lege habeant.
273. lin. 27. *circa anno*, lege circa annum.
280. lin. 4. *agit*, lege egit.
ibid. lin. ult. *dodecahordi*, lege dodecachordi.
285. lin. 14. *modi*, lege modis.
294. lin. 16. *muſiæ*, lege muſicæ.
305. lin. 5. *longe*, lege longo.
307. lin. 25. *hiatus*, lege hiatu.
ibid. lin. 30. *de properari*, lege deproperari.
311. lin. 27. *pœmatum*, lege poematum.
320. lin. 13. *accepta promiſſione*, lege accepit promiſſionem.
324. lin. 4. *Caſpar*, lege Caſpari.
336. lin. 10. *phonaſca*, lege phonaſco.
347. lin. 12. *notarunt*, lege notatur.
353. not. *a.* lin. 8. *ſolemnam*, lege ſolemnem.
356. lin. 18. *viri*, lege vir.

INTROITUS.

MISSA IN COENA DOMINI.

I.mus Chorus.

Grave.

II.dus Chorus.


Grave.


Baſſ. Princip. ad libitum.





f.
f.
f.
f.
glo ri a ri o por tet
f. p. f.
f. p. f.
f. p. f.
f. p. f.
o por tet in cru ce glo ri-



p.
f.
p.
f.
p.
f.
p.
f.
in cru ce Do mi ni no ſtri IE SU Chri ſti
p.
p.
p.
p.
a ri
in


p.
IE SU Chri ſti.
f.
cru ce Do mi ni IE SU Chri - - - ſti Chri ſti.



Vivace.
In quo eſt
ſa lus
vi
ta
ſa lus
vi
ta
Vivace.
In quo eſt ſa lus vi ta & re ſur recti o


ſa lus vi ta & reſur re cti o no-
no ſtra ſa lus vi ta



p.
p.
p.
p
ſtra per quem ſal va ti li ber-
p.
p.
p.
p.
per quem ſal va ti & li ber a ti ſu mus li ber-


℣. De us mi ſe re a tur no ſtri
a ti ſu mus. ℣. De us mi ſe re a tur no ſtri
a ti ſu mus. ℣.


il lu mi net
& be ne di cat no bis il lu mi net vultum ſu um ſu per




Introitus da Capo uſque ad ✶.


Andante.
Ky ri e
Ky ri e
e le i
ſon
Andante.
Ky ri e - - - e le i-



Ky ri e e le i
ſon
Ky ri e e le i
ſon e le i-
ſon
e le i ſon
Ky ri e e le i-



ſon.
Chri ſte
Chriſte e
leiſon
Chriſte
Chriſte e-
ſon
Chriſte Chriſte e lei ſon


lei ſon
e
le i
ſon e
le i
ſon.
e le i ſon.
Ky ri e



Ky ri e
Ky ri e
e le i-
Ky ri e e le i ſon


ſon
e le i
ſon e le i-
Ky ri e e le i ſon e le i ſon e le i-


Adagio. p.
f.
p.
f.
p.
f.
p.
f.
ſon. E le - - i ſon e-
Adagio. p.
f.
p.
f.
p.
f.
p.
f.
ſon. E le - - - i ſon e-



le - - i ſon.
le - - i ſon.

GLORIA IN EXCELSIS.





Glo ri a Glo ri a in ex-
6 —
Glo ri a
6 —
4 3
6 —


cel ſis De o in ex cel ſis De o
Glo ri a in ex cel ſis in ex cel ſis De o





&
& in ter ra



& in ter ra pax ho mi ni bus
pax pax pax


bo næ vo lun ta tis a dor a mus
lau da mus te be ne dicimus te


te glo ri fi ca mus gra ti as
glo ri fi ca mus te



a gi mus ti bi Do mi ne
prop ter magnam gloriam tu am



De us Rex cœ le ſtis Do mi ne
De us Pa ter om ni po tens


Fi li Fi li u ni ge ni te IE-
Do mi ne Fi li u ni ge ni te IE-


- SU Chri ſte Fi li us
- SU Chri ſte Domi ne Deus Ag nus De i


Fi li us Pa tris qui tol lis pec ca ta
qui tol lis pec ca ta


mundi mi ſe re re no bis qui
mun di qui tol lis pec ca ta


tol lis ſu ſci pe de pre ca ti o nem no-
mun di ſu ſci pe de pre ca ti o nem no-


ſtram qui ſe des ad
ſtram qui ſe des



dex tram Pa tris mi ſe re re
mi ſe re re mi ſe-



quo ni am tu ſo lus San ctus
re re no bis Tu


Tu
ſo lus al tiſ ſi mus IE-
ſo lus Do mi nus
IE-



- SU Chri ſte in
- SU Chri ſte cum Sancto Spi ri tu in glo ri-



glo ri a De i Pa tris a men a men.
a a - men a-



a - - men.
- men a - men.



a men a men. a men.
6— 6—
a men a men a men.
6— 6—
6— 6—


GRADUALE.


Grave.
p.
p.
p.
p.
Chri ſtus fa ctus eſt pro no bis ob e di ens
Grave.
Chri ſtus



f.
f.
f.
f.
uſ que ad mor-
p.
p.
p.
p.
ſa ctus eſt pro no bis ob e di ens



tem
p.
f.
p.
f.
p.
f.
p.
f.
ob e di ens Chriſtus fa ctus


p.
f.
ob e di ens uſ que ad
eſt pro no bis


mor tem mortem au tem cru-
mor tem au tem cru cis mor tem au tem cru-


cis. Propter quod & De us
ex al ta vit il lum


ex al ta - - - - vit ex al ta - -
ex al ta - - - - - vit il lum ex al-



- - vit il lum & de dit il li no men
ta - - - - vit il lum quod eſt ſu per


quod eſt ſuper
omne
ſu per
om ne
quod eſt ſu per
om ne
ſu per
om ne
quod eſt ſuper
om
ne


Adagio. p.
p.
p.
p.
om ne no -- men. Su per omne no men.
Adagio. p.
p.
p.
p.
no men no - - men. Su per omne no men.
p.


Credo.


Largo.
Vivace.
Cre do. Pa trem om ni po ten tem factorem
Largo.
Vivace.
Cre do.



cœ li & ter ræ vi ſi bi li um om- - - ni um
& in-



Et in un um
vi ſi bi - li um in un um Domi num


& ex Pa-
IESUM Chri ſtum Filium De i un i ge ni tum



tre na - - tum ante om ni a fæ - -- cu la.
Deum de


De o lumen de lu mi ne Deum verum de De o ve-



ge ni tum non factum, conſub ſtan ti a lem Pa tri,
ro non non



per quem om ni a fa cta ſunt nos ho mi nes
qui prop ter nos qui


propter nos nos ho mi nes & prop ter noſtram ſa lu tem de-



de ſcen - - - - dit de ſcen dit de
ſcen dit de cœ lis.


cœ lis de ſcendit de ſcendit de cœ lis de cœ lis.
de ſcendit de ſcendit de cœ lis.



Adagio. p. Solo. f. p.
Et in car na tus & in car na tus eſt
p. Solo. f. p.
p. Solo. Et in car na tus p. incarnatus eſt de Spiritu
& in car na tus eſt
p. Solo. f. p.
Et in car na tus incarna tus eſt de
Adagio p.


de Spiritu San - - cto de Spiri tu San cto
Sancto de Spiritu San cto San cto
de Spiritu San - cto de Spiri tu San - cto
Spiritu San - - - - - - cto San cto


p.
& ho mo fa ctus eſt.
p.
ex Ma ri a & ho mo fa ctus eſt.
p. p.
ex Ma ri a Vir gi ne homo factus eſt.
p. p.
ex Ma ri a Vir gi ne homo factus eſt.
p. p.



Adagio.
Adagio Solo p.
f.
Cru ci fi - - - - xus e tiam pro no bis
p.
Cru ci fi - - - - xus
p. f.
Cru ci fi xus e - tiam pro no bis
p. f. f.
Cruci fi xus e ti am pro no bis ſub Pontio Pi-
p. f.


p.
pp.
paſ ſus paſſus & ſe pul tus ſepul tus eſt.
p.
pp.
paſ ſus paſſus & ſe pul tus ſepultus eſt.
f.
pp.
ſub Pontio Pi la to paſ ſus & ſe pul tus ſepultus eſt
pp.
la to ſubPonti o Pi la to ſepul tus eſt.
pp.


Vivace.
Et re ſur re xit ter ti a di e ſe cundum ſcri ptu ras
Vivace.
& aſ-


& i te rum
cen dit in cœlum ſe det ad dex te ram Pa tris
venturus


cum glori a
eſt iu di ca re vivos & mortu os cuius regni non e rit



& in Spi ritum ſanctum Do mi num & vi vi fi can-
fi nis



tem qui ex
Pa tre Fi li
o que pro
ce dit
qui cum Pa tre &
Fi li o



ſi mul a do ratur, & conglori ſi ca tur, qui lo cu tus eſt


& u nam ſan ctam ſan ctam Ca tho li cam & a po
per Pro phe tas


ſto li cam ec cle ſi am
con ſi te or u num bap tiſ ma in re miſ ſi



& ex pe cto re ſur re cti o nem mor-
o nem pec ca to rum



tu o rum vi tam ven tu ri
& vi tam vi tam ven tu ri ſæ cu li



& vi tam
vi tam
ven tu ri
fæ cu li
a - -
a - - men
& vi tam vi tam


men
a
men
a
men
ven tu ri ſæ cu li a - - men a - - - men.



Largo.
Dex te ra do - - - - mi ni
Largo.
Dex te ra do


fe cit fe cit
- - - - mi ni fe cit fe cit


fe cit fe cit vir tu tem fe cit vir
fe cit vir tu tem


tu tem & ex al ta vit ex al ta vit me.
& ex al ta vit & ex al ta vit ex al ta vit me.



Grave.
f.
p.
Non
non mo ri
ar.
Grave.
Non
non mo ri
ar
mo - - - ri
ar.




Adagio.
p.
Grave.
Non mo - - - - - - ri ar.
p.
Non mo - - - - - - ri ar
p.
mo ri ar.
p.
mo ri ar.
Grave.
Adagio.
f.
p.
Non non mo ri -
p.
f.
p.


f.
p.
Non
non mo ri
ar
ar
non
non mo ri
ar.


p.
Adagio.
pp.
non mo ri
ar.
non mo ri
ar.
Adagio.
Non mo ri
ar


Vivace.
f.
& nar ra
Et nar ra - - bo
f.
Sed vi vam
f.
Sed vi vam & nar ra - bo
Vivace.
f.
Sed vi vam
Sed vi vam
f.
Sed vi
f. Sed vi vam



f.
bo fed vi vam
f.
fed vi vam
& nar ra - - bo
f.
o pe ra do mi ni fed vi vam
& nar
& nar ra bo
vam
& nar ra bo o pe ra do mi ni



f.
ſed
& nar ra
f.
ſed vi vam
ra bo & nar ra bo
ra bo
f.
f.
ſed vi
ſed vi vam & nar ra bo
f.



vi vam & nar ra bo
f.
bo ſed vi vam
f.
ſed vi vam
& nar ra bo o pe ra do mi ni
ſed vi vam
& nar ra - - bo f. & nar
vam ſed vi vam
o pe ra do mi - ni & nar


& nar ra bo
f.
ſed vi vam & nar
& nar ra bo o pe ra
f.
& nar ra bo ſed
& nar ra vam
f.
ra bo ſed vi
f. & nar
ra bo ſed vi vam


& nar ra bo o pe ra do mi ni.
f.
ra bo & nar ra bo.
do mi ni & nar ra - - bo.
f.
vi vam & nar ra bo.
& nar ra - - bo.
vam & nar ra - - - - - - - - bo.
ra bo o pe ra do mi ni nar ra bo.
& nar ra bo.



Grave.
p.
f.
San ctus ſan ctus do - mi nus de us Sa ba
Grave.


oth
p.
f.
San ctus ſan ctus do - mi nus De us Sa ba


Ple ni
ſunt cœ
li
&
ter
oth
cœ li &
ter ra


glo - - - - - - - - - ri a tu a
glo - - ri a glo - - - ri a tu a
glo - - - - - ri a tu a
ra glo - - - - - ri a tu a
glo - - - - - - - - - ri a
glo - - - ri a
glo - - - ri a
glo - - - - - - ri a


ho ſan na ho ſan na ho ſan
ho ſan na ho ſan na ho ſan na ho ſan na ho ſan na ho ſan
ho ſan na ho ſan na ho ſan na ho ſan
ho ſan na ho ſan na ho ſan - - na
tu a ho ſan na ho ſan na
tu a ho ſanna ho ſan na
tu a ho ſan na ho ſan na
tu a ho ſan na



na in ex cel ſis ho ſan na.
na in ex cel ſis ho ſan - na.
na in ex cel ſis ho ſan na.
in ex cel ſis ho ſan na.
ho ſan na in ex cel ſis ho ſan na.


Solo.


I. Chorus.






p.
no - mi ne do - - - - - - - - mi
p.
- - mi ne do - - - - - - - mi
p.
nit in no mi ne do - - - - - - mi
Vivace.
ni ho ſan - - na ho ſan - na ho
Vivace.
ni ho ſan - - na ho - ſan - - na ho ſan - -
Vivace.
ni ho ſan - - na ho ſan - -



ſan - - na ho ſan - - na in ex
na ho ſan - - na in ex
na in ex cel ſis ho - ſan - - na
cel ſis ho ſan - - na ho ſan - - na.
cel ſis ho ſan - - na ho ſan - - na.
ho ſan - - na ho ſan - - na.



Grave.
p.
f.
Ag nus De i qui tol - lis pec ca ta
Grave.


mun di mi ſe re re no bis
Ag nus De i


p.
f.
qui tol - lis pec ca ta mun di mi ſe


Agnus De i qui
re re no bis qui tol lis


f.
f.
f.
f.
tol lis do na no bis pa -
f.
f.
f.
b f.
pec ca ta mun di


p.
cem pa cem pa cem
do na no bis pa cem pa cem.

Adagio Solo.


p. f.
Gu ſta te & vi de - - - -
p. f.
Gu ſta te & vi de - -
Allegro.
p. f.
- - - - - - - - - - te gu ſta te & vi
p. *Allegro.* f.
- - - - - - - - - - te gu
de - - - - - - te gu ſta te & vi -
ſta te & vi de - - - - - te. gu -


de - - - - - - - - te
ſta te & vi de - - - - - - - te
gu ſta te & vi de - - - - - - - te.
gu ſta te & vi de - - - - - - - te.
Adagio.
p.
dolce
Gu ſta te quam ſua vis eſt ſua - -
Adagio. p.
dolce
Gu ſta te quam ſua - - - -


- vis eſt Do - mi nus quam ſua - - -
vis eſt Do - mi nus quam ſua - - -



22627